7 Qm̄ tu pcussisti oēs aduersātes michi sine causa: dentes pctōrū cōtriuisti.	Qm̄ tu pcussisti oēs aduersātes michi sine causa: dētes pctōrū contriuisti.	Quia tu pcussisti oīm inī micorū meorū maxillā: dentes ipiorū cōfregisti.
8 D ñi est sal9:et sup popu lū tuū bn̄dictio tua. Sēp.	D ñi est sal9:et sup pplm tuū bn̄dictio tua. Dp̄.	D ñi est sal9: sup pplm tuum bn̄dictio tua. Sela.

TITVLVS. Psalmus Dauid cum fugeret a facie Absalon filij sui. Psalmus de Christo domino. Prophe ta in spiritu inducit Christum ad patrem. Domine:deus pater. tribulant me:hostes mei/iudei/pontifices/scribe et pharisei. aduersū me:vt me perdant/et vitā adimant. non est salus ipsi in deo eius:passionis tempore. susceptor:defensor/adiutor. exaltans caput meū:gloria et honore coronans. ad dominum clamaui:ad patrē in passionis angustia vociferaui. de monte sancto suo: de excelso glorie sue solio. ego dormiui:in morte. et soporatus sū:in sōno requieui/in sepulchro collocatus. exurrexi:resurrexi/a morte excitatus sum. quia dominus suscepit me:quia pater adiuuit me. milia populi circundā tis me:populi iudaici/et custodū sepulchri mei. exurge domine:pater in auxiliū accurre. saluū me fac: ab inferis/et a morte animā meā erue. percussisti omnes aduersātes michi sine causa:vltus es in eos/ qui me persequebantur insontē. dentes eorum cōtriuisti:ob improperia oris eorum/falsa testimonia/ et mendaces in me accusationes afflixisti/deleuisti/cōtudisti. domini est salus et super populū tuum benedictio tua:salutem suam et benedictionem populi fidelis in eum credituri refert in patrem.

EXPOSITIO CONTINVA. Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me;multi insurgūt aduersum me. pater eterne quid admisi/quid feci in iudeos vt multiplicarētur affligentes me; multo numero conspirant/machinantur/et se erigunt aduersum me. Multi dicunt anime mee:non est salus ipsi ī deo eius. In magna multitudine asserunt de me:me frustra salutē a te deo meo sperare. Tu autē domine susceptor meus es:gloria mea/et exaltans caput meū. dicūt me frustra a te salutem sperare:sed longe falluntur et errant. quia tu celestis pater eterne defensor meus es:tu es claritas mea/tu es qui gloria et honore coronas me. Voce mea ad dominū clamaui:et exaudiuit me de monte sancto suo. vos persecutores mei dicitis non esse salutem anime mee in deo suo:ego vocē meā ad deū patrē meum extuli/ego precē meā ad eum fudi/et susceptit eam de excelso glorie sue solio. Ego dormiui et soporatus sum et exurrexi:quia dñs suscepit me. ego in morte quieui/in sepulchro tacui/et a morte excitatus sum:quia me pater sustinuit et in vitā reuocauit me. Non timebo milia populi circūdantis me: exurge dñe saluū me fac deus meus. Innumerā turbā hostiū vallantiū me nichil ego formidabo: tu pater aduenī/tu suscita me deus meus. Qm̄ tu percussisti omnes aduersantes michi sine causa: dentes peccatorū cōtriuisti. nichil timebo populū aduersantē michi;quia tu digna mulcta affecisti vniuersos qui michi vltro sunt aduersati/et impia eorū verba eterno supplicio puniuisti. Domini est salus: et super populum tuum benedictio tua. tua est pater hec mea saluatio:et super plebem tuam gratie tue et benedictionis tue effusio.

1 2 3 4 5 6 7 8

1 CONCORDIA. ¶ Circundederunt me canes multi: tauri pingues obsederunt me. ¶ Sperauit in 1 Psal. 21
2 domino eripiat eum: saluū faciat eum quoniā vult eum. Et iterum. dixerunt inimici mei michi: et qui 2 Psal. 21
custodiebant animā meā consiliū fecerunt in vnū. dicentes deus dereliquit eum persequimini et con- 2 Psal. 70
3 prehendite eum: quia non est qui eripiat. ¶ Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddā 3 Psal. 21
4 in conspectu timentiū eum. ¶ Nec auertit faciem suam a me: et cum clamarē ad eū exaudiuit me. 4 Psal. 21
5 6 ¶ In puluerem mortis deduxisti me. ¶ Tu autem domine ne elongaueris auxiliū tuū a me: ad de- 5 Psal. 21
7 fensionem meam conspice. ¶ Confundantur et deficiant detrahentes anime mee: operiantur con- 6 Psal. 21
8 fusione et pudore qui querunt mala michi. ¶ Annunciabitur domino generatio ventura / et annun- 7 Psal. 70
ciabunt celi iusticiam eius populo qui nascetur: quem fecit dominus. 8 Psal. 21

ADVERTE. Circa titulū vbi dicitur hic et alibi psalmus dauid / aut aliquid simile: dauid datiuus est. quo designatur vt arbitror: non tam dauid actor psalmi / q̄ psalmus in spiritu ipsi dauid ostensus. hic autem illi ostensus est: cum fugeret a facie absalon filij sui. In qua quidē fuga: diuinitus illi ostensa est Christi domini persecutio / clamor in afflictione / exauditio / mors / quies in sepulchro / resurrectio: nul la multitudine hostiū et custodum prohibere valente / hostium vltio / et credentiū benedictio. et ex hoc sacro spectaculo: hanc diuinam laudē confecit. Verum et Dauid (qui desiderabilis interpretatur) in hac persecutione / christi domini desiderati gentium figuram gessisse / et absalon qui interpretatur amarus patri figurā populi hebraici (de quibus per Esaiam dicitur filios enutriui et exaltaui: ipsi autē spreuerūt me) et fugā Dauid figurā persecutionis Christi: nichil forte fuerit absurdi. ¶ Septimo ver- Esaias. 12
su quoniā tu percussisti omnes aduersantes michi sine causa: Hieronymus ex hebreo quoniā tu per- cussisti omniū inimicorū meorū maxillā. quo designantur hebrei maxime in Christum dominū / ver- bo peccasse. Nā non solū negarunt eum / sed et blasphemias addiderunt. persecuti sūt eum vt malū: et a deo derelictum / non est salus inquiunt anime eius in deo eius / et mortem eius petierūt. dignum igitur vt qui tantū et maledictis et mendaciis peccauerant in eum: deus vltor ea ex parte eos feriret / puniretq; qua ipsi peccauerant. septuaginta autē / sine causa aut frustra addentes: Christum dominū quem persecuti sunt insontem innoxiumq; ostendunt.

¶ In finē psalmus canti ci Dauid. IIII.

1 CVm inuocarē exau diuit mę deus iusti cię mee: i tribulatione di latasti michi.

2 Miserere mei: et exaudi orationem meam.

3 Filij hominum vsq; quo graui corde: vt quid dili gitis vanitatem et queri tis mendacium? Semp.

4 Et scitote quoniā mirifi cauit dominus sanctū su um: dns exaudiet me cū clamauero ad eum,

5 Irascimini et nolite pec care: q̄ dicitis i cordibus vestris / et in cubilibus ve stris cōpungimini. Sēp.

6 Sacrificate sacrificiū iu sticię et sperate in domi

¶ In finem psalmus can tici Dauid. IIII.

CVm inuocarē tę exaudisti mę deus iu sticię mee in tribulatione dilatasti me.

Miserere michi domine: et exaudi orationē meā.

Filij hominum vsq; quo graues corde: vt quid dili gitis vanitatem / et queri tis mendacium? Dp̄.

Et scitote qm̄ mirificabit dns sanctū suum: dns ex audiet me dum clamaue ro ad eum.

Irascimini et nolite pec care: q̄ dicitis i cordibus vestris et in cubilibus ve stris compūgimini. Dp̄.

Sacrificate sacrificiū iusti cie et sperate in domino.

¶ Victori in canticis psal mus Dauid. IIII.

INuocantem me exau disti mę deus iusticię mee: in tribulatione dila tasti michi.

Miserere mei: et exaudi orationem meam.

Filij viri vsq; quo inclyti mei: ignominiose diligi tis vanitatem quęrentes mendacium? Sela.

Et cognoscite quoniā mi rabilem reddidit domi nus misericordem suum: dominus exaudiet cum clamauero ad eum.

Irascimini et nolite pec care: loquimini in cordi bus vestris super cubilia vestra / et tacete. Sela.

Sacrificate sacrificiū iu

	GALL.	ROM.	HEB.
	no:multi dicũt quis oſtẽ-	Multi dicunt quis oſten-	ſticie et fidite indomino:
	dit nobis bona?	dit nobis bona? ſignatũ	multi dicunt quis oſtẽdit
7	Signatum eſt ſup nos lu	eſt ſuper nos lumen vul-	nobis bonum?
	men vultus tui dñe:dedi	tus tui domine.	Leua ſup nos lucẽ vultus
	ſti leticiã in corde meo.	Dediſti leticiam ĩ corde	tui dñe :dediſti leticiã in
8	A fructu frumẽti et vini	meo:a tp̃e frumẽti et vini	corde meo.
	et olei ſui: mltiplicati ſũt.	et olei ſui multiplicati ſũt	In tẽpore frumentũ et vi
9	In pace in idipſũ dormi-	In pace in idipſũ obdor-	nũ eorũ: multiplicata ſũt
	am:et requieſcam.	miam:et requieſcam.	In pace ſil'req̃eſcã et dor
10	Qñ tu dñe ſingulariter	Qñ tu dñe ſingulariter	miã:q̃a tu dñe ſpecialiter
	in ſpe:conſtituiſti me.	in ſpe:conſtituiſti me.	ſecur̃ habitare fęciſti me

TITVLVS. Ad victoriam in canticis pſalmus/dauid. pſalmus de conuerſione gentium/que idola colebant)ad Chriſtum. Propheta in ſpiritu loquitur. Cum inuocarem:pro conuerſione gentium. Iuſticie mee:iuſte orationis mee. In tribulatione:cum tribularer ab inimicis. dilataſti michi: leticiam dediſti michi/et tunc oſtendiſti michi:futuram gentium conuerſionem. orationem meam: pro earum conuerſione. Filij hominum:o gentes terrene. vſquequo:eritis. graui corde:duro et reluctanti animo. vanitatem:idola. mendacium:vocantes eos deos qui dij non ſunt. dominus: deus pater. mirificauit: mirabilẽ effęcit. ſanctũ ſuum:Chriſtũ ſuũ/filiũ ſuum/verbũ ſuũ. cum clamauero ad eũ:ad ſanctũ ſuũ. Iraſcimini:dolete/indignamini ſup cultu veſtro. que dicitis:que oratis diis veſtris. ĩ cordibus veſtris et cubilibus veſtris:in mẽte et ſecretioribus locis. compũgimini:animo doleatis/et penitentiã agatis/atq; a modo taceatis. ſacrificate ſacrificiũ iuſticie:iuſta opera facite. q̃s oſtẽdit nobis bona:quis manifeſtat nobis hec bona de cõuerſione gentiũ? Reſpõſio. Signatũ eſt ſuper nos lumẽ vultus tui:facta eſt ſuper nos illuſtratio/ reuelatioq; ſpiritus ſancti de huiuſmodi futuro bono/de gentiũ vocatione. leticiam in corde meo:hac de cauſa delectatus ſũ. a fructu frumẽti et vini:a fructu ſacramẽti Euchariſtie. multiplicati ſunt:ex gẽtibus/fideles Chriſti ſũt augmẽtati. In pace in idipſũ dormiã; Propheta de ſe loquitur/in hac ipſa fide/trãquilla mẽte dormiã ſomno quidẽ mortis. et requieſcã:et refrigeriũ inueniam. quia tu ſingulariter in ſpe conſtituiſti me:quia ſingularem ſpem et ſecuritatem dediſti michi.

EXPOSITIO CONTINVA. Propheta in ſpiritu. Cum inuocarem exaudiuit me deus iuſticie mee: in tribulatione dilataſti michi. cum orans diuinam implorarem opem/iuſtam poſtulationem tu domine deus meus audiuiſti:et in afflictione mea letitia me affeciſti. Miſerere mei:et exaudi orationem meam. o domine deus meus largire michi miſericordiam tuam:et ſuſcipe precem meam. Filij hominum vſquequo graui corde:vt quid diligitis vanitatem/et queritis mendacium? O gentes/o poſteritas Ade quouſq; obſtinato/duro et craſſo animo viuetis:quid eſt q̃ vanum idolorum cultum amatis et non veritatem/ſed ſolum quod mendax falſumq; eſt inquiritis? Et ſcitote quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum:dominus exaudiet me/cum clamauero ad eum. O gentes idola vana et mẽdacium relinquite/verum id eſſe agnoſcite q̃ deus meſſiam ſuum/immaculatum ſuum/miſeratorem et ſaluatorem ſuum/admirabundum et colendum effecit: dominus deus ſuſcipiet precem meam cum inuocauero ſanctũ ſuum. Iraſcimini et nolite peccare:que dicitis ĩ cordibus veſtris/et in cubilibus veſtris compungimini. O gentes ſuper vano cultu veſtro/contriſtamini / et nolite in deum delinquere: que diis veſtris in penetralibus animi veſtri/et in ſecretioribus locis oratis/dolete/penitẽtiamq; agite. Sacrificate ſacrificiũ iuſtitie et ſperate in dño:multi dicunt quis oſtẽdit nobis bona? Abſtinete orare dijs veſtris in corde et cubilibus veſtris/ipendite deo iuſtorũ operũ cultum/ et ſpem veſtram in eo et ſancto eius et nõ in idolis veſtris collocate:ſed aiunt plurimi quis tãta de cõuerſione gentiũ pandit/inuinuat et manifeſtat bona? Signatũ eſt ſuper nos lumẽ vultus tui dñe:dediſti letitiam in corde meo. tu dñe deus miſeratione tua manifeſtas/nã illuſtratio ſpiritus tui facta eſt ſuper nos et reuelaſti: et exultare me feciſti in ſpiritu meo. A fructu frumenti vini et olei ſui multiplicati ſunt. fideles tui ex gẽtibus aucti ſũt:a cõmunione panis et vini pura ſancta et incõtaminata oblatione ſancti vncti tui. In pace in idipſũ dormiã:et requieſcã. ego in trãquillitate/vna cum his fidelibus tuis ſomnũ mortis ſuſcipiã:et refrigeriũ inueniã. Qñ tu domine ſingulariter in ſpe:conſtituiſti me. dormiã et requieſcã in pace:quia tu domine deus meus ſingulari ſpei ſecuritate/dediſti michi hunc mundum habitare.

1 2 CONCORDIA. ¶Oculi domini super iustos:et aures eius in preces eorum. et iuxta est dñs iis qui
3 tribulato sunt corde. ¶Hieremias. Ad te gentes venient et dicent:vere mendacium possederunt pa
tres nostri/vanitatē que eis non profuit. Et paulus testimoniū de hoc psalmo adducit cum loquitur
de gentibus. Iam non ambuletis(inquit) sicut et gentes ambulant/in vanitate sensus sui/tenebris ob-
scuratum habentes intellectū. et subdit/propter quod et deponentes mendacium :loquimini verita-
4 tem vnusquisq; cū proximo suo. qm̄ sumus inuicē membra. ¶Hieremias. Ostendā ego eis per vicem
5 hanc/ostendam manum meā et virtutem meam : quia nomen michi dominus. ¶In actis. Glorifi-
6 cauerunt deū dicentes:ergo et gentibus penitentiam dedit deus ad vitam. ¶Paulus ad Ephesios.
7 Induite nouum hominē:qui secundum deū creatus est in iusticia et sanctitate veritatis. ¶Idem, no-
8 lite contristare spiritum sanctum:in quo signati estis/in die redemptionis vestre. ¶Lucas in actis. Ap
posite sunt in die illa anime circiter tria milia. erant autem perseuerantes in doctrina apostolorum:
9 et cōmunicatione fractionis panis/et orationibus. ¶Nonus et decimus versus/Dauid proprij sunt:
10 cuius in secundo regum nouissima verba feruntur. dixit vir cui constitutum est de Christo dei iacob.
spiritus domini locutus est per me:et sermo eius per linguā meā. et in tertio: post monitionē filij sui
Salomonis. dormiuit igitur/ipse Dauid cum patribus suis:et sepultus est in ciuitate sua.

ADVERTE. Circa titulū ad victoriā in canticis psalmus Dauid. hic et in sequentibus cum additur ad
victoriam:intelligе prouocationem canentium vt alter alterum canendo et bene canendo superet. et
olim cum citharis et musicis instrumētis hos psalmos adiūcta vocis harmonia:deo concinebant. om-
ni quidē canendi/et bene canendi:adhibito conatu. quod igitur instrumentis et ore faciebant:id nos
omni mentis harmonia/diligentiaq;/et studio facere debemus. ¶Primo versu. Cū inuocarē exaudi-
uit me deus iustitie mee:legedū exaudisti ex tralatione hebrea/romana/et ex greco vbi legitur εισή-
κουσασμου id est exaudisti me/et ex sequente verbo dilatasti. ¶Eodē versu. dilatasti michi:recti-
us videtur dicendum dilatasti me ex tralatione romana/et greco vbi habetur επλατυνασμε di-
latasti me/id est letificasti me. Siquidem secundum physicos:tristitia constringit/et letitia cor dilatat.
sitamen dicitur dilatasti michi:exponatur dilatationē dedisti michi. sed id grammaticorum certamē.
¶Tertio versu. filij hominū vsq;quo graui corde:id graui corde/ ex hebreo Hieronymus in bonam
partē accepit/inclyti mei. ac si diceretur. quos deus nobili corde effinxit et plasmauit:quare ergo dili-
gitis colere idola vana/et queritis mendaciū/idololatrie mendacem cultum / vbi dij appellantur qui
dij non sunt:/in malam autem partē accipiendo circa litterā. vt passim ex septuaginta accipi solet)ex?
positum est. illis deterrere visus est propheta:Hieronymo vero blanda et miti oratione corripere/et
ad resipiscendū/suauiter allicere. sed eundem sensum pretendunt:illi deterrendo/iste dulciter allicie-
do. ¶Quarto versu. Et scitote quoniā mirificauit dominus sanctū suum: Hieronymus ex hebreo et
cognoscite quoniā mirabilē reddidit dominus misericordē suum. Alij volunt quoniā segregauit domi
nus sanctum suum/alij quoniam manifestauit dominus sanctum suum. Hoc facit vocabuli ambigui-
tas. verum est tamen:et q; pater mirificauit Christum dominum/et mirabilem effecit vt cui opera fa-
cere dedit que nullus alius fecit. sed nec facturus est. Pater eum gloria et honore ab omni alio segre-
gauit. pater eum manifestauit. Et siue legant misericordem suum siue sanctum suum: in eandem ten-
dit sententiam. est enim sanctus sanctorum. et vniuerse vie eius misericordia et veritas : requirētibus
testamentum eius et testimonia eius. ¶Quinto versu. irascimini et nolite peccare:que dicitis in cor-
dibus vestris et in cubilibus vestris cōpungimini. Paulo aliter Hieronymꝰ ex hebreo/irascimini et no
lite peccare:loquimini in cordibus vestris super cubilia vestra/et tacete. quo forte designatur:irascimi
ni super sceleribus vestris et nolite peccare/confitemini deo in cordibus vestris et cubilibus vestris/et
quiescite/abstineteq; ab huiuscemodi insanijs. verum id vocabulū i hebreo quod hic irascimini trans-
latum est:longe ponunt equiuocū/et nūc contristamini/ conturbamini/cōmouemini/nunc irascimini
significare. Hieronymus autē ea significatione vsus est:qua et septuaginta. Quo fit vt nō ab re etiam
legi possit. Contristamini et nolite peccare/loquimini in cordibus vestris/in cubilibus vestris et com-
pungimini. ¶Octauo versu vbi dicitur/a fructu frumenti vini et olei sui. particula et olei superfluit/
nec habetur ex hebreo:ab iis quos intelligentie fugit sacramentum adiecta. Inquit enī sacer Hierony
mus:nequaq̄ particulā illā se reperisse cum vetustū Origenis hexapli psalteriū reuoluisset/ quod ipsi-
us manu fuerat emendatū/neq; in hebreo/neq; in ceteris editionibus/nec apud septuagita interpre-
tes reperiri. quare in ecclesiarū psalteriis nichil formidini esse debebit : illico locum illū emendare/et
cōfodere ac conuellere particulā et olei. et a modo canere a fructu frumēti et vini sui multiplicati sunt
¶Nono versu. in pace in idipsū dormiā et requiescā:videtur media distinctio potius facienda post
dormiam q̄ post in idipsum. nam perinde est ex hebreo acsi legamus in pace simul dormiam:et re-

1 Psal. 33
2 Psal. 33
3 Hie. 16
3 Ephe. 4
4 Hie. 16
5 Act. 11
6 Ephe. 4
7 Ephe. 4
8 Act. 2
9 3 Re. 2
10 2 Re. 23

quieſcam. vbi rectius ſuſpendis ſpiritum poſt dormiam q̄ poſt ſimul. et vocabulum quod hic grece ponitur επι το αυτο quod ſecundo verſu ſecundi pſalmi interpretatū eſt in vnū hic in idipſum: ſimul ſignificat. ¶ Decimo verſu. conſtituiſti me: Hieronymus ex hebreo habitare feciſti me. grecus codex κατωκησασμε quod duplex vocabulum eſt: ſignificans habitare feciſti me/ et conſtituiſti me. quare videntur interpretes vnam ſignificationē pro alia accepiſſe/ et potius vertendū fuiſſe habitare feciſti me. quod ex tralatione hebraica hieronymum velle q̄apertiſſime poteſt liquere.

¶In finē pro ea que hereditatē cōſequitur pſalmus Dauid. V.

1 VErba mea auribus ꝑcipe domine: intellige clamorē meum.
2 Intende voci orationis mee: rex meus et deus meus.
3 Quōm ad te orabo dñe: mane exaudies vocē meā.
4 Mane aſtabo tibi et vidēbo: quōm nō deus volēs iniquitatem tu es.
5 Neq; habitabit iuxta te malignus: neq; permanēbunt iniuſti ante oculos tuos.
6 Odiſti oēs qui operātur iniquitatē: ꝑdes oēs qui loquuntur mendacium.
7 Virum ſāguinum et doloſum abominabit dñs: ego autem in multitudine miſericordie tue.
8 Introibo in domū tuā: adorabo ad tēplū ſanctū tuum in timore tuo.
9 Domine deduc me i iuſticia tua: ꝓpter inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meam.
10 Quōm nō eſt i ore eorū vēritas: cor eorū vanū eſt.
11 Sepulchrum patens eſt guttur eorum/ linguis ſuis doloſe agēbant: iudica illos deus.

¶In finē pro ea que hereditatē conſequitur pſalmus Dauid. V.

1 VErba mea auribus percipe domine: intellige clamorē meum.
2 Intende voci orationis mee: rex meus et deus meus.
3 Quōm ad te orabo dñe: mane exaudies vocē meam.
4 Mane aſtabo tibi et vidēbo: quōm nō volens deus iniquitatem tu es.
5 Non habitabit iuxta te malignus: neq; permanēbunt iniuſti ante oculos tuos.
6 Odiſti dñe oēs qui operantē iniquitatē: ꝑdes oēs qui loquuntur mēdaciū.
7 Virum ſāguinū et doloſum abominabitur dñs.
8 Ego autē in multitudine miſericordie tue introibo domine in domū tuam: adorabo ad tēplū ſanctū tuum in timore tuo.
9 Deduc me dñe in tua iuſticia: propter inimicos meos dirige in cōſpectu tuo viam meam.
10 Quōm nō eſt i ore eorū vēritas: cor eorū vanū eſt.
11 Sepulchrum patens eſt guttur eorum/ linguis ſuis doloſe agēbant: iudica illos deus.

¶Victori iuper hereditatibus pſalmus Dd̄. V.

1 VErba mea audi domine: intellige murmur meum.
2 Intende voci clamoris mei rex meus et deus meus: quoniā ad te dēpcor.
3 Dñe mane audies vocē meā: mane preparabor ad te et contēplabor.
4 Quōm nō deus volēs iniquitatē tu: nec habitabit iuxta te malignus.
5 Nō ſtabūt iniqui: in cōſpectu oculorū tuorum.
6 Odiſti oēs operātes iniquitatem: perdes loquentes mendacium.
7 Virū ſanguinū et doloſū abominabitur dñs: ego autē in multitudine miſericordie tue.
8 Introibo i domum tuā: adorabo in templo ſācto tuo in timore tuo.
9 Dñe deduc me i iuſticia tua: propter inſidiatores meos dirige ante faciem meam viam tuam.
10 Nō eſt enī in ore eorū rectum: iteriora eorū iſidie
11 Sepulchrum patens gut tur eorum / linguam luā leuificant: condemna eos deus.

12 Decidāt a cogitationib⁹ ſuis ſcd̄m multitudinem ipietatū eo⁹ expelle eos: qm̄ irritauerunt te dn̄e.
13 Et lętētur oēs qui ſperāt in tę: in eternū exultabūt et habitabis in eis.
14 Et gloriabūtur in te oēs qui diligūt nomē tuum: qm̄ tu benedices iuſto.
15 Dn̄e vt ſcuto bone volū tatis tue: coronaſti nos.

Decidāt a cogitationib⁹ ſuis ſecūdū multitudinē ipietatū eo⁹ expelle eos: qm̄ exacerbauerūt te dn̄e. Et lętentur oēs qui ſperant in te in eternū exultabunt et habitabis i eis: et gloriabuntur in te oēs qui diligunt nomen tuū. Q m̄ tu bn̄dices iuſtum: dn̄e vt ſcuto bone voluntatis tue coronaſti nos.

Decidāt a conſiliis ſuis iuxta multitudinē ſcelerum eorum expelle eos: qm̄ prouocauerunt tę. Et lętentur oēs qui ſperant in te in ꝑpetuū laudabūt et ꝓtegęs eos: et lętabūtur in te qui diligūt nomen tuum. Quia tu bn̄dices iuſto: domine vt ſcuto placabilitatis coronabis eū.

TITVLVS. Ad victoriā ſuper hereditatibus pſalmus Dauid. Pſalmus: laus cōmunis ſynagoge et eccleſie. Prophęta in ſpiritu loquitur. mane exaudies vocē meā: mane vbi peccatorū expulſis tenebris orta fuerit in me tua gratia. videbo: contęplabor mane dico et electis viciorū tenebris quia non deus volens iniquitatē tu es. iniquitatē: iniuſticiā et legis tranſgreſſionē. neq; habitabit iuxta te malignus: non habitabit in tabernaculo tuo. ab hoc quinto verſu ad mediū ſeptimi: ex oppoſito reſpōdet quartodecimo pſalmo. ego autē in multitudine miſericordie tue introibo in domū tuā: nō operib⁹ meis cōfidens ſed in tua gratia et miſericordia ingrediar orationis tue locū. In timore tuo: non ob penā ſed ob amorē te offendere metuens. deduc me in iuſticia tua: adiuua vt impleā mandata tua. propter inimicos meos: infideles qui in te non credūt aut peruerſos qui male credūt. dirige in cōſpectu meo viā tuā: pone legem tuā ante oculos meos. in ore eorū: ininicorū. cor eorū vanū eſt: omnis cogitatio eorum vana. ſepulchrū patens eſt guttur eorū: guttur eorū apertū eſt ad deuorandū ad interficiendū et ſanguinē fundendū. iudica: condēna illos deus. decidant a cogitationibus: fruſtrentur ab executione malorū que cogitant. ſecundū multitudinē impietatū eorū expelle eos dn̄e: dominator eterne ꝓ multitudine ſcelerū ſuorum abijce eos abs te. quoniā irritauerunt te domine: quia prouocauerunt te ad eos expellēdos. et letentur: orat ex oppoſito pro fidelibus. in eternū exultabunt: in gloria ſempiterna. et habitabis in eis: inſerentur in te vnieris eis. et gloriabuntur in te: gloriā ſuam in te habebūt: eris eorum gloria. qui diligūt nomen tuū: verbum tuū. Chriſtū tuū. quoniā tu benedices iuſto: Chriſto tuo. domine vt ſcuto bone voluntatis tue coronaſti nos: hāc ob cauſā quia benedices iuſto tuo / circūdediſti nos quaſi ſcuto bone voluntatis propiciationis et placabilitatis tue.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Propheta i ſpiritu loquitur. Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorē meū. o deus meus accōmoda vocibus meis exauditionis tue auditū: agnoſce vocife-
2 ratū meum. Intēde voci orationis mee: rex meus et deus meus. Intētus eſto exaudiende preci mee:
3 regnator et gubernator meus et conditor meus. Quoniā ad te orabo domine: mane exaudies vocē
4 meā. quia ad te ſupplex mentē meā leuabo: in aduentu tuo ſuſcipies precem meā. Mane aſtabo tibi
et videbo: quoniā non deus volēs iniquitatē tu es. in aduentu tuo te ſole oriente iuſticie accingar ad
5 te et intuebor te: quia tu es deus cui nō placet iniquitas. Neq; habitabit iuxta te malignus: neq; permanębunt iniuſti ante oculos tuos. delicias regni tui non obtinebit maliuolus: iniuſticiam operantes
6 abijcientur a conſpectu tuo. Odiſti omnes qui operantur iniquitatē: perdes omnes qui loquūtur mēdacium. inſenſus es vniuerſis qui tranſgrediūtur legem: exterminabis vniuerſos qui violant veritatē.
7 8 Virū ſanguinū et doloſū abominabitur dn̄s: ego autē in multitudine miſericordie tue Introibo in domum tuam: adorabo ad templū ſanctū tuū in timore tuo. hominē necis amatorē et circūuenientem
dolis execrabitur deus: verū ego (quē tu ne talis eſſem multa elargitione miſerationis et gratie tue ef-
9 feciſti) habitabo iuxta te in domo tua venerabor te in ſancto tēplo tuo te reuerebor et timebo. Domine deduc me in iuſticia tua: propter inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meā. deus meus fac me recto calle incedere in lege tua: propter aduerſarios meos qui nitūtur me a rectitudine deflecte-
10 re rectam fac inceſſus mei ſemitam ante oculos tuos. Quoniā non eſt in ore eorū veritas: cor eorum vanum eſt. dirige domine viam meā propter inimicos meos quoniā non eſt i verbis eorum fidelitas:
11 omnis cogitatio eorū ad vanitatē intenta. Sepulchrū patens eſt guttur eorū linguis ſuis doloſe agebant: iudica illos deus. faux eorū aperta eſt ad perdendum adblandiūtur et ſermones ſuos concin-

GALL. ROM. HEB.

nant ad fallendū:perde et condēna illos iudex eterne.D ecidant a cogitationibus suis/secundū mul 12
titudinem impietatū eorū:expelle illos quoniā irritauerunt te dñe. Irate fiant cogitationes sue pro
multitudine iniquitatū eorum:proijce eos abs te quoniā ad vindictā prouocauerunt te. Et letentur 13
omnes qui sperant in te:in eternū exultabūt/et habitabis in eis.et delicijs perfruātur eternis vniuer=
si qui iusticiā tuam implentes spem suam collocant in te:in sempiternū cum exultatione laudabūt te/
et mansionē facies in eis. Et gloriabūtur in te omnes qui diligunt nomen tuū:quoniam tu benedices 14
iusto.et in gloria delectabuntur in te vniuersi amatores nominis tui:quoniā tu benedictione et gratia
adimplebis Christum tuū.D omine vt scuto bone voluntatis tue:coronasti nos.cōditor omniu rerū 15
eterne/bona voluntas et propiciatio tua tanq̄ scutū:vallauit/protexit & circūdedit nos.

1 Psal. 44 CONCORDIA. ¶ Et cōcupiscit rex decore tuū qm̄ ipse est deus tuus:et adorabunt eū. ¶ Deus in 1 2
2 Psal. 44 medio eius nō cōmouebitur:adiuuabit eam deus mane diluculo. ¶ Sedes tua deus in seculū seculi: 3 4
3 Psal. 45 virga directionis virga regni tui.dilexisti iusticiā/et odisti iniquitatē. ¶ Ad nichilū deductus est in cō= 5
4 Psal. 44 spectu eius malignus:timentes autē dominū glorificat. ¶ Dominus in Mattheo.tunc confitebor il= 6
5 Psal. 14 lis:quia nunq̄ noui vos.discedite a me omnes:qui operamini iniquitatē. ¶ Viri sanguinū et dolosi 7
6 Mat. 7 non dimidiabunt dies suos:ego autē sperabo in te domine. Et deiter Paulus ad Titum. cū autem be=
7 Psal. 54 nignitas et humanitas apparuit saluatoris nostri dei:non ex operibus iusticie que fecimus nos/sed se
8 Psal. 137 cundum misericordiā suam saluos nos fecit. ¶ In conspectu angelorū psallā tibi:adorabo ad templū 8
9 Psal. 118 sanctū tuū/et confitebor nomini tuo. ¶ Deduc me in semitā mandatorū tuorum:quia ipsam volui. 9
10 Psal. 143 ¶ Et erue me de manu filiorum alienorum quorū os locutum est vanitatē:et dextera eorum dextera 10
11 Psal. 13 iniquitatis. ¶ Hic versus sexto versui psalmi decimitertij simile sententiā retinet: quē adducit Paulus 11
11 Rom. 3 ad Romanos. causati enim (ait) sumus iudeos et grecos omnes sub peccato esse.et subdit sepulchrū
12 Psal. 118 patens est guttur eorum/linguis suis dolose agebant:venenum aspidum sub labijs eorum. ¶ Spreui= 12
13 psal. 31 sti omnes discedentes a iudicijs tuis:quia iniusta cogitatio eorum. ¶ Letamini in domino et exulta= 13
14 psal. 105 te iusti:et gloriamini omnes recti corde. ¶ Cōfiteamur nomini sācto tuo:et gloriemur in laude tua. 14
15 psal. 90 ¶ Scuto circūdabit te veritas eius:nō timebis a timore nocturno. Et Esaias. Et nunc qui redēpti sūt 15
15 Esaie 51 a domino reuertantur et veniant in sion/laudantes:et leticia sempiterna super caput eorum.

ADVERTE. Circa titulū.ad victoriā sup hereditatibus psalmus Dauid. hereditates: prima syna=
goga/secunda ecclesia.de prima dictum est:pars autem domini populus eius/iacob funiculus here=
ditatis eius.de secunda.tu hereditabis in omnibus gentibus.septuaginta posuere pro ea que hereditatē.sed id ferme ad idem redit. Nam et synagoga vt incipiens/et ecclesia vt perficiens et cōsumans
hereditatē consequitur. ¶ Nono versu.dirige in cōspectu tuo viā meā:ex hebreo cōuersus est sermo/
dirige ante faciē meā viā tuā.et Hieronymus in epistola ad Sūniam testatur:neq; Aquilā neq; Sym=
machum/neq; theodotionē habere viam meā/sed solam Luciani editionē que est editio septuagita.
Verum promiscue:hoc et illo loquendi genere vti videtur sacer sermo.secundo hic:viam mandato=
rum tuorum cucurri:cum dilatasti cor meum.primo hic:seruaui mandata tua et testimonia tua/quia
omnes vie mee in cōspectu tuo.quare interpretes:eundē sibi voluisse sensū hoc et illo modo verisimi
le est. ¶ Decimus versus ab eo qui est ex hebreo parū euariat:nisi rectum veritatem/et vanū esse in=
sidias moliri/idem interpretari velimus. ¶ Quintodecimo vbi dicitur coronasti per preteritum: ex
hebreo Hieronymus coronabis ꝓtulit futurū.et vbi habemus nos:istic habet eum.vt id referatur ad
iustum id est Christum.vt et huc/gloria et honore coronasti eū/et constituisti eum super opera manu=
um tuarum.nos autem:hereditates synagogam et ecclesiā mōstrat/et vniuersā ex eis coalitā sancto=
rum societatē/et hic sensus circa litterā expressus est/atq; etiā nunc in hebreo habetur.

¶In finem in carminib⁹ psalm⁹ dd ꝓ octaua. VI.

1 DOmine ne in furore tuo arguas me:neq; in ira tua corripias me.
2 Miserere mei dñe quoniam infirmus sum:sana me domine quoniam cō turbata sunt ossa mea.

¶In finē in hymnis psalmus dd pro octaua. VI.

DOmine ne in ira tua arguas me:neq; in furore tuo corripias me.
Miserere michi domine quoniā infirmus sum/sana me domine qm̄ cōturbata sūt omnia ossa mea:

¶Victori in cātícis super octaua psalmus dd. VI.

DOmine ne in furore tuo arguas me:neq; in ira tua corripias me.
Miserere mei dñe quoniam infirmus sum ego: sana me dñe quoniā cō turbata sunt ossa mea.

3 Et aia mea turbata est valde: et tu dñe vsq; quo?
4 Conuertere domine/ eri pe animam meam: saluũ me fac propter misericor diam tuam.
5 Q ñ non est ī morte qui memor sit tui: in inferno autē quis confitębit tibi?
6 Laboraui ī gemitu meo/ lauabo p̄ singulas noctes lectum meum: lachrimis meis stratū meū rigabo.
7 Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui ī ter omnes ĩimicos meos.
8 Discędite a me omnes q operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dñs vocem fletus mei.
9 Exaudiuit dominus deprecationem meam: dñs orationē meam suscępit.
10 Erubescant et conturbē tur vehemēter oēs inimici mei: conuertātur & ęru bescant valde velociter.

et anima mea turbata est valde.
Et tu domie vsquequo? conuertere et eripe ani mam meā: saluũ me fac ꝓpter misericordiā tuā.
Q ñ nō est in morte qui memor sit tui: in inferno autē quis confitębit tibi?
Laboraui ī gemitu meo/ lauabo p̄ singulas noctes lectum meum: lachrimis stratum meum rigabo.
Turbatus est pre ira ocu lus meus: inueteraui iter omnes inimicos meos.
Discędite a me omnes q operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit do minus vocem fletus mei.
Exaudiuit dominus deprecationem meam: dñs orationem meā assũpsit.
Erubescant et conturbē tur oēs inimici mei: auertantur retrorsum et ęru bescant valde velociter.

Et anima mea turbata est valde: et tu domine vsquequo?
Reuertere domine/ęrue animā meā: salua me ꝓpter misericordiam tuā.
Q ñ non est in morte re cordatio tui: in iferno qs confitębitur tibi?
Laboraui ī gemitu meo/ natare faciam tota nocte lectum meum: lachrimis meis stratū meū rigabo.
Caligauit pre amaritudi ne oculꝰ meꝰ: cōsũptus sũ ab vniuersis hostibꝰ meis
Recędite a me omnes q operamini iniquitatem: quoniam audiuit domi nus vocem fletus mei.
Audiuit dominꝰ deprecationem meā: dominus orationē meā suscipiet.
Confundantur et cōtur bentur vehementer oēs inimici mei: reuertantur et confundantur subito.

TITVLVS. Ad victoriā in canticis/psalmus Dauid pro octaua. Psalmus de Christo domino. Prophe ta in spiritu inducit Christū: patrem/orantē/ea que membrorū sunt sua facientē/et penitentiā suā pa tri offerentē. dominus: deus pater. furor: vltio in presenti vita. ira: vltio in futuro/vbi erit fletus et stri dor dentiū. infirmus sum: ob peccatū. sana me: dimitte peccatū meorū. conturbata sunt ossa mea: ani me vires/ratio/voluntas/intelligentia. et aia mea: explicat quod precessit. sed tu domine vsquequo: differes inclinare te ad sanandos meos. conuertere domine: qui peccato meorū es auersus. eripe ani mam meam: animā meorum a peccato/sana a spirituali infirmitate/ex perturbatione tranquillitati sue restitue. saluũ me fac: salua meos. propter misericordiā tuā: non ex operibus que fecerunt/sed ex tua immēse bonitatis pietate et misericordia. in morte: in morte secunda/i inferno. qui memor sit tui: qui memoretur bonitatē et misericordiā tuā. in inferno autem: id particulam precedentem explicat. in inferno: in morte secũda/in supplicijs eternis. quis cōfitebitur tibi: quis laudabit/quis enarrabit bo nitates tuas: nullus/sed qui viuunt/qui habitāt in domo tua/i secula seculorū laudabunt te. laboraui: conditiones penitentiū. turbatus est a furore: ab iflictione vltionis tue. oculus meus: mens mea/et sen sus meus. inueteraui: declaratio precedētis/attritus sũ ob peccatū meum ab omnibus inimicis meis tam mūdi huius/q̄ spiritualibus nequitijs. discedite. hic Christus pro penitētibus exauditū se dicit/ et arcet omnes apostatas/obstinatos/et impenitentes/spiritualesq; nequitias a cetu eorū qui per pe nitentiā a dei misericordia suscipiuntur. quoniā exaudiuit dominus voce fletus mei: quoniā deus su scepit lachrimas meas/deprecationē et orationē meam pro illis. erubescant et conturbentur vehemē

ter omnes inimici mei: aduersarij mei / obstinati et impenitentes. conuertantur: retro abeant / abscedant procula me et meis. et erubescant: et confundantur. valde velociter: cito sentiant vltionē et irā tuam / qui nolunt delictorum penitētia / confugere ad misericordiam tuam.

Xpc que sūt corporis sua faciens.

EXPOSITIO CONTINVA. Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. O 1
pater eterne ne grauiter punias me in hoc seculo: ne damnes me in altero. Miserere mei dñe quoniam infirmus sum: sana me dñe quoniā cōturbata sunt ossa mea. flectere miseratione / quia fragilis est 2
natura mea: celestis medice medere languoribus meis / quia omnis in me debilitata est potentia. Et 3
anima mea turbata est valde: sed tu dñe vsquequo? et memoria / mens / et voluntas mea multipliciter est tribulata: sed tu pater eterne quousq; differes sanare me? Conuertere dñe et eripe animā meā: saluum me fac propter misericordiā tuā. tu pater qui ob peccatū es auersus a me / conuerte facie tuā ad 4
me / et reforma imaginē tuā / da michi salutem eternam: non quia dignus sim / non quia meritus sim / sed ob solam miserationē et gratiā tuam. Quoniā non est in morte qui memor sit tui: in inferno autē 5
quis cōfitebitur tibi? da michi salutē tuam quo possim te laudare et beneficia tua cōfiteri / quia qui illam non consequitur / sed in perditionē it eterne mortis / nō memoratur tui: quis eni in loco supplicio-
rum eternorū laudabit te / aut poterit beneficia tua cognoscere? Laborauī in gemitu meo / lauabo per 6
singulas noctes lectum meū: lachrimis meis stratum meū rigabo. O mitissime pater destitutus su viribus in gemendo peccatū meū / omni nocte profusas addam lachrimas in loco reclinationis mee: substerniculū meū fletibus meis humectabo. Turbatus est a furore oculus meus: inueterauī inter om- 7
nes inimicos meos. pre vltione tua turbatus est spiritus meus: ad finē deductus sum ab inimicis meis.
Discedite a me oēs qui operamini iniqtatē: qm exaudiuit dñs vocē fletus mei. facescite / abite procul a 8
me vniuersi operarij iniquitatis: quia celestis pater admisit fletum / afflictionē / et penitentiā meam.
Exaudiuit dominus deprecationē meā: dñs orationē meā suscepit. misericors pater meus qui domi 9
natur vniuersis / admisit precem meā: pater eternus petitionē meā acceptauit. Erubescant et contur- 10
bentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur et erubescant valde velociter. confundantur & supplicijs afficiantur atrociter vniuersi qui michi aduersantur nolētes elargite ab eterno patre salutis esse participes: abeant retro / pessumq; eant / et ocyus confundantur.

CONCORDIA. Hic versus et primus psalmi 37 idem. Non est sanitas in carne mea: a facie 1.2
1 Psal. 37 ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorū meorū. Cor meū cōturbatum est / dereliquit me 3
2 Psal. 37 virtus mea / et lumen oculorū meorū: et ipsū non est mecum. Intende in adiutoriū meum: domine 4
3 Psal. 37 deus salutis mee. Non mortui laudabūt te dñe: neq; omnes qui descendūt in infernū. Afflictus 5.6
4 Psal. 37 sum et humiliatus sum nimis: rugiebā a gemitu cordis mei. Miser factus sum et curuatus sum vsq; 7
5 Psal. 113 in finem: tota die contristatus ingrediebar. Et qui inquirebant mala michi locuti sunt vanitates: 8
6 Psal. 37 et dolos tota die meditabantur. Et Christus dominus in Mattheo. tunc cōfitebor illis: quia nunq̄ no-
7 Psal. 37 ui vos. discedite a me oēs qui operamini iniquitatē. Quoniā in te dñe speraui: tu exaudies me dñe 9
8 Psal. 37 deus meus. Quia dixi nequando supergaudeant michi inimici mei. Item. confundantur et reue- 10
8 Mat. 7 reantur querētes animā meā: auertantur retrorsū & confundantur cogitantes michi mala.
9 Psal. 37
10 Psal. 37 ADVERTE. Circa titulum ad victoriā in canticis pro octaua psalmus Dauid. pro octaua: pro po-
Psal. 34 pulo qui sabbatū in octauā diē cōmutauit. et hic populus: christianus est / qui octauā diem id est dominicam celebrat. et septenarius: numerus est veteris legis. octonarius: legis noue. Primo versu. dñe ne in furore tuo arguas me: furor vltionē in presenti / et ira penā gehenne (vt circa litterā dictum est) authore Hieronymo significat. de furore secūdo Regum. addidit furor domini irasci contra israel. et subditur. Immisitq; dominus pestilentiā in israel de mane vsq; ad constitutum tempus: & mortui sunt ex populo a dan vsq; ad bersabee septuaginta milia virorū. cum extēdisset manū angelus dñi super hierusalem vt disperderet eam: misertus est dominus super afflictionē / & ait angelo percutienti populum / sufficit nunc / contine manum tuā. De ira. Paulus ad Ephesios. venit ira dei in filios diffidētie. & Iacobus apostol⁹. thesaurizatis vobis iram in nouissimis diebus. attamē sepe furor pro ira / & ira pro furore confunditur. vt sequentis psalmi versu sexto: ira pro furore. Principio septimi versus. turbatus est a furore oculus meus: Hieronymus ex hebreo. caligauit pre amaritudine oculus meus. tame si quidam putare possent Hieronymum aliam sonare intelligentiam. quasi caligatio sensus ex amaritudine doloris et penitentie accideret: rectius forsitan est (vt ex septuaginta) id intelligere de amaritudine et humiliatione quam deus penitentibus ab exteris etiam infligit / ad eorum exactiorē sanitatem. quod sequens particula declarat: qua dicitur / consumptus sum ab vniuersis hostibus meis. Decimo versu. hec vocabula conuertantur / auertantur / reuertantur: idem volunt ac discedant / tametsi diuersam habere videantur intelligentiam. accommodatius tamen videtur auertātur: quod

in psalterio reperitur romano. et ex greco αποστραφειησαν id est auertantur. sic igitur nonullorum que supradicta sunt: potius videatur esse diaphonia q̄ sit.

¶ Psalmus Dauid quem cantauit dño pro verbis Chusi filij Ieminí. VII.

1 Domine deus meus in te speraui: saluū me fac ex omnibus persequētib⁹ me et libera me.

2 Nequando rapiat vt leo animā meam: dum non est qui redimat neq; qui saluum faciat.

3 Domine deus meus si fecí istud: si est iniquitas in manib⁹ meis.

4 Si reddidi retribuentib⁹ michi mala: decidā merito ab iimicis meis inanis.

5 Persequat inimicus animam meam et cōprehendat/et conculcet in terra vitam meam: et gloriam meā in puluerē deducat.

6 Exurge domie i ira tua: exaltare in finibus inimicorum meorum.

7 Et exurge domine deus meus in precepto quod mādasti: et synagoga populorum circundabit te.

8 Et propter hanc in altū regredere: dominus iudicat populos.

9 Iudica me dñe secūdū iusticiam meam: et secūdū innocentiā meā sup me.

10 Consumet nequitia peccatorum et diriges iustū: scrutans corda et renes deus.

11 Iustum adiutorium me-

¶ Psalmus Dauid quem cantauit dño pro verbis Chusi filij Ieminí. VII.

1 Domine deus meus in te speraui: libera me ab omnib⁹ persequētibus me et eripe me.

2 Nequando rapiat vt leo animam meam: dum nō est qui redimat neq; qui saluū faciat.

3 Domine deus meus si fecí istud: si est iniquitas in manibus meis.

4 Si reddidi retribuētibus michi mala: decidā merito ab iimicis meis inanis.

5 Persequat inimicus animam meam et cōprehendat eā/et conculcet in terra vitam meā: et gloriam meā in puluerē deducat.

6 Exurge domie i ira tua: et exaltare in finibus inimicorum tuorum.

7 Exurge domine deus in precepto quod mandasti: et synagoga populorum circundabit te.

8 Et propter hanc in altū regredere domine: iudica populos.

9 Iudica me domine secūdum iusticiā meā: et secūdum innocētiā manuum mearum super me.

10 Consumet nequitia peccatoꝝ & dirige iustū: scrutans corda et renes deus.

11 Iustum adiutorium me-

¶ Ignoratio Dē quam cecinit dño super verba Chusi filij Ieminí. VII.

1 Domine deus meus ite speraui: salua me ab omnibus persequentib⁹ me/et libera me.

2 Ne forte capiat vt leo animā meā: laceret et non sit qui eripiat.

3 Domine deus meus si fecí istud: si est iniquitas in manibus meis.

4 Si reddidi retribuētibus michi malū: et dimisi hostes meos vacuos.

5 Persequat inimicus animam meam et apprehēdat/et conculcet in terra vitam meam: et gloriam meā in puluerē collocet.

6 Surge domine in furore tuo: eleuare indignans super hostes meos.

7 Consurge ad me iudicio quod mādasti: et congregatio tribuū circūdet te.

8 Et pro ea in altū reuertere: dominus iudicabit populos.

9 Iudica me domine secundum iusticiam meam: et secundum simplicitatem meam que est in me.

10 Consumetur malum iniquorum et confirmetur iust⁹: probator cordis & renum deus iustus.

11 Clypeus meus in deo-

GALL.

um a domino:qui ſaluos facit rectos corde.

12 Deus iudex iuſtus et fortis et patiens:nunqd irascitur per ſingulos dies?

13 Niſi cõuerſi fueritis gladiũ ſuũ vibrabit:arcũ ſuum tetẽdit & parauit illũ

14 Et ĩ eo parauit vaſa mortis:ſagittas ſuas ardentibus effęcit.

15 Ecce parturijt iniuſticiã et concępit dolorem: & peperit iniquitatem.

16 Lacum aperuit et effodit eum:& incidit in foueam quam fęcit.

17 Conuertęt dolor eius in caput eius:et in verticem ipſi9 iiquitas ei9 deſcẽdet.

18 Cõfitębor domino ſecũdum iuſticiã eius:et pſallã nomini dni altiſſimi.

ROM.

um a domino:qui ſaluos facit rectos corde.

Deus iudex iuſtus fortis et longanimis/ nunquid irascitur per ſingulos dies?nisi conuertamini gladium ſuum vibrabit.

Arcũ ſuũ tetẽdit & parauit illũ/& in ipſo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus effęcit.

Ecce parturijt iniuſticiã concępit dolorem:et peperit iniquitatem.

Lacum aperuit et effodit eum:et incidit in foueam quã fęcit.

Conuertęt dolor eius in caput eius:et in verticem ei9 iniquitas ei9 deſcẽdet.

Cõfitębor domino ſecũdum iuſticiã eius:et pſallã nomini dñi altiſſimi.

HEB.

qui ſaluat rectos corde.

Deus iudex iuſtus & fortis:comminans tota die.

Non conuertenti gladiũ ſuum acuet:arcum ſuum tetendit et parauit illum.

Et in ipſo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ad cõburendũ operatus eſt.

Ecce parturit iniquitatẽ concepto dolore:& peperit mendacium.

Lacum aperuit& effodit eum: et icidet in interitũ quem operatus eſt.

Reuertęt dolor ſu9 in caput eius:et ſup verticem ei9 iniquitas ſua deſcẽdet

Cõfitębor domino ſecũdũ iuſticiã ei9: & cãtabo nomini domini altiſſimi.

TITVLVS. Ignoratio Dauid quã cecinit dño ſuper verba Chuſi filij Iemini. Ignoratio: crimẽ quod ei ipingebatur/et quod ignorabat/cuiuſq; erat inſons. Itẽ & pphetia mortis Abſalon. Chus:ethiops/fama denigrat9. filius Iemini:Semei de cognatione Saul. pſalm9: humana iuocatio. Dauid loquit. ex õnibus perſequẽtibus me:Abſalon/Achithophel/Amaſa filio Iethra/& populo Iſrael. nequãdo rapiat:inimicus abſalon. ſi feci iſtud:ſi admiſi crimen quod impingit Semei. et eſt iniquitas:ea quã impingit Semei. retribuentibus michi:Sauli et confederatis ſuis. decidã ab inimicis meis inanis:ſuccumbã Abſaloni et cõplicibus ſuis ſalute deſtitutus. inimicus: Abſalon. cõculcet in terra vitã meã/et gloriam meã in puluerẽ deducat:priuet vita/et ſpoliet me regno. exurge:veni in adiutoriũ meũ. in ira tua: in furore tuo. exaltare:preuale. exurge dñe in precepto quod mandaſti:ſurge de ſolio glorie et deſcende ad adiuuandũ me/ſecundũ preceptũ quod mandaſti Samueli vt inungeret me. et propter hanc: propter ſynagogã et populorũ cõgregationẽ facto iudicio regredere in ſublime ſolium tuum/vnde cunctorũ facta perſpicis. dñs iudicat populos:ex hoc loco ad finẽ vſq; prophetat. ſecundũ innocentiam meã:puritatẽ a crimine obiecto/et hec particula precedentẽ explicat. peccatorũ:ab re criminãtium et perſequentiũ. iuſtum:inſontẽ a crimine impoſito. ſcrutans corda et renes:animã et corpus/alta et profunda/ſpiritũ & carnẽ/abdita & aperta/cogitationes & voluptates. Iuſtũ adiutortũ: quia ſciebat ſe inſontẽ. iuſtus ad recte iudicandũ. fortis:potens ad liberandũ et vlciſcendũ. patiens:longanimis ad ſufferendũ & expectandũ. nũquid irascitur per ſingulos dies?nunquid punit quotidie?et id reſpicit patiens. quaſi reſponſio audiatur/non:quia patiens/longanimis/ſufferens. niſi cõuerſi:cõminatur vt reſipiſcant aduerſarij et non puniantur a deo. arcum ſuũ:flagellũ ſuũ. vaſa mortis:tela mortifera. ſagittas ſuas ardentibus effecit:tela ſue vltionis cum rebus ignitis aptauit/quo niſi conuertantur & reſipiſcant ſupplicia gehenne minatur. Ecce parturit:hec prophetia de Abſalone filio vſq; ad vltimũ verſum. confitebor dño:laudes deo creptori ſuo/liberatorq; ab inimicis ſe pſoluturũ pollicet.

CONCORDIA. Ex ſecundo Regũ. Reporta arcam dei in vrbẽ. ſi inuenero gratiã in oculis dñi: reducet me et oſtendet michi eam/et tabernaculũ ſuũ. ¶ Ecce filius meus qui egreſſus eſt de vtero meo/querit animã meã:quantomagis hic/filius Iemini maledicet michi. Semei autem filius Iemini 1 2

meo/querit animā meā:quāto magis hic filius Iemini maledicet michi. Semei autē filij Iemini maledicebat Dauid:egredere/egredere vir sāguinū et vir belial. reddidit tibi dñs vniuersū sāguinē domus Saul:qm̄ inuasisti regnū pro eo. & dedit dñs regnū in manu Absalon filij tui. & ecce premunt te mala tua:qm̄ vir sāguinū es. ¶ Dauid & viri eius in interiore parte spelūce latebāt: et dixerunt serui Dauid ad eum. ecce dies de qua locutus est dñs ad te ego tradā tibi inimicū tuū:vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis. dixitq; ad viros suos. propicius sit michi dñs ne faciam hanc rem dño meo Christo dñi:vt mittā manū meā in eum/quia Christus dñi est. ¶ Dixit dñs ad Samuelē vsquequo tu luges Saul:cum ego proiecerim eum ne regnet super israel? Imple cornu tuū olei et veni:vt mittam te ad Isai bethleemitē. prouidi enī in filiis eius michi regē. ¶ Quis sicut deus noster qui in altis habitat: et humilia respicit in celo et in terra? ¶ Apparuit Chusi & veniens ait bonum apporto nūcium domine mi rex. iudicauit enī pro te dominus hodie de manu omniū qui surrexerunt cōtra te. ¶ Factū est preliū in saltu effraim:et cesus est ibi populus israel ab exercitu dauid factaq; est plaga magna in die illa viginti milliū. ¶ Dñi nutu dissipatū est cōsiliū Achitophel vtile:vt induceret sup Absalon malum. ¶ Miserator et misericors dñs:lōganimis et multū misericors. nō imperpetuū irascetur:neq; in eternū cōminabit. ¶ Tulit Ioab tres lāceas in manu sua: et infixit eas in corde Absalon. Tulerunt Absalon/et ꝓiecerūt in saltu in foueā grandē:et cōportauerūt sup eū aceruū lapidū magnū nimis. ¶ Accidit autē vt occurreret Absalō seruis Dauid sedēs mulo:cūq; ingress⁹ fuisset mul⁹ subter dēsā quercum/et magnā:adhesit caput eius quercui. et illo suspēso iter celū et terrā;mul⁹ cui insederat ptrāsijt. ¶ Locut⁹ est autē dauid verba carminis:i die qua liberauit eū dñs de manu omniū inimicorū suorū.

1.2 Reg. 15
2.2 Reg. 16
3.1 Reg. 24
4.1 Reg. 24
5.1 Reg. 24
6.1 Reg. 16
7.1 Reg. 16
8 Psal. 112
9.2 Reg. 18
10.2 Reg. 18
11.2 Reg. 17
12 Psal. 102
13.2 Reg. 18
14.2 Reg. 18
15.2 Reg. 18
16.2 Reg. 18
17.2 Reg. 18
18.2 Reg. 22

reuocatur in superiorē particulā/& distinctionis punctus faciendus post dominū. ¶ Secunde particule vicesimi septimi versus/omniū inimicorū suorū dominabitur:respondet ex hebreo omnes inimicos suos despicit.quod forte magis consequens putabitur ad abiectionē diuinorū iudiciorū/ q̄ dominari omniū inimicorū suorū. ¶ Vicesimooctauo versu.a generatione in generationē sine malo:quod continuā cum mouebor habere videtur intelligentiā.verū ex hebreo aliud sonat in generatione & generatione ero sine malo.quasi impius in corde suo dicat/ab ea (quā putat felicitatem)se nō demutandū/neq; pro factis suis vnq̄ quippiā mali luiturū.quod rationabilius videtur: q̄ q; dicat non mouebor in sempiternū sine malo/siue quin operer malū.nam neq; se male operari putat:sed prudenter agere/& alios potius errare. ¶ Vicesimonono versu.cuius os maledictione plenū est: ex hebreo rectius eius os maledictione plenū est/et sermo melior. ¶ Tricesimo versu.sedet in insidiis cum diuitibus in occultis vt interficiat innocentē:Hieronymus ex hebreo sedet insidians iuxta vestibula/in absconditis interficit innocentē.vbi id in absconditis iungitur verbo interficit. quare legendū potius nobis est sedet in insidiis cum diuitibus:vt in occultis interficiat innocentē. ¶ Tricesimotertio versu.in laqueo suo. id in laqueo suo sequendo intelligentiā hebraicam iungitur cum attraxerit.et ideo potius dicendū:in laqueū suū. Quod vero subiungitur humiliabit eū/inclinabit se & cadet cum dominatus fuerit pauperū:se superfluit/neq; ex hebreo/neq; ex greco habetur.& id totum inclinabit/& cadet:respicit pauperē non inimicū.quod oporteret si adiūgeretur se.nam sic respondet ex hebreo, et confractū subijciet/& irruet viribus suis valenter.& si particula adiungenda esset:potius eum q̄ se dicendū esset. ¶ Quadragesimo secundo versu.iudicare pupillo & humili:ex hebreo & iuxta consuetudinē latinā rectius/vt iudices pupillo & humili.id enim accōmodatius nostro sermoni:auscultauit auris tua vt iudiciū facias pupillo & humili.q̄ si dicas:auscultauit auris tua iudiciū facere pupillo & humili.tametsi hoc & illo loquendi modo:idem prorsus pretendatur.neq; noster mos est tam frequenter vti infinitiuo vt grecis:neq; vsqueadeo quadranter.

¶ In finem psalmus Dauid. X.

1 IN dño confido: quomodo dicitis aie mee/ transmigra in montem sicut passer?

2 Quoniam ecce peccatores intendęrunt arcum/ parauęrunt sagittas suas in pharetra: vt sagittēt i obscuro rectos corde

3 Quoniam quę perfęcisti destruxęrunt: iustus autem quid fęcit?

4 Domin9 in tēplo sancto suo:dns in cęlo sędes ei9.

5 Oculi eius i pauperē respiciūt: palpebre ei9 interrogant filios hominum.

6 Dns interrogat iustū & ipiū: qui autē diligit iniquitatē odit animā suā.

7 Pluit super peccatores laqueos:ignis & sulphur&

¶ In finem psalmus Dauid. X.

IN domino confido: quomodo dicitis anime mee / transmigra in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores tetendęrunt arcum / parauęrunt sagittas suas in pharetra:vt sagittēt in obscuro rectos corde.

Quoniam quę perfęcisti destruxęrunt: iustus autem quid fecit?

Domin9 in tēplo sancto suo:dns i cęlo sędes eius.

Oculi ei9 in pauperē respiciūt: palpebre ei9 interrogant filios hominum.

Dns interrogat iustū & ipiū: qui autē diligit iniquitatē odit anima suā.

Pluit super peccatores laqueos : ignis sulphur et

¶ Victori. Dauid. XI.

IN dño spęraui: quomodo dicitis aie mee/ transuola in montem vt auis?

Quia ecce impij tetendę runt arcum/posuęrunt sagittam suam super neruum : vt sagittent in abscondito rectos corde.

Quia lęges dissipate sūt: iustus quid operatus est?

Dns in tēplo sācto suo: dns in cęlo thronus eius.

Oculi eius vident: palpebre eius probāt filios hominum.

Dns iustū ꝓbat: impiū autē & diligentē iniquitatem odit anima eius.

Pluet sup peccatores laqueos:ignis et sulphur&

spiritus procellarū pars calicis eorum.

8 Quoniā iustus dñs & iustitias dilexit: equitatem vidit vultus eius.

spiritus procellarū pars calicis eorum.

Quoniā iustus dominꝰ iustitiam dilexit: equitatem vidit vultus eius.

spiritus tempestatū pars calicis eorum.

Quoniā iustus dominꝰ iustitias dilexit: rectū vidębunt facies eorum.

TITVLVS. Ad victoriā psalmꝰ Dauid. psalmꝰ de Christo dño. Propheta i spū loquit in psona Christi. Transmigra in montē sicut passer: cito corripe fugam in solitariū locū/vt passer videns sagittā extento curuatoq; arcu/in solitudinē euolat. transmigra inquā in solitariū locū. quoniā ecce peccatores: herodes & iudei. tetenderūt arcū/parauerūt sagittas suas in pharetra: dolos & falsas in corde accusationes machinati sunt. vt sagittent: vt saucient/vt vulnerent. in obscuro: in deliquio/in obscura luna/in excecata synagoga. rectos corde: te & tuos quos rectos corde & iustos reputamus. quoniā quę p=fecisti destruxerunt: id est doctrinā/mandata/precepta tua repulerunt & spreuerunt. iustus autē quid fecit? Responsio Christi. quid fecit scilicet insons vt fugere debeat? si sagittabunt/dñs in tēplo sancto suo est: in quo confido. dñs in celo sedes eius: ad eos iudicandū. oculi eius in pauperē respiciunt: misericordes aspectus dñi in iustū & insontē sunt intenti/ad me sunt aperti. palpebre eius interrogant filios hominū: examen/iudiciū eius/in momēto facta hominū discutit. dñs probat: acceptat iustū. et eū qui diligit iniquitatē odit anima eius (sic eni Hieronymus ex hebreo) id est diuina mens exosum habet & abominatur iniquitatis amatorē. pluet super peccatores laqueos: penarū genera/quibꝰ vt pedicis/perpetuis alligabuntur penis. ignis/sulphur/spiritus procellarū: genera penarū gehenne. pars calicis: tormenti/cruciatus/eterne mortis eorū. Quoniā iustus dñs iusticias dilexit: ratio cur deus bonos amat & opera bona/qm̄ bonus est. et iustos & opera iusta/quia iustus. equa & recta/quia equus & rectus. equitatem vidit vultus eius: quia equitas bona. et videt deus cuncta que bona sunt. sed & alius ex hebreo habetur sensus: qui dicetur in diaphonis.

1 EXPOSITIO CONTINVA. In domino cōfido: quomodo dicitis anime mee transmigra in montem sicut passer: spero in deo patre meo/ab eo omnē defensionē meā expecto: quid est vt dicatis mi=
2 chi/abi hinc/ocyus pete solitudinē sicut auis que euolat in montana? Quoniā ecce peccatores intē derunt arcū/parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde. abi hinc/pete solitudinē/quoniā ecce hostes tui/arma in te aptauerunt/insidias moliti sunt: vt te in occulto inter
3 ficiant & eos qui bona sunt voluntate. Quoniā quę perfecisti destruxerunt: iustus autē quid fecit? abi hinc/et pete solitudinē/quia leges/precepta/et mandata tua contempserunt? vos hec dicitis anime
4 mee: sed quid criminis insons vt fugere debeat operatus est? Dñs in tēplo sancto suo: dñs in celo sedes eius. pater meus in quo cōfido residet in sublimi glorie sue solio: pater meus in quo confido ha=
5 bet thronū suū in celo vt iudicet hostes meos. Oculi eius in pauperē respiciūt: palpebre eius interrogant filios hominū. miserationis eius aspectꝰ ad me sunt intenti: nutu oculorū et in momento fa=
6 cta hominū discutit. Dñs interrogat iustū et impiū: qui autē diligit iniquitatē odit animā suā. dominus examinat facta iusti et impij: qui autē amat mandata dei transgredi/is anime sue detrimentum
7 patietur. Pluet super peccatores laqueos: ignis/sulphur et spiritus procellarū pars calicis eorum. detrimentū quidē anime sue patietur/quia dñs transgressores et impios vinculis coercebit eternis:
8 flamma vorax/et stagnū sulphuris/et rotatio turbinis/particula quedā cruciatus eorum. Quoniam iustus dñs et iusticias dilexit: equitatem vidit vultus eius. verum de iustis aliter diffinietur/nam quia celestis pater iustus est ipse iustorum et iusticiarum amator est: ipse iustos et iusticiam in conspectu suo collocauit.

1 CONCORDIA. ¶ Quoniā in me sperauit liberabo eū: protegā eum/quoniā cognouit nomen me
1 um. Et lucas. in ipsa die accesserunt quidam phariseorū dicentes illi: exi et vade hinc/quia herodes
2 vult te occidere. ¶ Marcus. mittūt ad eum quosdā ex phariseis et herodianis: vt eum caperēt in ver
3 bo. qui venientes dicunt ei: magister scimus quia verax es et nō curas quenq̄. nec eni vides in faciē
3 hominū/sed in veritate viā dei doces. licet dari tributū cesari: an non dabimus? ¶ Tempus faciendi
4 dñe: dissipauerunt legē tuā. Et Esaias. iniquitatē nō fecit: neq; dolus fuit in ore eius. ¶ Quoniā feci=
5 sti iudiciū meū: sedisti super thronū qui iudicas iusticiā. ¶ Iste pauper clamauit: et dñs exaudiuit eū.
6 Oculi dñi super iustos et aures eius in preces eorū. ¶ Vultus autē dñi super faciētes mala: vt per=
dat de terra memoriā eorū. Multe tribulationes iustorū: et de omnibꝰ his liberabit eos dominus. Itē
7 non deus volens iniquitatē tu es. ¶ Mors peccatorū pessima: et qui oderunt iustū delinquēt. Apo=
calypsis. qui non inuentus est in libro vite scriptus: missus est i stagnū ignis. quod supra stagnū ignis
8 ardentis et sulphuris appellauit. ¶ Cornu eus exaltabitur in gloria. Peccator videbit et irascet/den

1 Psal. 90
1 Luce 13
2 Mar. 12
3 Psal. 118
3 Esaie 53
4 Psal. 9
5 Psal. 33
6 Psal. 33
6 Psal. 5
7 Psal. 33
7 Apo. 20
8 Psal. 111
8 Sap. 5

tibus suis fremet & tabescet: desiderium peccatorum peribit. Et in sapietia. pre angustia spiritus dicet intra se: hi sunt quos aliquando habuimus in derisu/et in similitudine improperij. nos insensati vitā illorum existimabamus isaniā/ & finē illorū sine honore: ecce quomodo computati sūt inter filios dei/ et inter sanctos sors illorum est.

ADVERTE. Tertio versu. quoniā quē perfeciſti destruxerunt: legendū quę/neutrū plurale non quē accusatiuū singularē. Nā et grecus habet οτι α συ καθηρτισω αυτοι καθειλον: id est quoniam quę aptasti/parasti/perfeciſti/euerterunt. quod & tralationi hebraice magis quadrat huic loco respondeti/vbi dicitur: quia leges dissipate sunt. ¶ Sexto versu. qui autē diligit iniquitatē odit animā suā: ex hebreo diligentē iniquitatē odit anima eius. & rectius quidē. nā ille (quē habemus) loquēdi modus: diuino aduersatur. siquidē legimus in euāgelio: qui amat animā suā perdet eā. et qui odit animā suā in hoc mundo: in vitā eternā custodit eā. nectamus itaq; ratiocinationē. ex psalmo qui diligit iniquitatem odit animā suā. & ex euāgelio qui odit animā suā: in vitā eternā custodit eā. Igitur qui diligit iniquitatē/in vitā eternā custodit animā suā. consequiū (si loquendi modus idē est) nullus/qui disciplineꝝ rudis nō fuerit inficias ibit. quo nichil absurdius. Et scio: hoc (nisi equoco) dilui nō posse. neq; id cōtenditur. sed modū loquendi a modo loquendi euangelij esse diuersū: qui tamē minime diuersus/sed concors ac cōspirās est/qui hieronymū respicit et hebreū. quis igitur sequēdus: Dauid ne qui per spiritū Christi loquitur/an interpres qui loquitur ex suo? pfecto Dauid. Esset igitur in codicibus nostris legendū/dominus interrogat iustū: impiū autē et qui diligit iniquitatem odit anima eius. vbi eius refert deū. ¶ Sed forte formidarunt interpretes: attribuere animā deo. At debuissent ex leuitico & Esaia admoniti esse: nichil hac in re fuisse periculi. & illic legisse: cadetis inter ruinas idolorum vestrorū/& abominabitur vos anima mea. et hic: iniqui sūt cetus vestri/calēdas vestras et solēnitates vestras odiuit anima mea. Et Hieremias. nūquid sup his non visitabo dicit dominus: et in gente tali non vlciscetur anima mea? ¶ Septimo versu. pluet super peccatores laqueos: distinctionis punctus post laqueos faciēdus. Nā ignis recti casus est. codex grecus πυρ και θειον και πρευμα καταιριλοσ: ignis/et sulphur/et spiritus procelle. ¶ Vltimo versu. equitatē vidit vultus eius: vbi eius refert deū. Hieronymus ex hebreo/rectū uidebunt facies eorum: vbi eorum respicit peccatores. peccatores eni in fine seculorū rectū in gloria/et premiationē iustorū ad maiorē confusionē eorū visuri sūt: vt et psalmi 111 vltimus versus insinuat. non tamen quod senserunt interpretes/falsum: et si rectius forsan quod habetur ex hebreo. et ad hunc sensum posita est concordia.

¶In finē p octaua psalmus Dauid. XI.

1 SAluum me fac dñe
qm̄ defecit sanctus:
quoniā diminute sunt vę
ritates a filiis hominum.
2 Vana locuti sūt vnusq;sq;
ad proximum suum: la-
bia dolosa ī corde & cor-
de locuti sunt.
3 Disperdat dominus vni-
uersa labia dolosa: liguā
magniloquā.
4 Qui dixerunt linguā no
stram magnificabimus/
labia nostra a nobis sūt:
quis noster domin9 est?
5 Propter miseriā iopum
& gemitū pauperū: nūc
exurgam dicit dominus.

¶In finē p octaua psalmus Dauid. XI.

SAluum me fac dñe
qm̄ defecit sanctus:
quoniā diminute sunt vę
ritates a filijs hominum.
Vana locuti sūt vnusq;sq;
ad proximū suum: labia
dolosa in corde et corde
locuti sunt mala.
Disperdat dominus vni
uersa labia dolosa: et lin-
guam magniloquam.
Qui dixerunt linguam
nostrā magnificabimus/
labia nostra a nobis sūt:
quis noster est domin9?
Propter miseriā iopum
& gemitū pauperū: nunc
exurgam dicit dominus.

¶Victori p octaua psalmus Dauid. XII.

SAlua domine quo-
niam defecit sāctus:
quoniā iminuti sunt fidę
les a filijs hominū.
Frustra loquuntur vnus-
quisq; proximo suo: labi
um subdolum ī corde &
corde locuti sunt.
Disperdat domin9 om-
nia labia dolosa: linguā
magniloquā.
Qui dixerunt linguā no
stram roborēmus/labia
nostra nobiscū sunt: quis
domin9 noster est?
Propter vastitatem ino-
pū et gemitū pauperū:
nunc cōsurgā dicit dñs.

6 Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo.
7 Eloquia domini eloquia casta/argentum igne examinatum: probatū terre purgatum septuplū.
8 Tu domie seruabis nos: et custodies nos a generatione hac in eternum.
9 In circuitu impij ambulant: secundū altitudinē tuam multiplicasti filios hominum.

Ponā in salutare meū: fiducialiter agā in eo.
Eloquia domini eloquia casta: argentum igne examinatum terre purgatū septuplū.
Tu domie seruabis nos: et custodies nos a generatione hac in eternum.
In circuitu impij ambulant: secundū altitudinē tuam multiplicasti filios hominum.

Ponam in salutari: auxilium eorum.
Eloquia domini eloquia mūda argentū igne probatum: separatū a terra/colatum septuplum.
Tu domie custodies ea: seruabis nos a generatione hac in eternum.
In circuitu impij ambulant: cum exaltati fuerint vilissimi filiorum hominum.

TITVLVS. Ad victoriā pro octaua psalmus Dauid. Psalmus de Christo dño. Propheta in spiritu loquitur in persona populi in Christū crediturī. Saluū me fac dñe qñ defecit sanctus: salua me domine/quia sanctorū numerus ad nichilū est redactus. diminute sunt veritates a filijs hominū: homines veraces/homines spirituales diminuti sunt ab hominibus mendacibus & carnalibus/longeq; sunt numero pauciores. vana locuti sunt: subdola locuti sunt. vnusquisq; filiorū hominū/filiorū huius seculi/carnaliū hominū. labia dolosa: id precedentē explicat particulā. in corde et corde locuti sunt: duplici corde/dupliciq; animo labia aperuerunt ad proximū suū. disperdat dñs vniuersa labia dolosa: iudicet/condēnet/cōterat dñs labia subdola/& hominū corde dupliciū. linguā magniloquā: id est linguā superbam & dei ac diuine legis contēptricē. qui dixerunt linguā nostram magnificabimus: disperdat & conterat deus linguā eorum/qui dixerunt magnifaciemus linguā nostrā/ea subdole vtēdo & decipiendo. quis noster dñs est/quis possit nos ipedire/propter miseriā inopū & gemitū pauperū nūc exurgam dicit dñs: verba patris precē prophete exaudientis/propter erumnā oppressorū a dolositate filiorū hominū/& lachrimas pauperū crediturorū/nunc exurgā/nunc veniā in auxiliū. ponā in salutari. auxiliū inopum & pauperum in salutari/in Christo meo collocabo. fiducialiter agam in eo: fiducialiter loquar in eo. eloquia domini eloquia casta: eloquia Christi/eloquia verbi mei/eloquia sancta & pura. argentum igne examinatū/probatū terre/purgatū septuplum: eloquia Christi mei argentū igne conflatum/defecatum a terra/& septies purificatum/id est diuina charitate conflata/celestia & minime terrena/& septiformi spiritus sancti charismate signata. tu dñe seruabis nos: seruabis populū tuum in Christum crediturū. A generatione hac: a generatione filiorum hominū/terrenorum/carnalium/vanorum & fallacium. in circuitu impij ambulant: qui circundantur et septuntur ipijs. secundū altitudinē tuā multiplicasti filios hominū: cū secundū quandā diuine altitudinis similitudinē eleuati i authoritate et potestate locati multiplicantur filij hoim/multitudo carnaliter et passibiliter viuētiū.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Saluum me fac domine quoniam defecit sanctus: quoniam diminute sunt veritates a filijs hoim. salua me cōditor eterne quia ad nichilū redactus est sanctorum numerus: salua me quoniā homines veraces/homines spirituales ad paucitatē redacti sunt ab homini
2 bus carnalibus. Vana locuti sunt vnusquisq; ad proximum suum: labia dolosa in corde/et corde locuti sunt. singuli quiq; huiusmodi carnaliū blanda/subdolaq; locuti sunt ad notum et amicum suum: du
3 plici corde/dupliciq; animo labia sua aperuerunt. Disperdat dominus vniuersa labia dolosa: et linguam magniloquā. euellat deus/eradicet et conterat duplicium animo ora subdola: eradicet et euel
4 lat linguam superbam/dei/diuineq; legis contēptricē. Qui dixerunt linguā nostrā magnificabimus/labia nostra a nobis sunt: quis noster dñs est/euellat inquā deus et eradicet linguā contēptorum et superborum qui impie locuti sunt magnificabimus linguā nostrā/os in nostra potestate est: quis est
5 qui nobis dominetur? Propter miseriam inopum et gemitum pauperum: nunc exurgā dicit dominus. verba patris precem prophete exaudientis/propter erumnā oppressorum dolositate et superbia filiorum hominum/et ob lachrimas et luctum crediturorum: suppetias ferā/loquē in me deus.
6 Ponā in salutari: fiducialiter agam in eo. dicit in me deus collocabo vobis auxilium in Christo meo/
7 spirabo/et fideliter loquar in eo. Eloquia domini/eloquia casta: argentum igne examinatum/probatum terre/purgatum septuplum. mādata Christi mei/mādata sancta et incontaminata: diuina ca-
8 ritate conflata/non terrena sed celestia/& septiformi spiritus sancti charismate purgata. Tu domine

seruabis nos:& custodies nos a generatione hac in eternum. O celestis pater eterne/tu defendes populum tuū in Christū crediturū: et proteges in sempiternū a generatione filiorū hominū/ terrenorum/carnaliū/vanorum/& fallaciū. In circuitu impij ambulant:secundū altitudinē tuā multiplicasti 9
filios hominū. filij hominū vani/mendaces & superbi vallātur/& circūsepiuntur impijs:quadam tue diuine altitudinis similitudine eleuasti in authoritate et terrena potestate multitudinem carnaliter passibiliterq; viuentium.

1 Soph. 3 CONCORDIA. Sophonias. Principes eius in medio eius:quasi leones rugientes. Iudices eius lupi 1
2 Psal. 13 vespere:nō relinquebant in mane. prophete eius vesani:viri infideles. sacerdotes eius polluerūt san-
2 Soph. 1 ctum:iniuste egerunt contra legē. Non est in ore eorum veritas:cor eorum vanū est. ¶ Sepulchrum 2
3 Soph. 3 patēs est guttur eorū/linguis suis dolose agebāt. ¶ Auferā de medio tui magniloquos superbie tue: 3
4 Soph. 3 & non adijcies exaltari amplius in mōte sancto meo. Et alibi. Visitabo super viros qui dicunt i cor-
5 Soph. 3 dibus suis:non faciet bene dñs/& nō faciet male. ¶ Quapropter expecta me dicit dñs in die exur- 4
6 Soph. 3 rectionis mee/in futurū:quia iudiciū meum vt congregē gentes et colligā regna. et fubinde. et dere- 5
7 Soph. 3 linquā in medio tui populū pauperē & egenū:& sperabūt in nomine dñi. ¶ Rex israel dñs i medio 6
8 Soph. 3 tui:non timebunt malū vltra. ¶ Tunc reddā populis labiū electū. vt inuocent omnes nomē dñi/ & 7
9 Soph. 3 seruiant ei humero vno. ¶ Reliquie israel nō facient iniquitatē/nec loquentur mendaciū:non inue- 8
nietur in ore eorum lingua dolosa. ¶ Concordia primi versus:huic vltimo satisfacit abunde. 9

ADVERTE. Septimo versu in particula probatū terre:terre datiuo casu dictū (grece enī dicitur Δοκιμον τη γη) sed cōsuetudine latina rectius dici septimo casu terra/aut sexto a terra. Nā Δοκιμον probū et sincerū significat. vt et id psalmo 33/ versu 18 et humiles spiritu saluabit:vbi grece datiuo dicitur πνευματι interpres non datiuo spiritu/sed septimo casu spiritu vertit. sic et hic:ad rectā locutionē/faciendū fuerat. quod & ex hebreo constat:vbi dicitur separatum a terra. ¶ Octauo versu. tu domine seruabis nos:in tralatione hebraica in hoc primo loco non nos sed ea dicitur. quod refertur ad eloquia. quod & designat deū cōseruaturū eloquia Christi sui. ¶ Noni versꝰ vltime particule secundū altitudinē tuā multiplicasti filios hominū:respondet ex hebreo cum exaltati fuerint vilissimi filiorū hominū. quod designat cum maxime carnales homines et terreni/in fastigio rerum/in summo honoris gradu/et authoritate locati fuerint:impijs et sceleratissimis hominibus ad suas nequitias/iniquaq; desideria explenda circūstipari atq; circūdari. Et alius hunc locū sic habet in circuitu impij ambulāt:cum exaltatur despiciēs filios hominū. quo designat cum exaltatur superbus. & id cum superiore conspirat/& in idem tendit.

In finē psalmꝰ Dd'. XII.

1 VSquequo domīe obliuiscēris me in finē: vsquequo auertis faciem tuā a me?

2 Quādiu ponam consilia in anima mea:dolorē in corde meo per diem?

3 Vsquequo exaltabit̄ inimicus meus super me:respice & exaudi me domine deus meus.

4 Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā i morte: nequādo dicat iimicꝰ meus p̄ualui aduersus eum.

5 Qui tribulāt me exultabunt si motus fuero:ego autem i misericordia tua spēraui.

In finē psalmꝰ Dd'. XII.

VSquequo domīe obliuiscēris me in finē: quousq; auertis faciē tuā a me?

Quādiu ponā cōsilia in anima mea:dolorē i corde meo per diē?

Vsquequo exaltabit̄ inimicus meus super me: respice & exaudi me domine deus meus.

Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā i morte: nequādo dicat iimicꝰ meus/preualui aduersus eū.

Qui tribulāt me exultabunt si motus fuero:ego autem i tua misericordia spērabo.

Victori psalmꝰ dd'. XIII

VSquequo oblīuiscēris mei penitus: vsquequo abscondēs faciē tuam a me?

Vsquequo ponam consilia in anima mea:dolorē in corde meo per diem?

Vsquequo exaltabit̄ inimicus meus super me? cōuertere exaudi me domine deus meus.

Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā i morte: nequādo dicat iimicꝰ meus/p̄ualui aduersus eum

Hostes mei exultabunt cum motus fuero:ego autem in misericordia tua confido.

GALL.	ROM.	HEB.
6 Exultabit cor meum in salutari tuo/cantabo domino q̃ bona tribuit mihi:& psallã nomini domini altissimi.	Exultabit cor meum in salutari tuo / cãtabo domino q̃ bona tribuit mihi:& psallã nomini tuo altissime.	Exultabit cor meum in salutari tuo:cantabo domino q̃ reddidit michi.

TITVLVS. Ad victoriã psalmus Dauid. Psalmus de Christo dño. loquitur Dauid in persona populi israelitici:in finẽ/nouissimaq; tẽpora dispersi. Vsquequo domine obliuiscẽris me in finẽ? vsquequo/ quãdiu mei penitus non recordaberis?/quãdiu ponã consilia:cogitationes.in anima mea:cogitando quo pacto ab hac nouissima dispersione liberari possim. dolorẽ in corde meo per diẽ:quãdiu erit tristicia in anima mea/q̃primũ vigil factus sensibilẽ lucẽ solis aspexero?/vsquequo exaltabitur inimicus meus super me?/quãdiu preualebit sathanas in me?/respice & exaudi me domine deus meus:deus meus qui es auersus/conuerte te ad me/miserationis tue oculis respice me/& admitte precẽ meam. Illumina oculos meos:patefac veritatẽ voluntatis tue/consilij tui/Christi tui menti mee. ne vnq̃ obdormiã in morte:ne forte intereã morte secũda/morte gehẽne & eterna. ne quando dicat inimicus meus preualui aduersus eum:ne forte accuset me reũ sathanas dicẽdo q̃ preualuerit aduersus me. qui tribulant me exultabunt si motus fuero:inimici mei/hostes mei afficiẽtur voluptate si ventilabor/ si dispergar in gentes. ego autẽ in misericordia tua sperabo:ꝓpheta in propria persona & sanctorũ qui misericordiã sunt cõsecuti loquitur/ego spem liberationis mee in misericordia tua non in me/nõ in operibus meis/collocaui. exultabit cor meũ in salutari tuo:gaudebit anima mea in Christo tuo q̃ saluabit nos. cantabo domino qui bona tribuit michi:psallã laudes & hymnos deo/qui dedit michi cognoscere salutare suũ & exultare i eo. et psallã nomini domini altissimi. & laudabo in psalmis verbum dei exaltatissimi/dei super omnia eminentis & eleuati.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Vsquequo domine obliuiscẽris me in finem:vsquequo auertis faciẽ tuam a me/dominator eterne ad quem vsq; terminũ/mei non recordaberis:ad quem vsq; terminũ
2 visitatione tua/me dedignaberis/ Quandiu ponã consilia in anima mea:dolorẽ in corde meo per diem/ad quẽ vsq; terminũ versabo cogitationes in mente mea quo pacto ab hac misera & diuturna
3 dispersione liberer:ad quẽ vsq; diẽ (orto sole iusticie) opprimet dolor mentẽ meã/ Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me/respice & exaudi me domine deus meus. ad quẽ vsq; diem preualebit michi malignus:attẽde ad me/ne amplius auertaris a me/sed susципe precẽ meã dominator &
4 creator meus. Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiã in morte:nequãdo dicat inimicus meus preualui aduersus eum. da vt cognoscã Christũ tuum/non amplius inuoluar supplicijs gehenne: non am-
5 plius iactet malignus se preualuisse in me. Qui tribulant me exultabunt si motꝰ fuero: ego autẽ in misericordia tua speraui. hostiles nequitie que me affligunt/hoc ipso gaudebunt si in dispersione di-
6 stinebor/si procul a te deerrabo:sed ego in miseratione tua spem meã collocaui. Exultabit cor meum in salutari tuo/cãtabo domino qui bona tribuit michi:& psallã nomini domini altissimi. Illumina domine oculos meos/& letabitur anima mea in Christo tuo/laudes deo meo cantabo omniũ michi bonorũ largitori:& exaltabo nomen dei mei super omnia exaltati.

1 CONCORDIA. Hieremias. Quare in perpetuũ obliuiscẽris nostri:derelinques nos in longitudinẽ
2 dierum? Ve nobis quia peccauimus/propterea mestum factũ est in dolore cor nostrũ. Heredi- 1 Thre. 5
3 tas nostra versa est ad alienos:domus nostre ad extraneos. pupilli facti sumus absq; patre:matres 2 Thre. 5
4 nostre quasi vidue. Recordare dñe quid acciderit nobis:intuere & respice opprobriũ nostrũ. Ob- 3 Thre. 5
5 tenebrati sunt oculi nostri. Gaude & letare filia edom que habitas in terra Hus. Christus do- 4 Thre. 5
6 minus captus est in peccatis nostris:cui diximus in vmbra tua viuemus in gentibus. 5 Thre. 4
ADVERTE. Primo versu in psalteriis nostris obliuiscẽris presentis tẽporis esse:quod sequens verbum auertis ostendit. at in tralatione hebraica:obliuiscẽris futurũ est quod sequens verbum abscondes ostendit/imo & sequẽtes versus manifestius vbi cum simili particula vsquequo/ semper iungitur futurum/vsquequo ponam/vsquequo exaltabitur. quare rectius staret apud interpretes per futurum vsquequo domine obliuiscẽris me in finem:vsquequo auertes faciem tuam a me?/quod (vt dictũ est) & sequentia monstrant. Quarto versu. particula ne vnq̃/ne quando (quã greci dicunt μη ποτε: indifferenter interpretari solet ne forte/ne aliquando. vt in psalmo 90. versu 12: in tralatione nostra & hebraica interpretatur ne forte/& in romana ne vnq̃. Et circa expositionẽ quarti versus/ne forte & ne amplius exposuimus. Sexto versu. & psallam nomini domini altissimi:huic particule/nichil ex hebreo respondet:quare adiecticia videtur.

6 Thre. 4

GALL.

¶In finē ps Dd. XIII.

1 Dixit insipiens in corde suo:non est deus.
2 Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis suis:non est qui faciat bonū/nō est vsq; ad vnū.
3 Dominus de cęlo prospexit super filios hoim: vt videat si est intelligens aut requirens deum.
4 Omnes dęclinauęrūt/simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum non est vsq; ad vnū.
5 Sepulcrū patens est gutur eorū/linguis suisdoloſe agębant: venęnum aspidum sub labiis eorū.
6 Quorū os maledictione & amaritudie plęnū est: vęloces pedes eorum ad ęffundendū sanguinem.
7 Contritio & infęlicitas ī vijs eorum/& viā pacis nō cognouęrūt:nō est timor dei ante oculos eoꝝ
8 Nonne cognoscent omnes qui operanť iniquitatem:qui dęuorant plębē meam sicut escam panis?
9 Dominū non inuocauęrunt:illic trepidauęrūt timore vbi nō erat timor.
Aliq hic legūt confudisti:itare nō potest, nam & grece pluratiue κατησχυνατε et tralationes omnes cōfudistis habēt.
10 Quoniā dominꝰ in generatione iusta est/consiliū inopis cōfudistis:quoniam dominus spęs eiꝰ est.
11 Quis dabit ex sion salutare isrl?cū auerterit dns captiuitatem plębis sue/

ROM.

¶In finē ps Dd. XIII.

Dixit insipiens in corde suo non est deus: corrupti sunt & abominabiles facti sunt in voluntatibus suis.
Nō est qui faciat bonū: non est vsq; ad vnū.
Dominꝰ de cęlo prospexit super filios hominū: vt videat si est intelligēs aut requirens deum.
Omnes dęclinauęrūt/simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum nō est vsq; ad vnū.
Sepulcrū patens est gutur eorū/linguis suis dolose agębant: venęnum aspidum sub labijs eorū.
Quorū os maledictione & amaritudie plęnū est: vęloces pedes eorum ad ęffundendū sanguinem.
Contritio & infęlicitas in viis eorum:& viam pacis non cognouęrūt.
Nō est timor dei āte oculos eoꝝ: nōne cognoscēt oēs qui operanť iniqtatē
Qui dęuorant plębē meam sicut escam panis?dominum nō inuocauęrūt: illic trepidauęrunt timore vbi nō erat timor.
Quoniam deus in generatione iusta est/consiliū inopis confudistis: quoniam deus spęs eius est.
Quis dabit ex siō salutare isrl?:dū auerterit dns captiuitatem plębis sue.

HEB.

¶Victori ps Dd. XIIII

Dixit stultus in corde suo:non est deus.
Corrupti sunt & abominabiles facti sunt studiose:non est qui faciat bonum.
Dominus de cęlo prospexit super filios hominum:vt vidęret si est intelligens/requirens deū.
Omnes recessęrūt/simul conglutinati sunt: nō est qui faciat bonum non est vsq; ad vnum.

Nonne cognoscent omnes qui operanť iniquitatē:qui dęuorant populū meum vt cibum panis?
Dominū non inuocauęrunt/ibi timębunt formidine: quoniā deus in generatione iusta est.
Consilium pauperū confudistis:quoniam dominus spęs eius est.
Quis dabit de sion salutare isrl?quādo reduxerit dns captiuitatem ppli

exultabit iacob & lętabí-
tur iſrael.

Lętętur iacob: & exultet
iſrael.

ſui: exultabit iacob & lę-
tabitur iſrael.

TITVLVS. Ad victoriã pſalmus Dauid. Pſalmus de Chriſto domino. propheta in ſpiritu loquitur. Inſipiens: preſertim iudeus/deinde et gentilis/terrenus quiſq; & carnalis/qui & filij hominũ dicti iã ſunt. dixit: de Chriſto non eſt deus. corrupti: corruptis moribus. in ſtudiis: ſtudioſe/ex certa delibe-ratione/propoſito/ac voluntate. non eſt: de filius hominũ. qui faciat bonũ: qui dei legẽ mãdataq; cu-ſtodiat. declinauerunt: receſſerunt a deo. non eſt vſq; ad vnũ: non eſt/ne vnus quidem de filius homi-num qui faciat bonum. ſepulchrum patens: ad omnẽ ingluuiem & intemperantiã & ad laxandum verbum ad aliorũ perditionẽ. linguis ſuis doloſe agebant: ad fraudandũ/detrahendum/& decipien-dum. venenum aſpidũ ſub labiis eorum: detrahendo & blaſphemando. contritio: demolitio & vaſti-tas. nonne cognoſcent: verba Chriſti. plebem meam: populum meum quibus dedi poteſtatem filios dei fieri. deuorant: enecant/& eorum ſubſtantiam conſumunt veluti eſcam panis? cognoſcent. filij hominum: dominũ non inuocauerunt. Illic trepidauerunt timore: in perdendis honoribus & terre-nis bonis. vbi non erat timor: in quibus minime erat timendum/ſed timendus erat dominus/& iuſte que pro operibus eorum infliguntur pene. generatio iuſta: populus per regenerationẽ iuſtificatus in numero filiorum dei. inopis: populi iuſtificati. dñs: Chriſtus. ſpes eius eſt: generatio iuſta i eo ſperat. quis dabit ex ſion: verba prophete deſiderio ſuſpirantis vt Chriſtus ſaluator a filijs hominũ vt & a iuſta generatione veniſſe cognoſcatur. a ſpiritu ſancto id cognoſcit non futurũ: niſi in fine ſeculi cũ reliquie iſrael ex diſperſione colligentur/tunc iacob & iſrael vniuerſuſq; hebreorum populus aſcri-bentur numero filiorum dei/& in Chriſto domino cum gaudio & exultatione renouabuntur.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt deus. locutus eſt populus ſtul-
2 tus intra ſemetipſum: neq; Chriſtus eſt deus/neq; eſt quiſq̃ qui res curet vniuerſas. Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis/non eſt qui faciat bonũ: non eſt vſq; ad vnũ. filij hominũ paſ-ſibiles & carnales deprauati & execrabiles facti ſunt in cupiditatibus et intentionibus ſuis/in filiis hominũ non eſt qui nature/non eſt qui diuinã operetur legem/diuinũq; adimpleat mandatũ: nõ eſt
3 ne vnus quidem. Dominus de celo proſpexit ſuper filios hominũ: vt videat ſi eſt intelligens aut re-quirens deum. dicunt non eſt deus/ſed ipſe de celeſti throno ſuo intuitus eſt vniuerſã turbã munda-norum & carnaliũ: vt conſideret ſi eſt vir qui ad eum mentẽ eleuet ad hoc quidẽ illis inditam/et que
4 eſt oculus eternorum ſi eſt qui ſtudeat cognoſcere eum. Omnes declinauerunt/ſimul inutiles facti ſunt: nõ eſt qui faciat bonũ/non eſt vſq; ad vnũ. vniuerſa generatio carnalium a deo auerſa eſt/ſimul deprauata eſt/ſini ad quẽ creata eſt facta inhabilis & inepta: non eſt ne vnus quidẽ qui nature or-
5 dinationẽ ſequatur/non eſt intelligens non eſt requirens deũ. Sepulcrũ patens eſt guttur corũ/lin-guis ſuis doloſe agebant: venenũ aſpidum ſub labiis eorum. fauces eorũ aperte ad interitũ hominũ/
6 blando ſermone ſeducũt: in ſermonibus eorũ immedicabile toxicũ. Quorũ os maledictione & ama ritudine plenũ eſt: veloces pedes eorũ ad effundendũ ſanguinẽ. ab ore carnalium non benedictio non conſolatio aliqua/ſed execratio/blaſphemia/& deſolatio ſolum procedunt: immobiles ſunt ad bonum/ſed celeres & expediti ad malũ patrandũ/& ſuũ ſimile (quod deus ad ſuã fecerat imaginẽ)
7 delendũ/atq; perdendũ. Contritio & infelicitas in viis eorum/& viã pacis non cognouerunt: nõ eſt timor dei ante oculos eorũ. vie eorũ deſolatio & miſeria precipitatioq; in penarũ barathrũ/via vite & tranquillitatis perpetue eſt eis ignota: neq; mirũ/quia timorẽ dei pre ſe non tulerunt/qui eſt vie
8 pacis/initium. Nonne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebẽ meã ſicut eſcam panis? ab hoc nono vſq; in duodecimũ verſũ verba dei ſunt. dicunt nõ eſt deus/in omne faci-nus procliues/ſed nonne vniuerſi carnales/mundi amatores/tranſgreſſores viarũ dei/in tormẽtis id agnoſcẽt: q viros ſpirituales/intelligẽtes et me requirẽtes ad nichilũ redigũt/vorãt & deglutiunt ve-
9 luti panis fragmẽtũ. Deum nõ inuocauerunt: illic trepidauerũt tremore vbi non erat timor. nonne cognoſcent/qui auxiliũ a me non popoſcerunt/in honoribus perdendis/in diuitijs/in terrenis & cor-poreis bonis timorẽ habuerunt vbi non erat illis timendum/ſed in eo qui omnibus his ablatis po-
10 teſtatem habet eos perdendi in ſupplicium eternum. Quoniã deus in generatione iuſta eſt/conſi-lium inopis confudiſtis: quoniã dñs ſpes eius eſt: O inſipiẽtes filij hominũ/qui timuiſtis tranſitoria perdere/non timuiſtis perdere deũ. quia deus non eſt in operantibus iniquitatem/ſed in mandata ſua ſeruantibus & ſuam facientibus voluntatem/o inſipientes filij hominũ/ſpiritualium hominum monita contempſiſtis quaſi omni ope deſtitutorum: ſed nequaq̃ ita eſt/quia deus fiducia eorum eſt.
11 Quis dabit ex ſion ſalutare iſrael? cum auerterit dñs captiuitatem plebis ſue: exultabit iacob et leta bitur iſrael. propheta in ſpiritu iterrogat/cum ſic filij hominũ/generatio terrenorũ ſpritualiũ moni ta confundat/quis erit qui annunciabit ex generatione iuſta/ſpirituali & celeſti/Chriſtum dñm ſal-

uatorē fidelium? Reſponſio in ſpiritu/cum diſperſionē collegerit deus populi hebraici/cognoſcetur Chriſtus/cum gaudio ſupplantabūtur mali/& erunt homines deū in leticia cognoſcentes.

1 Hie. 4 CONCORDIA. Hieremias.ſtultus populus meus me nō cognouit:filij inſipiētes ſūt & vecordes. 1
1 Hie. 5 Et iterū.negauerūt dominū & dixerūt nō eſt ipſe. ℂ Idē. ſapiētes ſunt vt faciant mala/bene autem 2
2 Hie. 4 facere neſcierūt. Et iterū. Circuite vias hieruſalē & aſpicite & cōſiderate & querite in plateis eius/an
3 Hie. 5 inueniatis virū facientē iudiciū & querentē fidē:& propicius ero ei. ℂ Idē. Dñe oculi tui reſpiciūt fi- 3
4 Hie. 5 dem/percuſſiſti eos & nō doluerūt:attriuiſti eos & renuerūt accipere diſciplinā. ℂ Idē. Ego autem 4
4 Ro. 3 dixi forſitan pauperes ſunt & ſtulti/ignorant viā dñi/& iudiciū dei ſui.ibo ergo ad optimates & lo- 5
5 Hie. 5 quar eis:& ecce magis hi ſimul cōfregerunt iugū/ruperunt vincula. Et Paulus ad Romanos. cauſa- 6
5 Ro. 3 ti enī ſumus iudeos & grecos ſub peccato eſſe:ſicut ſcriptū eſt. quia non eſt iuſtus quiſq̄/non eſt in-
6 Hie. 5 telligens/non eſt requirens deū. omnes declinauerūt/ſimul inutiles facti ſūt:nō eſt qui faciat bonū/
6 Ro. 3 nō eſt vſq; ad vnū. Sepulcrū patēs eſt guttur eorū/linguis ſuis doloſe agebāt/venenū aſpidū ſub la-
7 Hie. 4 bijs eorū. Quorū os maledictiōe & amaritudine plenū eſt:veloces pedes eorū ad effūdēdū ſāguinē
7 Luc. 19 ℂ Hieremias. Cōtritio ſuper cōtritionē locata eſt:& vaſtata eſt omnis terra/& viā pacis non cogno- 7
7 Hie. 5 uerunt. Idē. Dixi/heu/heu/heu dñe deus. ergo ne decepiſti populū iſtū & hieruſalē dicens/pax erit
8 Hie. 5 vobis:& ecce gladius vſq; ad animā? Et Lucas. Et vt appropinquauit videſ ciuitatē fleuit ſuper illā/
9 Hie. 5 dicens. quia ſi cognouiſſes & tu:& quidē in hac die tua/que ad pacē tibi. nunc autē abſcondita ſunt
10 Hie. 5 ab oculis tuis. quia venient dies in te:& circūdabunt te inimici tui vallo/& circūdabunt te/& coan-
11 Hie. 30 guſtabūt te vndiq;/& ad terrā proſternēt & filios tuos qui in te ſunt:& non relinquēt in te lapidem
ſuper lapidē/eo q; non cognoueris tēpus viſitationis tue. Itē Hieremias. receſſerunt & abierunt:& non dixerūt in corde ſuo metuamus dominū deū noſtrū. ℂ Idē. inuenti ſunt a populo meo impij 8
inſidiātes quaſi aucupes/laqueos ponētes et pedicas ad capiendos viros. et ſubdit. nunquid ſuper his nō viſitabo dicit dñs:aut ſuper gentē huiuſmodi non vlciſcetur anima mea? ℂ Idē. Induraue- 9
runt facies ſuas ſuper petrā/et noluerūt reuerti. ℂ Idē. cauſā vidue non iudicauerunt/cauſā pupilli 10
non dixerunt/iudiciū nō iudicauerūt. ℂ Idē. tu ergo ne timeas ſerue meus Jacob ait dominus/neq; 11
paueas Iſrael:quia ecce ego ſaluabo te de terra longinqua/et ſemen tuum de terra captiuitatis eo-
rum. et ſubiungitur in fine. In nouiſſimo dierum intelligetis ea.

ADVERTE. Finē ſecundi verſus non eſt vſq; ad vnū/et finē noni vbi nō erat timor:hebreus in hoc pſalmo non habet/ſed in quinquageſimoſecūdo pene huic in omnibus reſpōdente. et timebūt in futuro enunciat:ceteri autē quod illi reſpondet/in preterito. ℂ Quinto verſu. diſtinctio facienda poſt declinauerūt:vt ſimul ſequēti vocabulo iungatur. quod ex hebreo facile intelligis:vbi ſimul aggluti-natos ſonat. Itē nota tres verſus quorū initia ſepulcrū/quorū/ cōtritio/id eſt quintū/ſextum/et ſepti mū:neq; in hebreo neq; in greco nūc haberi. at in ſeptuagita:olim habebanť. vt dilucet ex capite ter tio epiſtole Pauli ad Romanos:vbi litterā ſeptuaginta interpretū cū his verſibus inſerit. non eni alia tunc erat apud gētes. ℂ Sexto verſu. venenū aſpidū. Aſpis(inquit Ariſtoteles)in africa gignitur:cu-ius ictui/nullū remediū eſt. ℂ Nono verſu. illic trepidauerunt timore vbi non erat timor:ex hebreo ibi formidabunt formidine. et particula vbi non erat timor non apponitur. ſed particula ibi formida-bunt continuo iungitur ex hebreo particule:quoniā deus in generatione iuſta eſt. et videtur Paulo aliud velle q̄ expoſitū eſt circa litterā. videlicet q; cum ipſi carnales et inſipiētes in tormētis/videbūt deum in generatione iuſtorū pauperū et ſpiritualiū eſſe/et ſe eſſe eternis cruciatibus derelictos;ma-gno ſtupore obſtupeſcent. tunc eni cognoſcent omnes qui operantur iniquitatē/et qui dicūt in cor-de ſuo non eſt deus:q̄ vere inſipientes fuerint/inſenſati et decepti/ in tormētis mori non valentes. et contra:q̄ alij ſapientes ſenſati/et nequaq̄ decepti/ſemper cum deo ſolatiū habentes. videbunt q̄ ſtulta ſpes eſt/q̄ fallax/q̄q; bonorū tranſitoriorum mometanea:et contra/q̄ ſapiens/q̄ certa/et nunq̄ deficiens ſpes eterni boni/et in deo collocata/et ſpiritū dei veracē/hominis autē ſenſū fallacē/quem ipſi ſecuti ſunt. ergo carnales et iniuſti:ſuū ſenſum ſequuntur non dei. ſed contra/ſpirituales:non ſuū ſed dei ſequuntur ſenſum/quē nobis cōcedat eligere et ſequi:qui eſt ſupbenedictus in ſecula. ℂ De-cimo verſu. quoniam ſpes eius eſt. eius in hebraica tralatione ad generationem iuſtam refertur: in ceteris autem ad inopem. Nam et grecus habet αυτου.

ℂPſalmus Dᵈ. XIIII.

1 DOmīe q̄s habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in mō te ſancto tuo?

ℂIn finē p̄s dᵈ. XIIII.

DOmīne quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet i monte ſancto tuo?

ℂPſalmus Dᵈ. XV.

DOmīne quis peregrinabitur in tentorio tuo: et quis habitabit in monte ſancto tuo?

2 Qui ingreditur sine ma-
cula:& operatur iustitiã.
3 Qui loquitur veritatẽ in
corde suo:qui nõ egit do-
lum in lingua sua.
4 Nec fecit proximo suo ma-
lũ:& opprobriũ nõ accep-
pit aduersꝰ proximos suos
5 Ad nichilũ deductꝰ est
in cõspectu eius malignꝰ:
timentes autem dominũ
glorificat.
6 Qui iurat proximo suo &
non decipit/qui pecuniã
suam nõ dedit ad vsurã:
et munera super innocẽ-
tes non accepit.
7 Qui facit hec:non mouę
bitur in eternum.

Qui ingreditur sine ma-
cula:& operatur iustitiã.
Qui loquitur veritatem
in corde suo:& non egit
dolum in lingua sua.
Nec fecit proximo suo ma-
lũ:& opprobriũ nõ accep-
pit aduersꝰ proximũ suũ.
Ad nichilũ deductꝰ est
in cõspectu eius malignꝰ:
timentes autem dominũ
magnificat.
Qui iurat proximo suo &
non decipit eum/qui pe-
cuniam suã non dedit ad
vsuram:& munera super
innocentẽ non accepit.
Qui facit hec:non com-
mouebitur in eternum.

Qui ingreditur sine ma-
cula & operatur iustitiã:
loquęturq; veritatẽ i cor-
de suo.
Qui non est facilis in lin-
gua sua/nec fecit amico
suo malũ: & opprobriũ
non sustinuit super vici-
no suo.
Despicitur oculis eiꝰ im-
probus:timẽtes autẽ do-
minum glorificat.
Iurat vt se affligat & nõ
mutat/pecuniã suam nõ
dedit ad vsuram:& mu-
nera aduersum innoxiũ
nõ accipit.
Qui facit hec:nõ mouę-
bitur in eternum.

TITVLVS. Psalmus dauid. psalmus de Christo domino. Propheta in spiritu interrogat. respondet spiritus sanctus. tabernaculũ:domus dei. mons sanctus:paradisus/celestis habitatio/celestis hierusalem vbi requies & stabilitas/securitas & pax intermina. qui ingreditur/ad finẽ vsq; dei responsũ est: qui decẽ Christi cõditiones studebit imitari. Prima qui ingreditur sine macula & operatur iustitiã/id est cõplet diuinã legẽ. & hec generalis est:sequentes speciales. Secunda qui loquitur veritatẽ in corde suo. Tertia qui non egit dolũ in lingua sua. Quarta qui nõ fecit proximo suo malũ. Quinta qui nõ admisit opprobriũ cõtra vicinũ suũ. Sexta qui sathanã cõterit/& cõtritꝰ in cõspectu eiꝰ disperit. Septima qui timẽtes dñm glorificat/cõmendat/laudat & preconiis effert. Octaua qui iurat proximo suo & nõ decipit. Nona qui pecuniã suã nõ dedit ad vsurã. Decima qui munera sup innocẽtẽ nõ accepit. nõ cõmouebitur in eternũ a celesti habitaculo:sed in eo pmanebit sine fine. At quomodo alius a Christo ingreditur sine macula? Per regenerationis lauacrũ:diuinã legẽ & diuina implendo precepta.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo:aut quis requiescet in mõte
sancto tuo? O celi habitator/dominator omniũ & rector/quis admittetur ad incolendũ celeste tem-
2 plum tuũ:aut quis quiẽte fruetur eterna in sublimi habitatione tua? Qui ingreditur sine macula:&
operatꝰ iustitiã. respõsio spiritus sancti. admittet ad celeste tabernaculũ & illa pace fruetur/qui in mũ-
3 do cõuersatur absq; peccato:qui diuina implet mãdata. Qui loquitur veritatẽ in corde suo:qui nõ
egit dolũ in lingua sua. habitabit in tabernaculo dei & in mõte sancto eius requiescet/qui toto corde
4 est veraci:in cuius ore nullus est dolꝰ. Nec fecit proximo suo malũ:& opprobriũ nõ accepit aduersus
proximos suos. qui nulla affecit iniuria notũ & cõfratrẽ suũ:nec est scãdalizatus in notis & vicinis su-
5 is. Ad nichilũ deductus est in cõspectu eius malignus:timẽtes autẽ dñm glorificat. qui nichiliducit
6 quẽ nosci iprobũ:sed sancto timore deũ pauẽtes magnipẽdit & honorificat. Qui iurat proximo suo
& nõ decipit/qui pecuniã suã nõ dedit ad vsurã:& munera super innocentẽ nõ accepit. qui nomen
dei assumẽs/nõ in vanũ ad fratrem & notum accipit/nõ fallit/qui auaricie & turpi super nũmo lucro
7 nunq; intẽdit:qui iustitiã muneribus acceptis/non vendidit. Qui facit hec:non mouebitur in eternũ.
qui hec que dicta sunt operatur/habitabit in tabernaculo dei/& requiescet in monte sancto eius:a
quo non dimouebitur in sempiternum.

1 CONCORDIA. Quis ascendet in montẽ dñi:aut qs stabit in loco sancto eius? Innocens manib⁹
2 et mundo corde:qui nõ accepit in vano animã suam. Alibi sine iniquitate cucurri & direxi. Pro-
3 pter veritatẽ & mansuetudinẽ & iustitiã:& deducet te mirabiliter dextera tua. Et Esaias. qui ambu-
lat in iustitiis:& loquitur veritatẽ. qui proiecit auariciam ex calumnia:& excutit manus suas ab omni
munere. qui obturat aures suas ne audiãt sanguinẽ:& claudit oculos ne videãt malũ. iste in excelsis

habitabit. Et Petrus. qui peccatū non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. ¶ Idem. qui cum maledicereturnon maledicebat: cū pateretur non comminabatur. ¶ Paulus. Ipse similiter participauit eisdem: vt per mortē destrueret cū qui mortis habebat imperiū/ id est diabolū. Et Malachias. Orietur vobis timentibus nomē meū sol iusticie: & sanitas in pennis eius. ¶ Dñs in Ioanne ad Nicodemum. Amen amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto/ nō potest videre regnū dei. Et psalmo septuagesimo primo. Ex vsuris et iniquitate redimet animas eorū. Item. parcet pauperi et inopi/ & animas pauperū saluas faciet. Et rursum. liberabit pauperē a potēte: & pauperē cui non erat adiutor. ¶ Esaias. Oculi tui videbūt Hierusalē habitationē opulētā/ tabernaculū quod nequaq̄ transferri poterit: nec auferētur claui eius in sempiternū/ & omnes funiculi eius nō rumpētur. quia solūmodo ibi magnificus est dominus deus noster. ¶ Et ex opposito: qui opposita facit/ ad loca tormentorū (vt idē testatur propheta) detrudetur. quis poterit habitare (inquit) de vobis cū igne deuorante/ aut quis habitabit de vobis cum ardoribus sempiternis?

1 Psal. 23
2 Psal. 23
2 Psal. 58
3 Psal. 44
3 Esaie 33
3 1.Pe. 2
4 1.Pe. 2
5 Heb. 2
5 Mal. 4
6 Ioan. 3
6 Psal. 71
7 Esaie 33

4 5 6 7

ADVERTE. Sexto versu. Qui iurat proximo suo & nō decipit: Hieronymus ex hebreo/ iurat vt se affligat & non mutat. hec alia ab illa videtur sententia. Nam hec particula sonare videtur: Christū quadā immutabili sentētia ac proposito voluisse se affligere pro proximo/ hoc est genere humano/ cui fecit misericordiā. sicut scriptū est: cum michi molesti essent induebar cilicio. humiliabā i ieiunio animā meā: & oratio mea in sinu meo cōuertetur. Et alibi. oculi mei elanguerunt pre inopia. Item. Vota mea dño reddā in conspectu omnis populi eius/ in atriis domus dñi in medio tui hierusalem. Septuaginta autē interpretes: aliā secuti sunt intelligentiā/ que circa litterā exposita est.

¶Tituli inscriptio ipsi Dauid. XV.

1 Conserua me domīe qm̄ sp̄raui i te: dixi dño de⁹ me⁹ es tu/ qm̄ bonorum meorū non eges.
2 Sanctis qui sunt in terra eius: mirificauit omnes voluntates meas in eis.
3 Multiplicate sunt infirmitates eorū: postea acceleraueṛunt.
4 Non congregabo conuēticula eorum de sanguinib⁹: nec memor ero nominum eorū per labia mea.
5 Domin⁹ pars hereditatis mee & calicis mei: tu es qui restitues hereditatem meam michi.
6 Funes ceciderūt michi in p̄claris: eteni hereditas mea p̄clara est michi.
7 Benedicā dñm qui tribuit michi intellectū: insup & vsq; ad noctem increpuerunt me renes mei.
8 Prouidebā dñm i cōspe-

¶Tituli inscriptio ipsi Dauid. XV.

Conserua me domīe qm̄ i te sp̄raui: dixi dño deus me⁹ es tu / qm̄ bonorū meorū nō eges.
Sanctis qui in terra sunt eius: mirificauit omnes volūtates meas iter illos.
Multiplicate sunt eni infirmitates eorum: postea acceleraueṛunt.
Non congregabo conuēticula eorū de sāguinib⁹: nec memor ero nominū illorū per labia mea.
Domin⁹ pars hereditatis mee & calicis mei: tu es qui restitues michi hereditatem meam.
Funes ceciderūt michi i p̄claris: eteni hereditas mea p̄clara est michi.
Benedicā dñm q michi tribuit intellectū: insuper & vsq; ad noctē increpauerunt me renes mei.
Prouidebā dñm i cōspe-

¶Humilis & simplicis Dauid. XVI.

Vstodi me de⁹ qm̄ sp̄raui in te/ dicens deo dñs meus es tu: bene michi nō est sine te.
Sanctis qui in terra sunt & magnificis: omnis voluntas mea in eis.
Multiplicabuntur idola eorum: post tergū sequētium.
Nō libabo libamina eorum de sanguine: neq; assumam nomina eorum i labijs meis.
Domin⁹ pars hereditatis mee & calicis mei: tu possessor sortis mee.
Linee ceciderūt michi in pulcherrimis: & hereditas speciosissima mea est
Benedicā dñm qui dedit michi consiliū: insuper & noctibus erudierunt me renes mei.
Proposui dñm i cōspectu

ctu meo semp; qm̃ a dex-
tris ē mihi ne cōmouear.
9 Propter hoc lętatum est
cor meū & exultauit lin-
gua mea: insuper & caro
mea requiescet in spe.
10 Quoniā nō derelinques
animā meam in inferno:
nec dabis sanctum tuum
vidęre corruptionem.
11 Notas michi fęcisti vias
vite; adiplębis me lętitia
cū vultu tuo: delectatiōes
i dextera tua vsq; in finē.

ctu meo sp: qm̃ a dextris
est michi ne cōmouear.
Propter hoc dęlectatū ē
cor meū & exultauit lin-
gua mea: insuper & caro
mea requiescet in spe.
Quoniā uō derelinques
animā meam in inferno:
nec dabis sāctū tuū vidę-
re corruptionem.
Notas michi fęcisti vias
vite; adiplębis me lętitia
cū vultu tuo: dęlectatiōes
i dextera tua vsq; in finē.

meo semp: qa a dextris
meis est ne commouear.
Propterea lętatū est cor
meū & exultauit gloria
mea: & caro mea habita-
uit confidēter.
Non eni dęreliques ani-
mam meā in inferno: nec
dabis sanctū tuū vidęre
corruptionē.
Ostędis michi semitam
vite; plenitudinē lętitiarū
ante vultum tuum: deco-
res i dextera tua ętternos.

TITVLVS. Humilis & simplicis psalmus Dauid. Psalmꝰ de Christo domino qui vere humilis est & simplex. discite inquit a me: quia mitis sum et humilis corde. Propheta in spiritu: inducit Christum ad patrem. Dominus: deus pater. bonorū meorū nō eges: que sunt icarnatio; natiuitas; in mūdo conuersatio; tentationes; passiones; tandē mors & resurrectio; sed cōtra tuis egeo. sancti: apostoli et discipuli & qui fidē ipsius receperūt. eius: refert patrē. mirificauit: mirabiles fecit. ifirmitates: insanie; idolorū culture; idolaq; ipsa. eorū: fidē scilicet suscepturorū. accelerauerunt: fidē suscipere. conuēticula eorum de sanguinibus: cetus eorum in sacrificiis sanguinū; litādo pecudes & homines. nec memor ero nominū eorū per labia mea: non amplius nominabo eos gentes. dominus: deus pater. pars hereditatis mee & calicis mei: portio & merces mea; & merces passionis mee. tu es: tu pater. hereditatem: possessionē. funes: chorde metiendarū hereditatū & distribuendarū. vt psalmo 77. versu 60; & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis. ceciderunt michi in preclaris: possessionibus. preclara est michi: scilicet termini terre. intellectū: ad discernendū inter bonū & malū; carnē & spiritum; deum & creaturā; lucē & tenebras. Increpuerūt me renes mei: sensualitas mea & caro; affectusq; carnis castigauerūt; erudierūt me in omnibus afflictionibus meis; ne pertraherer; prolabererq; in malū vsq; ad mortē. prouidebā dominū in cōpectu meo semper: hoc Christo propriū est. caro: humanitas. requiescet in spe: dormiet in morte; quiescet in sepulchro in spe resurrectionis. in inferno: sed reuocabis in corpus. sanctū tuū: Christū tuū. corruptionē: resolutionē in primordia sua; vt cum corpora mortuorū vermibus scatent; & in cinerē suū diffluunt & puluerē. vias vite: resuscitādo. cū vultu tuo: per meā ascensionē. delectationes in dextera vsq; in finē: cum sedero a dextris tuis in gloria sanctorum omniū sempiterna. qua nos donare dignetur sanctus sāctorum: qui est super omnia benedictus in secula. Amen.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Cōserua me dñe qm̃ speraui in te: dixi dño deus meus es tu; qm̃ bonorū meorū nō eges. custodi me pater sēper benedicte; quoniā fiducia mea est i te: dixi patri meo de-
2 us meus es tu; quoniā nullius rei es indigus; sed contra; te est michi opus. Sanctis qui sunt in terrā
eius: mirificauit omnes voluntates meas in eis. fidelibus; puris; et incoinquinatis qui sunt i orbe ter-
3 rarum eius: ipleuit magna et mira fecit omnia placita mea; pater meus in eis. Multiplicate sunt infirmitates eorū: postea accelerauerūt. cultura idolorū aucta est & ad summū deducta: postea ad fidē
4 intrare festinauerūt. Nō cōgregabo cōuēticula eorū de sanguinibus: nec memor ero nominū eorum per labia mea. nō cōuocabo cetus eorū ad immolationes animaliū; neq; memorabor vltra qꝫ gētes
5 qꝫ idololatre fuerint; neq; his eos nominibus nominabo. Dñs pars hereditatis mee & calicis mei: tu es qui restitues hereditatē meā michi. pater meus portio & merces sortis; possessionisq; mee et pas-
6 sionis mee: O pater eterne tu es qui dabis possessionē meā michi. Funes ceciderūt michi in preclaris: eteni hereditas mea preclara est michi. dimēsiones hereditatis facte sunt michi i speciosis: eteni
7 possessio mea speciosa est michi. Benedicā dñm q tribuit michi intellectū: insup & vsq; ad noctē increpuerunt me renes mei. glorificabo patrē meū q michi mētē largitꝰ est ad ipsū cognoscēdū & amādū; et qui insup sensus addidit perfectos & affectꝰ erudiētes me in rebus caducis tēporalibꝰ ac trāsito
8 rijs ad ,plequēda bona & fugiēda mala vsq; ad mortē. Prouidebā dñm in cōspectu meo semp: qm̃

GALL. ROM. HEB.

a dextris est michi ne cõmouear. intellectu & mẽte quã michi donauit prospiciebã patrẽ meũ/deum meũ ante me iugiter: quoniã pater meus adest mihi auxilio/ne a rectitudine vlla ex parte dimouear.
Propter hoc letatũ est cor meũ/& exultauit lingua mea: insuper et caro mea requiescet in spe. 9
propterea q; tu michi a dextris semper ades/ne aut intellectu aut sensu/spiritu aut carne labi queã/anima mea letata est/& sensus prorupit in laudes tuas: insuper & corpus meũ quiescet in sepulchro/in certa resurgendi fiducia. Quoniã nõ derelinques animã meã in inferno: nec dabis sanctũ tuũ videre 10
corruptionẽ. caro mea requiescet in spe/quoniã tu celestis pater: nõ deseres spiritũ meũ i mortuorum ergastulo/in loco suppliciorũ eternorũ: neq; corpus quod purũ/mundũ & incõtaminatũ seruasti/fines abire in vermiũ/puluerũq; dissipationẽ. Notas michi fecisti vias vite/adimplebis me letitia 11
cũ vultu tuo: delectationes in dextera tua vsq; in finẽ. reducem fecisti me in vitã/eterno gaudio visione tui cõplebis me: voluptates in parte felicitatis et beatitudinis tue indeficiẽtes sũt atq; interminę.

1 Psal. 70 CONCORDIA. In te domine speraui/nõ cõfundar in eternũ: in iusticia tua libera me/et eripe me. 1
2 Luce 2 ¶ Dñs in Luca. Ecce dedi vobis potestatẽ calcandi supra serpentes & scorpiones: et supra omnẽ vir 2
3 Esaie 2 tutem inimici/et nichil vobis nocebit. Et subiũgit. etiã pater: quia sic placuit ante te. ¶ Esaias. Incur 3
4 Mal. 1 uabitur omnis sublimitas hominũ/et humiliabitur altitudo virorũ/& eleuabitur dñs solus i die illa:
4 Esai 65 & idola penitus conterẽtur. ¶ Malachias. Ab ortu solis vsq; ad occasũ magnũ est nomẽ meũ in gen- 4
5 Psal. 141 tibus: & in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda. Et Esaias. Seruos suos vo-
6 Luc. 10 cabit nomine alio: in quo qui benedictus est super terrã/benedicetur in deo. Amen. ¶ Clamaui ad te 5
7 Psal. 25 dñe/dixi tu es spes mea: portio mea in terra viuentiũ. ¶ Dñs in Luca. Omnia tradita sunt michi a 6
8 Psal. 25 patre meo. ¶ Pes meꝰ stetit in directo: in ecclesijs benedicã te dñe. ¶ Misericordia tua ante oculos 7
8 Act. 2 meos est: & cõplacui in veritate tua. Et petrus in actis. Dauid enĩ dicit in eũ. prouidebã enĩ domi- 8
9 Act. 2 nũ in conspectu meo sẽper: quoniã a dextris est michi ne cõmouear. propter hoc letatũ est cor meũ/ 9
10 Act. 2 & exultauit lingua mea: insup & caro mea requiescet in spe. quoniam nõ derelinques animã meã in 10
10 Act. 13 inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Et Paulus in eisdem. Quẽ autẽ suscitauit eum
11 Ioã. 17 a mortuis/amplius iam non reuersurum in corruptionem: ita dicit. quia dabo vobis sancta dauid fidelia. ideoq; et alias dicit non dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ. ¶ In Ioanne. hec est autem vita 11
eterna vt cognoscant te solum deum verum.

ADVERTE. primo versu. quia bonorũ meorũ nõ eges: ex hebreo quia bene michi non est sine te/& id apte redditiuũ cause est precedentiũ. quod autẽ dicitur quia bonorũ meorũ non eges: causã nõ reddit. qui fit enim vt sperem in aliquo/vt dicã deus meus es tu: si rebus meis nõ eges? At si vniuersa haberes/deũ autẽ nõ haberes: nõ tibi bene esset. quare videtur septuaginta cõuertisse itelligentiã: & dicendũ potius fuisse/quia bonorũ tuorũ egeo/aut (quod & melius) quia bonũ meũ nõ est preter te. & tunc & redditionis cause & intelligentie conspiratio est. ¶ Quinto versu. tu es qui restitues hereditatem meam michi: ex hebreo/tu possessor sortis mee. vbi possessionẽ hereditatis/filius patri tribuit: in reliquis autem significatur pater hanc hereditatis sortẽ filio tribuere. sed id tolerabile: quando quidem ex Ioanne/omnia que patris sunt & filij sunt/& que filij sunt etiam et patris.

¶Oratio Dauid. XVI.

1 EXaudi domine iusti-
am meã: intende de-
precationem meam.
2 Auribus ꝓcipe orationẽ
meã: nõ in labiis dolosis.
3 De vultu tuo iudiciũ me
um ꝓdeat: oculi tui vide-
ant ęquitates.
4 Probasti cor meum et vi-
sitasti nocte/igne me exa-
minasti: & non est inuẽ-
ta in me iniquitas.
5 Vt nõ loquatur os meũ
opera hominũ: propter

¶Oratio Dauid. XVI.

EXaudi domine iusti-
ciã meã: intende de-
precationi mee.
Auribus ꝓcipe orationẽ
meã: nõ in labijs dolosis.
De vultu tuo iudiciũ me
um ꝓdeat: oculi mei vi-
deant ęquitatem.
Probasti cor meũ et visi-
tasti nocte/igne me exa-
minasti: & non est inuen-
ta in me iniquitas.
Vt non loquatur os meũ
opera hominũ: propter

¶Oratio Dd̃. XVII.

AVdi deus iustũ: ītẽ-
de dęꝑcationẽ meã.
Auribꝰ ꝓcipe oꝝonẽ meã
absq; labiis mẽdacibus.
De vultu tuo iudiciũ me
um prodeat: oculi tui vi-
deant ęquitates.
Probasti cor meũ/visita-
sti nocte: conflasti me &
non inueniſti cogitationes
meas transire os meum.
In opera hominũ: pro-
pter verba labiorũ tuo-

verba labiorū tuorū ego custodiui vias duras.
6 Perfice gressus meos i semitis tuis: vt nō moueā tur vestigia mea.
7 Ego clamaui quoniā exaudisti me deus: inclina aurem tuam michi & exaudi verba mea.
8 Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperantes in te.
9 A resistentibus dextere tue custodi me: vt pupillam oculi.
10 Sub vmbra alarū tuarū protege me: a facie impiorum qui me afflixerunt.
11 Inimici mei animā meā circundederūt / adipē suum concluserunt: os eorū locutum est superbiam.
12 Proijcientes me nunc circundederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.
13 Suscepperunt me sicut leo paratus ad prędam: et sicut catul⁹ leonis habitās in abditis.
14 Exurge domine preueni eum & supplanta eū / eripe animam meam ab impio: phrameā tuā ab inimicis manus tue.
15 Domine a paucis de terra diuide eos in vita eorum: de absconditis tuis adiplet⁹ est venter eorū.
16 Saturati sunt filijs: et dimiserūt reliqas suas paruulis suis.

verba labiorū tuorū ego custodiui vias duras.
Perfice gressus meos i semitis tuis: vt non moueā tur vestigia mea.
Ego clamaui quoniā exaudisti me deus: inclina aurem tuam michi & exaudi verba mea.
Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperantes in te a resistentib⁹ dextere tue.
Custodi me domine vt pupillam oculi / sub vmbra alarum tuarum protege me: a facie impiorū qui me afflixerunt.
Inimici mei animā meā circundederūt / adipē suum concluserūt: os eorū locutum est superbiam.
Proijcientes me nūc circundederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.
Suscepperunt me sicut leo paratus ad prędā: & sicut catulus leonis habitans in abditis.
Exurge domine prœueni eos & subuerte eos: eripe animam meā ab impio phrameā inimicorū de manu tua.
Domine a paucis a terra dispartire eos: et supplanta eos in vita ipsorū. De absconditis tuis adimplet⁹ est vēter eorū / satura ti sūt porcina: et reliquerūt q̄ supfuerūt paruul' suis.

rum ego obseruaui vias latronis.
Sustenta gressus meos i callibus tuis: et nō labā tur vestigia mea.
Ego iuocaui te quia exaudies me deus: inclina aurem tuam michi / audi eloquium meum.
Mirabilē fac misericordiā tuā: saluator sperātiū a resistētib⁹ dextere tue custodi me: quasi pupillā intus in oculo.
In vmbra alarum tuarū ptege me: a facie impiorum vastantium me.
Inimici mei animā meā circundederunt & adipe suo concluserunt: & ore locuti sunt superbe.
Incędētes aduersum me nunc circundederūt me: oculos suos posuerūt declinare in terram.
Similitudo ei⁹ quasi leonis desiderātis prędam: et quasi catuli leonis sedē tis in absconditis.
Surge domine prœueni faciem eius i curua eum / salua animam meam ab impio: qui est gladi⁹ tu⁹.
A viris man⁹ tue domine q̄ mortui sūt i pfūdo / quorū pars i vita / & quorū de absconditis tuis replesti vētrē: q̄ saturabunt filijs & dimittēt reliquias suas paruulis eorum.

	GALL.	ROM.	HEB.
17	Ego autem in iustitia apparebo in conspectu tuo: satiabor cum apparuerit gloria tua.	Ego autē cū iustitia apparebo in conspectu tuo: satiabor dum manifestabitur gloria tua.	Ego in iustitia videbo faciem tuam: implebor cū euigilauero similitudine tua.

TITVLVS. Oratio ipsi Dauid. Psalmus. Oratio ad Christū dñm. propheta in spiritu: inducit populum fidelē. Dñs: Christus deus. iustitiā meā: iustā orationē/iustū cetū sāctorū tuorū. intēde deprecationē meā: auribus percipe orationē meā. eiusdē/affectū orantis insinuās/frequens repetitio. non in labiis dolosis: quā tibi offero absq; fictione & dolo. de vultu tuo iudiciū meū prodeat: aspice & iudica facta mea. oculi tui videāt equitates: facta in equitate & legis tue obseruatione. et est precedentis particule declaratio. nocte: tentatione potestatū tenebrarū. igne: persecutione hominū. nō est inuenta in me iniquitas: neq; suggestioni tenebrose potestatis/neq; persecutionibus seculi succubui. vt nō loquatur os meū opera hominū: opera filiorū hominū/que psalmus tertiusdecimus cōtinet. verba labiorū tuorū: euāgeliū. custodiui/obseruaui vias duras: vias demonis/vias latronis qui furatur verbū tuum de mentibus fideliū. perfice gressus meos in semitis tuis: stabili progressū vite mee in mādatis tuis. vt nō moueantur vestigia mea: vt vita mea nō labatur in transgressionē mādatorū tuorū. clamauit: orationē fudi. inclina aurē: propicius esto. verba mea: precē meā. mirifica: admirabiles fac. dextere tue: iis qui in misericordia tua & bonitate tua cōfidunt/quos et in fine seculorū i dextera tua collocabis. vt pupillā oculi: purū & mūdū/& magna prouidētie tue cura. alarū tuarū: misericordie & iusticie tue. impiorū: tā hominū q̄ spiritualiū nequitiarū. inimici mei: hostes mei/peccatores & infideles. circundederunt: obsederunt/vallauerunt. adeps: qui in ipsis valētiores et electiores videntur ad persequendū. locutū est superbiā: cōtra deū & eius precepta. proijciētes: ejcientes. in terrā: ad terrena et non ad deum. susceperunt: acceperunt. ad predā: ad spolianda et bona mea et vitam. in abditis: qui clam non audent et mea et vitā meam spoliare/occulte id molitūtur per insidias. exurge. occurre in auxiliū meū. pueni: supplāta/frustra. ipius: diabolus. phrameā tuā ab inimicis manu tue: eripe/tolle/auser potestatē ledēdi/pcecutionis gladiū a resistētibus dextere tue. a paucis: a bonis/a populo tuo qui pauci sunt cōparatione hostiū et inimicorū. diuide: separa/seiunge eos. de absconditis tuis adimpletus est venter eorū: de immūdis/que a te absondūtur. saturati sunt filijs: libidinibus vacando/nō querētes satietatē nisi in immūdicijs carnis et delectatione liberorū/quibus terrena sua/consimiles mores et consimlia perdite vite relinquunt exempla. Iusticia: operibus iusticie et impletionis tue legis. satiabor: nō in terrenis/i voluptatibꝰ carnis/in multitudine filiorū/sed i manifestatione glorie tue.

EXPOSITIO CONTINVA. Exaudi domine iustitiā meā: intende deprecationē meā. suscipe deus eterne iustā precē meā. animaduerte ad supplicationē meā. Auribus percipe orationē meam: nō 2
i labijs dolosis. exauditiōis tue aure admitte precē meā: quā ad te porrigo: nō i verbis simulatis/mēdacibus & subdolis. De vultu tuo iudiciū meū prodeat: oculi tui videant equitates. de iis que videris iudex meus esto: aspectus tui facta mea discutiant/et pro equitate diiudicent. Probasti cor meū 4
& visitasti nocte/igne me examinasti: et nō est inuenta in me iniquitas. periculum fecisti anime mee/permisisti tenebrarū potestates stimulis suis & suggestionibus me molestare/persecutionibus hominū probans me cōcoxisti me: & in omnibus iis nō declinaui ad malū. Vt nō loquatur os meū opera hominū: propter verba labiorū tuorū ego custodiui vias duras. probasti me: tentatione & persecutione examinasti me/& non sum locutus ore meo facta hominū/non blasphemaui/non detraxi/non decepi: propter precepta & mādata tua ego declinaui deuia maligni & itinera pditionis. Perfice gressus meos in semitis meis: vt non moueātur vestigia mea. benignissime deus tu hactenus adiuuisti me/prosequere & absolue omnes motus et voluntates meas in preceptis tuis: ne forte propria infirmitate labar et ruam in peccata/si me michi ipsi reliqueris. Ego clamaui quoniā exaudisti 7
me deus: inclina aurē tuā michi et exaudi verba mea. ego ad te deus meus precatum porrexi/quia tuum est exaudire precātē ad te: accōmoda michi benignitatis tue auditū/et admitte preces meas.
Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperantes in te. O misericordissime deus/nunc in me ma- 8
nifesta mirabiles miserationes tuas: qui saluare soles confugientes ad te. A resistētibus dextere tue 9
custodi me: vt pupillam oculi. fortissime deus defende me ab iis qui reluctantur fortitudini et gratie tue: vt omni cura et diligentia pupilla oculi solet protegi et defendi. Sub vmbra alarū tuarū protege me: a facie ipiorū qui me afflixerūt. sicut pulli sub ala matris defenduntur ne videātur et rapiātur ab accipitre: ita sub tegmine protectionū tuarū absconde me/ne hostiles nequitie que michi permoleste fuerunt/videant et diripiant me. Inimici mei animam meam circūdederunt/adipē suū cōclu- 11
serunt: os eorum locutū est superbiā. hostes mei cōstipauerunt vitā meā/fortitudinē suā collegerunt:

12 irruperunt in blasphemiã. Proijciẽtes me nunc circũdederunt me:oculos suos statuerunt declinare
in terram. conculcantes me/nunc vallauerunt me:proposuerunt non ad te deus meus/sed in terrena
13 mentẽ suam deflectere. Susceperũt me sicut leo paratus ad predã:et sicut catulus leonis habitans
in abditis.arripuerunt me in similitudinẽ leonis ferã concupiscentis:in similitudinẽ leonculi in antro
14 insidiantis. Exurge dñe preueni eũ/& supplanta eũ/eripe animã meã ab impio:phrameam tuã ab
inimicis manus tue.accurre in auxiliũ meũ misericordiarũ largitor/anticipa hostẽ meũ principẽ ne-
quitiarũ anteq̃ michi prevaleat:erue a faucibus maligni spiritũ meũ/ ab angelo percutiente/ab iis
15 qui rebelles sunt potentie tue. Dñe a paucis de terra diuide eos in vita eorũ:de abscõditis tuis ad-
impletus est venter eorũ.dominator eterne separa eos in vita sua a paucitate sanctorũ tuorũ qui sũt
16 in terra:separa eos/quorũ solis imundicijs a quibus oculos auertis scatẽt & refarta sunt viscera. Sa-
turati sunt filijs:& dimiserunt reliquias suas paruulis suis.soltis voluptatibus/libidimbusq; et intẽpe-
rantiis intẽti carnali prole sũt satiati:& tandẽ ad eternã mortẽ ruẽtes/opes suas et similes mores re-
17 liquerunt natis suis. Ego autẽ in iusticia apparebo in cõspectu tuo:satiabor cum apparuerit gloria
tua.ego vero contra/ad vitã respirãs O glorie largitor eterne/comparebo cõspectui tuo non in car-
nali prole sed in operibus iusticie et mandatorũ tuorũ obseruatione:nõ saturabor in hoc mundo sed
cum reuelabitur facies tua/cum conformis & configuratus fuero Christo tuo.

ADVERTE. Quintoversu.vt non loquatur os meũ opera hominũ:quod respõdet ex hebreo op-
tatiua est particula/hoc pacto.vtinã cogitatio mea non transisset os meũ in opere Adã/in operibus
hominũ narrandis/& in querimoniã trahendis.sunt et codices qui habent.non iueniſti cogitationes
meas transisse os meũ:in opere hominũ. ¶ Vndecimo versu.adipẽ suũ concluserunt:ex hebreo adi-
pe suo.et si (vt adeps/ceum tritico:quid valentius & delectius est) valẽtiores hostium & delectiores
intelligantur:rectius septimo casu adipe suo cõcluserunt animã meã scilicet/dicendũ est. ¶ Duode-
cimo versu.proijciẽtes me nunc circũdederunt me:Hieronymus ex hebreo aliã dat intelligentiam/
non proijciẽtes aut eijcientes/sed incedẽtes aduersũ me.nõ enim si proijcerent aut eijcerent:eque cõ
sonum videtur:vt circũdarent. ¶ Quartodecimo versu. Exurge dñe preueni eũ & supplãta eũ:Hie-
ronymus ad Sũniam probat sic esse dicẽdũ/& nõ vt etiam nunc in psalmodia romana relictum est
preueni eos & subuerte eos per plurale relatiuũ. ¶ Eodẽ quartodecimo versu vbi legitur. eripe ani-
mam meã ab impio phrameã tuã:legendũ videtur phramea tua septimo casu. nam & Hieronymꝰ
ex hebreo explicat vt particulã impio apponẽdã:hoc pacto.salua animã meã ab ipio qui est gladi-
us tuus.sic eni spiritualis animarũ hostis psalmo 21 erue a phramea deus animã meã:nuncupatur.
& distinctio facienda post phramea. quod autẽ sequitur:respicit superiorẽ particulã erue animam
meam.alioqui facta distinctione post impio:exponatur vt dictũ est post titulũ/&si sensus sit coacti-
or:cum eripe in alijs tralationibus erue & salua interpretetur. ¶ Quintodecimo versu. dñe a paucis
de terra diuide eos:ex hebreo respondet a viris manus tue qui mortui sunt in profundo.atq; aliam
Hieronymus ex hebreo colligere videtur sententiã/respiciens sẽper superiorẽ particulã/salua/eripe
siue erue animã meã a viris manus tue qui mortui sunt in profundo/qui mortui sunt in anima & spi-
ritu/& eterno adiudicati supplicio.ab ijs quorũ pars in vita:qui partim viuũt & partim mortui sunt.
de quibus lege Hermam.ab ijs quorũ ventrẽ de abscõditis tuis repleſti. at cũ dicitur a viris manus
tue:non dextra/sed sinistra intelligitur/que plena est iusticie & vindicte.nisi intelligamus cõtumaci-
bus/rebellibus & inimicis vt septuaginta intellexere. ¶ Septimodecimo versu.cum apparuerit glo-
ria tua:aliter ex hebreo Hieronymus explicat/cũ euigilauero similitudine tua.quod resurrectionem
nostram ad Christi similitudinẽ:sonare videtur. Nam quos ad vitã pscium eternã (vt diuinus inquit
Paulus)predestinauit conformes fieri imaginis filij sui.

¶ In finem puero domi-
ni Dauid: quę locutꝰ est
dño verba cantici huiꝰ in
die qua eripuit eum dñs
de manu omniũ inimi-
corum eius & de manu
Saul & dixit. XVII.

1 Diligã te domine for
titudo mea:dñs firma-
mentum meum & re-

¶ In finẽ puero domini
Dauid: quę locutus est
dño verba cãtici huius in
die qua eripuit eũ dñs de
manu omniũ inimicorũ
eius & de manu Saul &
dixit. XVII.

Diligã te domine vir-
tus mea:domine firma-
mentum meum & re-

¶ Victori seruo dñi Da-
uid:q̃ locutꝰ est dño ver-
ba cãtici huius in die qua
liberauit eum dñs de ma-
nu omniũ inimicorũ eiꝰ
& de manu Saul & dixit
XVIII.

Diligã te domine for-
titudo mea:dñs pe-
tra mea & robur meũ &

GALL.	ROM.	HEB.
fugium meum & libera-	fugium meũ.	ſaluator me⁹.
tor meus.	Et liberator meus/deus	Deus meus fortis meus:
2 Deus meus adiutor me	meus adiutor me⁹:& ſpę	& ſperabo in eo.
us:& ſpęrabo in eum.	rabo in eũ.	Scutum meum & cornu
3 Protector meus & cor-	Protector meus & cor-	ſalutis mee: & ſuſceptor
nu ſalutis mee: & ſuſce-	nu ſalutis mee adiutor	meus.
ptor meus.	meus:laudans inuocabo	Laudatum inuocabo do
4 Laudans inuocabo do-	dominum/& ab inimicis	minũ:& ab inimicis me-
minũ:& ab inimicis me-	meis ſalu⁹ero.	is ſaluus ero.
is ſaluus ero.		
5 Circũdedęrũt me dolo-	Circũdedęrũt me gemi-	Circũdedęrũt me funes
res mortis: & torrẽtes ii-	tus mortis:& torrẽtes ii-	mortis:& torrentes dia-
quitatis cõturbauęrt me.	quitatis cõturbauęrt me.	boli terruęrunt me.
6 Dolores iferni circũdę-	Dolores inferni circũde-	Funes inferni circunde-
runt me:p̃occupauęrunt	dęrunt me/ pręuenęrunt	dęrunt me: pręuenęrunt
me laquei mortis.	me laquei mortis & i tri-	me laquei mortis.
7 In tribulatione mea in-	bulatione mea inuocaui	In tribulatione mea in-
uocaui dominum: & ad	dominum:& ad deũ me-	uocabo dominum: & ad
deũ meum clamaui.	um clamaui.	deũ meum clamabo.
8 Et exaudiuit de templo	Et exaudiuit de templo	Exaudiet de templo ſan
ſctõ ſuo vocẽ meã:& cla-	ſctõ ſuo vocẽ meã:& cla-	cto ſuo vocem meam: &
mor meus in cõſpectu ei⁹	mor meus i cõſpectu eius	clamor meus ãte faciem
introiuit in aures ei⁹.	introiuit i aures eius.	eius veniet in aures eius.
9 Cõmota eſt & cõtremu-	Et cõmota ẽ & cõtremu-	Cõmota eſt & cõtremu-
it terra/& fũdamẽta mõ-	it terra/& fũdamẽta mõ-	it terra/et fũdamẽta mõ-
tium cõturbata ſũt & cõ-	tiũ cõturbata ſũt& cõmo	tiũ cõcuſſa ſũt et cõquaſ-
mota ſũt:qm̃ irat⁹eſt eis.	ta ſũt:qm̃ irat⁹ eſt eis de⁹	ſata ſũt:quoniã iratus eſt
10 Aſcẽdit fum⁹in ira eius/	Aſcẽdit fum⁹ i ira ei⁹:&	Aſcẽdit fum⁹ de furore
& ignis a facie ei⁹exarſit:	ignis a facie ei⁹exardeſcit	eius/et ignis ex ore ei⁹ de
carbones ſuccẽſi ſũt ab eo	Carbones ſuccẽſi ſũt ab	uorans:carbones incenſi
11 Inclinauit cęlos & deſcẽ-	eo/ & inclinauit cęlos &	ſunt ab eo.
dit:& caligo ſub pedibus	deſcẽdit:& caligo ſub pe	Incliauit cęlos et deſcẽdit
eius.	dibus eius.	et caligo ſub pedibus ei⁹.
12 Et aſcẽdit ſup cherubim	Et aſcendit ſuper cheru-	Et aſcẽdit ſuper cherub
& volauit: volauit ſuper	bim & volauit:volauit ſu	et volauit: volauit ſuper
pennas ventorum.	per pennas ventorum.	pennas vẽti.
13 Et poſuit tenebras lati-	Et poſuit tenebras lati-	Poſuit tenebras latibulũ
bulum ſuũ/in circuitu ei⁹	bulũ ſuum/in circuitu ei⁹	ſuũ in circuitu eius taber-
tabernaculũ ei⁹:tenebro-	tabernaculũ ei⁹:tenebro-	naculũ eius: tenebroſas
ſa aqua in nubibus aeris.	ſa aqua in nubibus aeris	aquas in nubib⁹ ętheris.
14 Prę fulgore in conſpectu	Prę fulgore in conſpectu	Prę fulgore in conſpectu
eius nubes tranſięrunt:	eius nubes tranſięrunt:	eius nubes tranſięrunt:

grādo & carbones ignis.
15 Et itonuit de celo dns/& altissim⁹ dedit vocē suā: grādo & carbones ignis.
16 Et misit sagittas suas & dissipauit eos: fulgura multiplicauit & conturbauit eos.
17 Et apparuerūt fōtes aq̄rum: & reuelata sūt fūda damēta orbis terrarum.
18 Ab increpatiōe tua dñe: ab inspiratione spiritus ire tue.
19 Misit de summo & accepit me: assumpsit me de aquis multis.
20 Eripuit me de inimicis meis fortissimis/& ab iis qui oderunt me: quoniā cōfortati sunt super me.
21 Preuenerunt me in die afflictionis mee: & factus est dñs protector meus.
22 Et eduxit me in latitudinem: saluū me fecit quoniam voluit me.
23 Et retribuet mihi dominus secūdū iusticiā meā: & secdm puritatē manuū mearū retribuet michi.
24 Quia custodiui vias dñi: nec impie gessi a deo meo.
25 Q̄m omnia iudicia eius in cōspectu meo: & iustícias ei⁹ nō reppuli a me.
26 Et ero imaculatus cum eo: & obseruabo me ab iiquitate mea.
27 Et retribuet michi dominus secundū iusticiā meam: & secundū puritatē

grādo & carbones ignis.
Et intonuit de celo dñs: & altissimus dedit vocē suam.
Misit sagittas suas & dissipauit eos: fulgura multiplicauit et conturbauit eos.
Et apparuerūt fontes aquarū: et reuelata sūt fundamenta orbis terre.
Ab increpatione tua domine: ab inspiratione spiritus ire tue.
Misit de summo & accepit me: et assūpsit me de multitudine aquarum.
Eripuit me de inimicis meis fortissimis/ et ab ijs qui oderunt me: quoniā cōfortati sunt super me.
Preuenerunt me in die afflictionis mee/ et factus est dominus ptector meus: et eduxit me in latitudinem/ saluum me fecit quoniā voluit me.
Et retribuit michi dñs secundū iusticiā meā: et secundū innocētiā manuū mearū retribuit michi.
Quia custodiui vias dñi: nec impie gessi a deo meo.
Q̄m oia iudicia ei⁹ i conspectu meo sūt sp: & iustícias ei⁹ nō reppuli a me.
Et ero immaculatus cū eo: et obseruabo me ab iniquitate mea.
Et retribuet michi dominus secundū iusticiā meam: et secundū innocen-

grādo et carbones ignis.
Et itonuit i celis dñs: et altissim⁹ dedit vocē suā grādinem et carbones ignis.
Et misit sagittas suas et dissipauit eos: fulgura multiplicauit et cōturbauit illos.
Et apparuerunt effusiones aq̄rū: et reuelata sūt fundamenta orbis.
Ab increpatione tua domine: ab inspiratione spiritus furoris tui.
Misit de alto et accepit me: extraxit me de aquis multis.
Liberauit me de iimicis meis potentissimis/et de ijs qui oderunt me: q̄m robustiores me erāt.
Preuenerūt me in die afflictionis mee: et factus est dñs firmamentū meum.
Et eduxit me in latitudinem: liberauit me quia placuit ei.
Retribuit michi dñs secundū iusticiā meā secūdum mūdiciā manuum mearum reddidit michi.
Quia custodiui vias dñi: et nō egi impie a deo meo.
Omia enī iudicia eius i cōspectu meo: et precepta eius nō amoui a me.
Et fui immaculatus cum eo: et custodiui me ab iniquitate mea.
Et restituit michi dñs secundū iusticiā meā: et secūdum mūdiciā manuū

GALL.	ROM.	HEB.
manuũ mearũ ín conſpę-ctu oculorum eius.	tiam manuũ mearum in conſpectu oculorũ eius.	mearũ ín conſpectu ocu-lorũ eius.
28 Cum ſancto ſãctus eris: & cum viro ínnocẽte in-nocens eris.	Cum ſancto ſãctus eris: & cum viro innocente in-nocens eris.	Cum ſancto ſãctus eris: & cum viro innocẽte in-nocenter ages.
29 Et cum ęlecto ęlect⁹ eris: & cũ peruerſo ꝓuertęris.	Et cũ ęlecto ęlectus eris: & cũ ꝓuerſo ſubuertęris.	Et cũ ęlecto ęlectus eris: & cũ peruerſo peruertes.
30 Qm̃ tu ꝓplm̃ humilẽ ſal-uum facies: & oculos ſu-perborum humiliabis.	Qm̃ tu ꝓplm̃ humilẽ ſal-uum facies: & oculos ſu-perborũ humiliabis.	Quoniã tu populũ pau-perem ſaluabis: & oculos excelſos humiliabis.
31 Quoniã tu illuminas lu-cernam meã domine de-us meus: illumina tene-bras meas.	Quoniam tu illuminas lucernam meam domine deus meus: illumina te-nebras meas.	Quia tu illuminas lucer-nam meam domine de⁹ meus: illuminabis tene-bram meã.
32 Quoniam ín te ęrípiar a tentatione: & ī deo meo tranſgrediar murum.	Quoniam a te ęrípiar a tentatione: & ī deo meo trãſgrediar murũ.	In te enim currã accin-ctus: & in deo meo tranſ-ſiliam murum.
33 Deus meus ípolluta vía eius/ęloquía dñi igne ex-aminata: ꝓtector eſt om-nium ſpęrantium in ſe.	Deus meus ípolluta vía eius/ęloquía dñi igne ex-aminata: ꝓtector eſt om-nium ſpęrantium in ſe.	Deus ímaculata via eí⁹/ ęloquium dñi igne exa-minatum: ſcutũ eſt om-nium ſpęrantium in ſe.
34 Quoniam quis deus prę-ter dñm: & quis de⁹ prę-ter deum noſtrum?	Quoniã quis deus prę-ter dominũ: aut quis de⁹ prętер deũ noſtrũ?	Quoniam quis eſt deus prętер dñm: & quis for-tis prętер deum noſtrũ?
35 Deus qui pręcinxit me virtute: & poſuit ímacu-latam viam meã.	Deus qui pręcinxit me virtute: & poſuit ímma-culatam viam meam.	De⁹ qui accínxit me for-titudine: & poſuit ímma-culatam viam meã.
36 Qui perfęcit pedes me-os tanq̃ ceruoꝝ: & ſuper excelſa ſtatuens me.	Qui perfęcit pedes me-os tãq̃ cerui: & ſuper ex-celſa ſtatuit me.	Coęquans pedes meos ceruis: et ſuꝑ excelſa ſta-tuẽs me.
37 Qui docet manus meas ad ꝑliũ: & poſuiſti vt ar-cum ęreũ brachia mea.	Qui docet manus meas ad ꝑliũ: & poſuit arcum ęreum brachia mea.	Docẽs manus meas ad preliũ: & cõponẽs quaſi arcũ ęreũ brachia mea.
38 Et dediſti michi prote-ctionẽ ſalutis tue: et de-xtera tua ſuſcępit me.	Et dediſti michi prote-ctionem ſalutis mee/ & dextera tua ſuſcępit me: & diſciplina tua ípſa me docębit.	Dediſti michi clypeum ſalutis tue & dextera tua confortauit me: & man-ſuętudo tua multiplica-uit me.
39 Et diſciplina tua correxit me in finem: et diſciplina tua ipſa me docębit.		
40 Dilataſti greſſus meos ſubtus me: et nõ ſunt in-firmata veſtigia mea.	Dilataſti greſſus meos ſubtus me: & non ſũt in-firmata veſtigia mea.	Dillatabís greſſus meos ſubtus me: & non dęfici-ent tali mei.

GALL.

41 Persequar inimicos meos et comprehendam illos: & non conuertar donec deficiant.
42 Confringã illos nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos.
43 Et precinxisti me virtute ad bellũ: supplantasti insurgẽtes in me subt⁹ me.
44 Et inimicos meos dedisti michi dorsum: & odientes me disperdidisti.
45 Clamauerunt nec erat q̃ saluos faceret ad dominum: nec exaudiuit eos.
46 Et comminuam eos vt puluerem ante faciem vẽti: vt lutum platearũ deleabo eos.
47 Eripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput gentiũ.
48 Populus quẽ non cognoui seruiuit michi: in auditu auris obediuit michi.
49 Filij alieni mentiti sunt michi / filij alieni inueterati sunt: & claudicauerunt a semitis suis.
50 Viuit dominus & benedictus deus meus: & exaltetur deus salutis mee.
51 Deus qui das vindictas michi / & subdis populos sub me: liberator me⁹ de inimicis meis iracundis.
52 Et ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me.
53 Propterea confitebor tibi in nationibus dñe: &

ROM.

Persequar inimicos meos & comprehendam illos / & non conuertar donec deficiant: affligam illos nec poterũt stare.
Cadent subt⁹ pedes meos: & precinxisti me virtute ad bellum.
Supplantasti omnes insurgentes i me subt⁹ me / & inimicorum meorum dedisti michi dorsum: & odiẽtes me disperdidisti.
Clamauerũt nec erat q̃ saluos faceret ad dominum: nec exaudiuit eos.
Et comminuam illos vt puluerem ante faciẽ venti: vt lutum platearũ deleabo eos.
Eripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput gentiũ.
Populus quẽ non cognoui seruiuit michi: obaudi tu auris obediuit michi.
Filij alieni mentiti sunt michi / filij alieni inueterauerunt: & claudicauerunt a semitis suis.
Viuit dominus & benedictus deus: & exaltetur deus salutis mee.
Deus qui das vindictã michi: & subdidisti populos sub me.
Liberator me⁹ dñs de gẽtib⁹ iracũdis / & ab insurgẽtib⁹ i me exaltabis me: a viro iniquo eripies me.
Propterea confitebor tibi in populis dñe: & no-

HEB.

Persequar inimicos meos & apprehẽdam: & nõ reuertar donec consumã eos.
Cedam eos et non poterunt surgere: cadent sub pedibus meis.
Accinxisti me fortitudine ad prelium: incuruabis resistẽtes michi sub me.
Inimicorum meorũ dedisti michi dorsũ: & odiẽtes me dispdidisti.
Clamabunt & nõ erit q̃ saluet ad dominũ: & non exaudiet eos.
Delebo eos vt puluerẽ ante faciem venti: vt lutũ platearum proijciã eos.
Saluabis me a contradictionibus populi: pones me in caput gentium.
Populus quem ignoraui seruiet michi: auditione auris obediet michi.
Filij alieni mentient̃ michi: filij alieni defluent & contrahentur in angustiis suis.
Viuit dominus & benedictus deus me⁹: & exaltabitur deus salutis mee.
Deus qui das vindictas michi: & congregas populos sub me.
Quoniam seruas me ab inimicis meis / & a resistẽtib⁹ michi eleuas me: a viro iniquo liberabis me.
Propterea confitebor tibi in gẽtibus domine: &

GALL.	ROM.	HEB.
nomini tuo psalmū dicā.	mini tuo psalmum dicā.	nomini tuo cantabo.
54 Magnificās salutes regis	Magnificans salutare re	Magnificāti salutes regis
ei9/& faciēs misericordiā	gis ipsi9/& faciēs miseri/	sui & faciēti misericordiā
christo suo dauid:& semi	cordiā christo suo dauid:	christo suo dauid: & se/
ni eius vsq; in sęculū.	& semini ei9 vsq; in sclm.	mini eius vsq; in ęternū.

TITVLVS. Ad victoriā seruo dñi/Dauid:qui locutus est dño verba cantici huius/in die qua eripuit eum dñs de manu omniū inimicorū eius/& de manu Saul. Psalmus de Christo domino. propheta i spiritu inducit eū ad patrē. Dñs:deus pater. in eum:deum patrē. dolores mortis:in nocte passionis. torrentes iniquitatis:torrētes diaboli/inundationes peccatorū generis humani/quas astutia sathane infudit/pro quibus eluendis moriebatur. dolores inferni:funes/laquei mortis solicitante diabolo adinuenti. preoccupauerūt me laquei mortis:ex instigatione sathane & iudeorū machinatione. & est superioris particule explicatio/& fere repetitio. In tribulatione mea inuocaui dñm:in agonia horti. & ad deū meum clamaui:in afflictione crucis. & exaudiuit de tēplo sācto suo vocē meā:in horto mittendo angelū confortantē/& in cruce acceptando pro redēptione mortaliū meā mortē. cōmota est & cōtremuit terra:in passione eius quādo terra cōtremuit/petre scisse sunt/& monumēta aperta/& hec erant quasi indicia doloris & ire patris in morte filij (vt humano loquamur modo) in perfidos iudeos/qui ex odio/liuore/& inuidia eū morti tradiderant. ascendit fumus in ira eius:hoc signum in euangelio scriptū non est/sed Phlego historicus et annales/similiū meminerunt. Inclinauit celos et descendit et caligo sub pedibus eius:quādo tenebre facte sunt super vniuersam terram. Et ascendit super cherubim:repurgatione lucis facta. tenebris eni illis existētibus:quasi pater in luctu descēdisse visus est. et reparata luce:visus est quasi ad sūma conscendisse. his siquidem indicijs:se verū testatus est patrē/et verū qui opetijt filium. super pēnas vētorum:super sublimitatē sūmorū spirituū. ille eni est de quo dicitur:qui facit angelos suos spiritus. vel hic etiā versus:de descēsu totus intelligatur vt in expositione continua. Et posuit tenebras latibulum suū:hoc est quod paulo ante et caligo sub pedibus eius/superioris repetitio et amplior declaratio signorū/que in passione facta sunt/que tribus sequentibus versibus declarātur. dissipauit eos:iudeos qui ad dñi necē cōuenerāt. et cōturbauit eos:vnde et centurio pre admiratione signorū prorupit in vocē/vere filius dei erat homo iste. Et apparuerunt fontes aquarū:ex illo maudito terre motu. et reuelata sunt fundamenta orbis terrarū: respicit quod dictū supra/fūdamēta mōtium cōturbata sunt. Et hoc ab increpatione tua dñe:id euēnit qñ iratus es eis. Misit de sūmo et accepit me:misit auxiliū de celo/et liberauit me. assumpsit:eripuit/liberauit me. de aquis multis:de multis et inundātibus in modū aque/tribulātibus me. inimicis meis fortissimis:principe tenebrarū et eius cōplicibus. et ab ijs qui oderunt me:a iudeis. quoniā cōfortati:validiores sunt effecti super me. nam data est eis tūc potestas inualescēdi/desuper. Preuenerunt me in die afflictionis mee:preoccupare studuerunt me inimici mei et potestates nequā in die passionis mee. firmamentū:propugnaculū/defensio/neq; aduersarius meus in me habuit quicq̄. et eduxit me in latitudinē:eduxit animā meā in libertatē/no dimisit i capturā. liberauit me ab ore leonis:inimici vorare volētis. quoniā voluit me:quoniā placui ei. retribuit michi dominus secundū iusticiam meā:cōpensauit me pater/resuscitādo me in immortalitatē. secundū puritatem manuū mearū reddidit michi:secundū mūdiciam operum meorum donauit michi redēptionē generis humani/et captiuos qui detinebātur in mortis ergastulo. quia custodiui vias dñi:mādata patris mei. nec impie gessi a deo meo:nec quicq̄ admisi cōtra eius voluntatē. Et fui immaculatus cum eo:quādiu in terra fum versatus. et obseruaui me ab iniquitate mea:mei generis/cuius naturā assumpsi/propriā offentā nō admisi/sed imunē ab illa me seruaui. Et retribuit michi dñs:repetitio quarti superioris versi9 i maiorem cōfessionē beneficij patris. sanctus eris:sanctificabis. innocens eris:nō nocebis/nō inferes flagella. cū peruerso:subuersionē/plagam et flagellū irrogabis. quoniā tu populū humilē:sanctū et innocentem et electū saluū facies/ratio penultimi/et prime partis precedētis versus. et oculos superborum humiliabis:ratio vltime partis precedentis versus. qm̄ tu pater illuminas lucernā meā:chorum euangelizantiū per quos illucere debeo mūdo. illumina tenebras meas:illumina iudeos & gētes. quoniā in te eripiar a tentatione:in virtute tua liberabor a terrenis. et in deo meo trāsiliā murū: et in tua dei mei virtute transcendā omne inter te et me/op9 creatū. ipolluta via:imaculata doctrina. eloquia dñi:eloquia patris/lex euangelica. igne examinata:pura/defecata. preter dominū: preter non hypostases excludit sed dominationis et deitatis pluralitatem. supprimitur respōsio scilicet preter vnū dom:nū et vnū deū nostrum/nullus est deus. qui perfecit pedes meos:meorū apostolo-

rum hic & in sequentibus sepe de partibus corporis sui & suo corpore loquitur Christus.tanq̃ ceruorũ:mirabili celeritate ad omnes mundi partes ac si essent cerui.sup excelsa statuẽs:collocans me in dextera sua sup omnes celos.qui docet manus meas ad preliũ:bellatores meos/martyres meos ad dimicandũ cõtra mundũ & terrenas potestates.& posuit vt arcũ ereũ brachia mea:meos doctores inflexibiles.Et dedisti michi:meis.suscepit me:adiuuit meos.correxit:erudiuit/ instruxit.vsq; in finẽ:vsq; ad nouissima tẽpora.& disciplina tua ipsa me docebit:eadẽ cũ superiori particula/sententia. dillataisti gressus meos subtus me:auxisti/multiplicasti ingrediẽtes sub instituta mea.nõ sũt infirmata vestigia mea:nõ sunt ifirmati/nõ sunt immunuti imitatores mei.persequar inimicos meos:iudeos/ per Vespasianũ & milites romanos.nõ cõuertar: nõ desistã/non abscedã.donec deficiãt:donec pdã & exterminẽ eos.cõfringã illos nec poterũt stare:cedã/conterã/nec valebũt obsistere.cadẽt subter pedes meos:pessum ibunt sub pedibus militũ meorũ.et precinxisti me virtute:circũdedisti me robore ad vincẽdos inimicos.& supplãtasti:pessũ dedisti omnes insurgentes in me subter me.& inimicos meos dedisti michi dorsũ:cõuertisti in fugã/fecisti inimicos meos terga vertere.& id iudeorum designat apostasiã.clamabũt:preces fundẽt.& nõ erit qui saluos faciat:& nullus eripiet.clamabũt:inq̃ ad dñm/& nõ exaudiet eos.cominuã eos vt puluerẽ ante faciẽ venti:dispergã eos procul.in populos/ vt ventus dispellit & difflat pulueres.vt lutũ platearũ delebo eos:morte auferã eos/nulla alia eorũ estimatione habita q̃ si vile lutũ essent.eripies me de cõtradictionibus populi:ab ijs qui euãgelizantibus obluctabũtur & obsistẽt.cõstitues me in caput gentiũ:gẽtes mevt caput/vt dñm/vt deũ suum venerabũtur.populus quẽ non cognoui seruiuit michi:populus gẽtilis a me hactenus separatus ditus idolis/cultũ michi exhibebit.in auditu auris:in p̃dicatione apostolorũ/obediet michi.filij alieni mentiti sunt michi:iudei/non mei sed alterius filij/diaboli scilicet cuius faciunt opera/mentiti sũt michi/similes suo patri mẽdaces.filij alieni:filij diaboli.ueterauerũt:in malis.& claudicauerũt i semitis suis:preuaricati sunt in itelligẽtia sue legis.viuit dñs:gratiarũ actio/& beneficiorũ recognitio. vindictam michi:de inimicis meis/conterẽdo & dispergẽdo eos per oẽs gẽtes.et subdis populos sub me:populos multipliciũ gẽtiũ.inimicis iracundis:principibus sacerdotũ/scribis & pharisẽis.ab insurgentibus in me exaltabis me:per mysteriũ passionis crucis mee.a viro iniquo:a domestico traditore meo.eripies me:suscipiẽdo animã meã in sancta manũ tuarũ protectione.propterea:propter hec tanta beneficia tua.confitebor tibi in nationibus:laudationes tuas notas faciam in gentibus.& nomini tuo psalmum dicam:nomini tuo canam laudem.magnificans salutes regis eius:Christi tui quẽ constituisti regem.et faciens misericordiã Christo suo Dauid:messie tuo desiderabili.& semini eius: generationibus in eum credituris.vsq; in seculũ;vsq; ad mundi consumationem.

1 EXPOSITIO CONTINVA. D iligam te domine fortitudo mea:dominus firmamentum meum/ & refugium meum/& liberator meus.in te solo amor meus O pater mi/vigor & potẽtia mea:pater meus/propugnaculum meum est/& ad quem confugio/& in quo aduersus hostes meos salus mea
2 est & mea liberatio. D eus meus adiutor meus:& sperabo in eum.pater meus conditor meus est/
3 & auxiliator meus:& in eo fiducia mea/ in eo expectabo omne bonum.P rotector meus/& cornu salutis mee:& susceptor meus. pater meus defensor meus est/ pater meus arma meam facientia
4 salutem:exaltatio & gloria mea/pater meus ad se me suscipiet. L audans inuocabo dominum:& ab inimicis meis saluus ero. beneficia recolens & bonitates eius pronuncians/ requiram patris
5 opem:& protinus ab hostibus meis liberabor.C ircundederunt me dolores mortis:& torrentes iniquitatis conturbauerunt me.omni ex parte occupauerunt me angustie passionis:& sarcine peccatorum hominũ michi impositeinundationes transgressionũ generis humani/conterruerũt me.
6 D olores inferni circundederunt me:preoccupauerũt me laquei mortis.cruciatus gehenne obsede-
7 runt me:anticipauerunt me retinacula interitus.I n tribulatione mea inuocaui dominũ:et ad deum
8 meum clamaui. E t exaudiuit de tẽplo sancto suo vocem meã:& clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius.in his ipsis afflictionibus meis nõ paruis quidẽ/sed ingẽtibus.dolorũ mortis/torrentiũ iniquitatis cõturbantiũ/cruciatuũ gehenne/& preoccupantiũ laqueorum mortis clamaui ad patrẽ meũ dominatorẽ omniũ/vociferaui ad propriũ conditorẽ meũ/& de excelso glorie sue throno
9 admisit p̃cẽ meã:& vociferatio mea ante ipsũ puenit/& meruit sue exauditionis auditum.C õmota est & cõtremuit terra/fũdamẽta mõtiũ cõturbata sũt & cõmota sũt:qm̃ iratus est eis.dñs patrẽ meũ inuoco/dñs in illis afflictionib⁹ meis ad illũ clamo/ingẽs cõmotio et terre tremit⁹ factus est/ima mõtiũ
10 cõcussa sũt et emota:i signũ ire et succẽsionis patris.A scẽdit fum⁹ i ira ei⁹:& ignis a facie eius exarsit. fecit pater abimo erumpere fumũ in indignatione sua/et a summo ignẽ ante faciẽ eius cõburentẽ.
11 I nclinauit celos & descendit:& caligo sub pedibus ei⁹.pater meus celestia humiliauit/& se inferio-
12 ribus manifestauit:tenebrę sub pedibus eius. E t ascendit super cherubim & volauit:volauit super

pennas ventorum. & sedit super cherubim/& lapsus est in ima:lapsus est super sūma statuū. Et po- 13
suit tenebras latibulum suum:in circuitu eius tabernaculum eius tenebrosa aqua/in nubibus aeris. in
lapsu/in descensu eius dies obscuratus est vt in quo latere vellet:circū se pro tabernaculo tenebro-
sus humor/in nebulis aeris. Pre fulgore in conspectu eius nubes transierunt: grando & carbones 14
ignis. pre fulgurationis multitudine nebule dissipate sunt/eliquate sunt/factaq; est eruptio earum:
eruptio grandinis & carbonum ignitorum. Et intonuit de celo dominus:& altissimus dedit vocē 15
suam/grando & carbones ignis. celestis pater ex alto horrendos ciuit tonitrus:& qui super omnia
exaltatus est/pro voce sua vibrauit grandinem & carbones ignitos. Et misit sagittas suas & dissipa- 16
uit eos:fulgura multiplicauit/& cōturbauit eos. & celestis pater iaculat⁹ est fulmina sua/& dispersit
hostes suos:fulgurationes & tonitrua adauxit/& attonuit eos. Et apparuerunt fontes aquarum: & 17
reuelata sunt fundamenta orbis terrarum. & facto terre hiatu denudate sūt scaturigines fontium:
& interiores terre soliditates patuerunt. Ab increpatione tua domine: ab inspiratione spiritus ire 18
tue. origines fontium & interne soliditates terre patuerunt ab indignatione et detestatione tua pa-
ter eterne:ob spiraculum succensionis indignationis tue. Misit de summo/& accepit me: assumpsit 19
me de aquis multis. pater meus celestis suppetias tulit ab alto/& suscepit me:subtraxit me de in-
genti tribulationum cumulatione. Eripuit me de inimicis meis fortissimis/& ab ijs qui oderūt me: 20
quoniam confortati sunt super me. pater meus celestis liberauit me de hostibus meis truculentissi-
mis/& ab osoribus meis:quoniam viribus superiores erant me. Preuenerunt me in die afflictionis 21
mee:& factus est dominus protector meus. preoccupauerunt me in tēpore passionis & calicis mei:
& pater meus celestis eripuit me. Et eduxit me i latitudinem:saluum me fecit quoniā voluit me. 22
pater meus exemit me ex angustijs/& in locum liberum & amplū statuit me:saluauit me quia cō-
placuit ei in me. Et retribuet michi dominus secundum iusticiā meam:& secundum puritatē ma- 23
nuum mearum retribuet michi. reddet michi pater secundum implende voluntatis sue obedientiā
meam:& secundum mundiciā operum meorum reddet michi. Quia custodiui vias domini:nec im- 24
pie gessi a deo meo. reddet michi pater/quia inuiolata seruaui mandata patris mei:nec quicq̄ trās-
gressionis & impietatis admisi contra voluntatem patris mei/& dei mei. Quoniam omnia iudicia 25
eius in conspectu meo:& iusticias eius non reppuli a me. non admisi aliquid impietatis in deū me-
um/quia omnia precepta & mandata eius obuersantia menti mee:& mandata eius a quibus omnis
iustificatio/non abieci a me. Et ero immaculatus cum eo:& obseruabo me ab iniquitate mea. & 26
sanctus & incontaminatus perseuerabo cum patre meo:& insontem me custodiam a proprio deli-
cto. Et retribuet michi dominus secundum iusticiam meam:& secundum puritatem manuū mea- 27
rum in conspectu oculorum eius. eadem cum vicesimotertio versu intelligentia/ excepta particula
in conspectu oculorum eius:quo designatur ante faciem suam/ in celesti scilicet gloria. Cum san- 28
cto sanctus eris:& cum viro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris:& cum peruerso 29
peruerteris. O pater sancte cum viro incontaminato purus & sanctus apparebis imo sanctificabis:
& cum viro insonte insonter & innoxie te geres/innocentiamq; prestabis. & cum amicis amicus eris:
& cum peruerso tu ipse peruertes. Quoniam tu populum humilem saluum facies:et oculos super- 30
borum humiliabis. sanctus sanctis/insons insontibus/electus electis/et peruertens peruersis/quia tu
humiliter de se sentientes/nichil a se sed a te omnia habere cognoscentes exaltabis: et alta de se
sapientes et superba/non te sed se respicientes/deijcies et pessundabis. Quoniam tu illuminas lu- 31
cernam meā/domine deus meus:illumina tenebras meas. O pater eterne quoniam tu inspiras eos
per quos vis me in terris apparere:tu dominator et conditor meus ispira et lumine cognitionis tue
illustra iudeos et gentes/nulla luce agnitionis tue hactenus illustratas. Quoniam in te eripiar a tē- 32
tatione:et in deo meo transgrediar murū. illumina pater luminū/quia relinquā mundū/et ad te cō-
scendam ereptus ab omni mundi probatione: et in te deo meo transiliam celos/ sepem et interst-
tium visibiliū rerū. Deus meus ipolluta via eius/eloquia dñi igne examinata:protector est omniū 33
sperantiū in se. deus meus ille est/cuius lex incōtaminata est/precepta et mādata patris mei spiri-
tu sancto probata:pater meus defensor omnium spem suam in eo collocantiū. Quoniā quis deus 34
preter dominū:aut quis deus preter deū nostrū/protector est omniū in eo sperantiū/nec ab re/nam
quis eos creauit preter patrem meum:aut quis conditor preter patrem conditorem nostrum? Deus 35
qui precinxit me virtute:et posuit immaculatā viam meam. quis deus preter deum nostrū/deum
quidē qui circūdedit me fortitudine ad resistendū omni potestati ad mala trahēti: qui omnes actus
meos puros et incontaminatos effecit per vniuersam vitam meam. Qui perfecit pedes meos tanq̄ 36
ceruorum: et super excelsa statuens me. qui agilitatem motionis michi largitus est plusq̄ dama-
rum & ibicum:et super culmina celorum collocauit me. Qui docet manus meas ad prelium:et po- 37

suisti vt arcũ ereum brachia mea.qui instruit bellatores meos ad fortiter dimicandũ:& fortes meos
38 insuperabiles facit vt arcum ereum. Et dediſti michi protectionẽ salutis tue:& dextera tua suscepit
me. qd mirũ si manꝰ mee instructe sũt ad preliũ & brachia mea vt arcꝰ eneus/quia tua salus celestis
39 pater protexit me:& fortitudo tua adiuuit me. Et disciplina tua correxit me i finẽ:& disciplina tua
40 ipsa me docebit.et lex tua direxit me vsq; ad nouissima:& lex tua ipsa me instituet. Dilatasti gressus
meos subtus me:& non sunt infirmata vestigia mea.populos sub me multiplicasti:non sunt eneruati/
41 non sunt debilitati imitatores mei/& qui michi sunt subditi. Persequar inimicos meos/& cõprehẽ-
dam illos:& non cõuertar donec deficiant.vrgebo ad tergũ aduersarios meos/ & i manus meas in-
42 cident:& a persecutione non desistã donec intereant. Confringã illos nec poterunt stare:cadẽt sub-
43 tus pedes meos.cõminuã eos nec valebunt resistere:pessum ibunt sub pedes meos. Et precinxisti
me virtute ad bellũ:supplantasti insurgẽtes in me subtus me.& tu pater eterne induisti me fortitu-
44 dine ad preliandũ:& pessum dediſti aduersantes michi/subtus me. Et inimicos meos dediſti michi
dorsum:& odientes me disperdidisti.& hostes meos dispersisti:auersos a me/& qui oderunt me p-
45 petuo iteritui tradidisti. Clamauerũt nec erat qui saluos faceret ad dominũ:nec exaudiuit eos.opẽ
postularunt hostes mei/nec erat qui pro salute eorũ intercederet apud patrẽ meũ: clamauerunt &
46 celestis pater meus non suscepit clamores eorũ. Et cõminuã eos vt puluerẽ ante faciẽ venti:vt lutũ
platearũ delebo eos.& diffiabo cos/dispergam & ventilabo vt solet puluis in procella turbinis:a ce-
47 lesti regno extorres faciã/ejciamq; eos/vt solet a ciuitatibus vile cenũ. Eripies me de cõtradictioni-
bus populi:constitues me in caput gentiũ.tu celestis pater potẽtissime liberabis me de rebellioni-
48 bus hebraice gentis:ordinabis me legislatorẽ super gentes. Popul⁹ quẽ nõ cognoui/seruiuit michi:
in auditu auris obediuit michi.gentiũ natio quam non elegi/quam lege & cerimonijs meis non in-
struxi/cultum michi & latriam exhibuit:& solis auditis euãgelizantibus me/mandatis & preceptis
49 meis implendis se subdidit. Filij alieni mentiti sunt/filij alieni inueterati sunt:& claudicauerunt a
semitis suis.hebrei quos delegerã in filios/quos lege & ritibus meis preinstruxerã/alienati sunt/mẽ-
daces infideles q; facti/filij alieni obstinati sunt & occalluerũt in malis:& mandata mea preuaricati
50 sunt. Viuit dominus & benedictus deus meus:& exaltetur deus salutis mee.sed in omnibus his vi-
cit imortalis & semper viuens pater meus/qui benedicatur:& magnificetur deus qui salutẽ meam
51 est operatus. Deus qui das vindictas michi/& subdis populos sub me:liberator meus de inimicis
meis iracundis.tu pater eterne deus benedicaris & exalteris/qui prestas me vlcisci de aduersis po-
testatibus/& subijcis multiplices nationes cultibus meis:et liberas me ab hostibus meis inuidia/fu-
52 rore/& odio in me concitatis. Et ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me.et
53 a grassantibus in me in altũ tolles me:et a perfidia viri maligni liberabis me. Propterea cõfitebor
tibi in nationibus domine:et nomini tuo psalmũ dicã. hac de causa laudẽ/ beneficiaq; tua testabor
in gentibus pater eterne:et laudem nomini tuo(quia genitor et pater es ãte omnia secula)concinã.
54 Magnificans salutes regis eius/et faciens misericordiam Christo suo Dauid:et semini eius vsq; in
seculum.dicam laudem paterno nomini tuo.quod magnifacit saluationes eius quem constituit sibi
regem/et manifestat miserationẽ suam messie suo desiderabili:et populo fideli/populo in eo credi-
turo/vsq; in sempiternum.

1 CONCORDIA. Dominus ad passionẽ iturus in ioanne ita dicit discipulis.Sed vt cognoscat mun- 1 Ioan. 14.
2 dus quia diligo patrẽ/et sicut mandatũ dedit michi pater sic facio. Tu domine adiuuisti me:et cõ 2 Psal. 85
3.4 solatus es me. In te confirmatus sum ex vtero:de ventre matris mee tu es protector meus. Do 3 Psal. 70
mine non cõfundar:quoniam inuocaui te. Et lucas.apparuit illi angelus de celo confortans eum. 4 Psal. 30
5 Cũ circũdederunt me mala quorũ non est numerus:comprehenderunt me iniquitates mee/et 5 Psal. 39
non potui vt viderẽ. Et Mattheus cepit cõtristari et mestus esse.tũc ait illis:tristis est anima mea vsq; 5 Matth.26
6.7 ad mortẽ. Circũdederunt me dolores mortis:et pericula inferni inuenerunt me. Et ne auer- 6 Psal. 114.
tas faciẽ tuã a puero tuo/quoniã tribulor:velociter exaudi me. Et Mattheus.et progressus pusillum 7 Psal. 68
8 procidit in faciẽ suam orans et dicens:pater mi si possibile est transeat a me calix iste. Voce mea 7 Matth.26
9 ad dominũ clamaui:et exaudiuit me de monte sancto suo. De celo auditũ fecisti iudicium:terra 8 Psal. 3
tremuit et quieuit. Et Mattheus.et ecce velũ templi scissum est a summo vsq; deorsum/et terra mo- 9 Psal. 75
ta est/et petre scisse sunt/et monumenta aperta sunt:et multa corpora sanctorũ qui dormierãt sur- 9 Matth. 28
10.11 rexerũt. Ignis i cõspectu ei⁹ exardescet:et i circuitu eius tẽpestas valida. Nubes et caligo sub 10 Psal. 49
12.13 pedib⁹ eius:iusticia et iudiciũ correctio sedis ei⁹. Qui sedes sup cherubim moueat terra. Abyss 11 Psal. 96
sus sicut vestimentũ amictus eius:sup mõtes stabũt aque. Et Amos. dies dñi ista:tenebre et nõ lux. 12 Psal. 98
14 15 Illuxerũt fulgura eius orbi terre:vidit et cõmota est terra. Deꝰ maiestatis intonuit:dñs super 13 Psal. 103
16.17 aq̃s multas. Fulgura coruscationẽ et dissipabis eos:emitte sagittas tuas et cõturbabis eos. Ab 13 Am. 5

GALL. ROM. HEB.

14 Psal. 96 icrepatiõe tua fugiẽt: & a voce tonitrui tui formidabũt. Et ex Threnis. Cataracte de excelsis apte sũt 18
15 Psal. 28 cõcutient fũdamẽta terre. cõpleuit dñs furorẽ suũ: effudit irã idignationis sue. ¶ Emitte manũ tuã 19
16 Psal. 143 de alto/eripe me & libera me de aquis multis: & de manu filiorũ alienorũ. ¶ Quia ecce ceperunt 20
17 Psal. 103 animã meã/irruerũt in me fortes. Et alibi. cõfortati sunt qui psecuti sũt me inimici mei inuste. Sed
17 Esa. 24 longũ esset ob psalmi prolixitatẽ/vnicuiq; versuũ adaptare concordiã: quod facile facturus sit diui-
18 Psal. 103 ne lectioni vigilanter attẽtus/& psalmorũ & pphetarũ sensa perquirẽs. satis igitur fuerit cepisse/ &
18 Thre. 4 quasi sepẽ & macertã dirupisse: & admonitos esse sacrã litterã ex sacra litterã lucem accipere.
19 Psal. 143 ADVERTE. ¶ Nono versu. qñ iratus est eis. cis septuaginta interpretũ est particula & superfluit/
20 Psal. 58 nec ex hebreo habetur. Illa eni ꝓdigia/solũ precipue erãt testãtia deũ: eius qui moriebaꝫ esse verũ
20 Psal. 68 patrẽ/quasi in veri filij morte deus irascereꝫ & doleret. quod cẽturio ex spiritu sancto intellexit: ex il-
lis cõfitẽs eũ vere esse dei filiũ. ¶ Quitodecimo versu. dedit vocẽ suã/grãdo & carbones ignis. rectiꝰ
grandinẽ & carbones ignis/vt ex hebraica tralatione habetur. est eni id/grãdinẽ expositiua particu-
la ad vocẽ: ac si ita enũciaremus dedit vocẽ suã/id est grãdinẽ & carbones ignis. tẽpus eni illud: fu-
it pre opaca caligine omnia inuoluẽte & tẽpestate/horroris plenissimũ. caliginẽ & tenebras & terre
tremores euangeliũ aperuit: cetera reticuit/que psalmus apertius indicat. ¶ Vicesimosecũdo versu.
& retribuet. rectius & retribuit: ex tralatione hebraica & romana. ¶ Vicesimoseptimo versu. & ero
imaculatus cũ eo & obseruabo. rectius & fui & obseruaui: vt Hieronymꝰ habet ex hebreo. Nã Chri-
stus dñs hec loquitur: vbi omnia consumauerat in mũdo & egressurus de mũdo. ¶ Vicesimũoctauũ
& vicesimũnonũ versũ: septuaginta intellexerũt quasi sermo fieret ad hominẽ. sed ex tralatione Hie-
ronymi: sẽper fit sermo ad deũ. neq; persona loquẽs neq; cui loquitur in toto psalmo mutatur. ideo
hic & illic intelligẽtia altera est. Nã hic/deus cũ sancto sanctus: quia sanctificat. & cũ innocẽte inno-
cens: quia innocentiã prestat. & cũ electo eligẽs: quia gratia & electione ꝑunit. & cũ peruerso puer-
tens: quia vltor & vindex malorũ. Et quod sequitur qñ tu populũ humilẽ saluũ facies/& oculos su
perborũ humiliabis: huius intelligẽtie est cõfirmatiuũ. igitur intelligẽtia septuaginta/humana & mo
ralis est: pphete vero diuina & anagogica. & expositio circa litterã: id attendit. quare vicesimusno-
nus versus ad exemplũ respõdẽtis ex hebreo esset pronũciandus. Et Bernardus qui inter iuniores
nõ pro tẽpore barbarus/multa preclare scripsit: horũ versuũ sermonẽ nõ ad hominẽ sed deũ factum
intellexit. & in eo libro qui de cõsideratione nũcupatur & sup cãtica cãticorũ: rectus inquit dñs deꝰ
noster/qui & cũ peruerso peruertitur. Et sup cãtica. Qualẽ te praueris deo: talis oportet appareat
tibi deus. cũ sãcto sãctus erit: & cũ viro inocẽte innocẽs erit. quid nisæque & cũ amãte amãs/& cum
vacãte vacãs/& cũ intẽto intẽtus/& cũ solicito solicitus. Hec Bernardus. ¶ Tricesimosecũdo versu.
qñ in te eripiar a tentatione: ex hebreo alterã sũpsit Hieronymus intelligentiã. in te eni currã/ac-
cinctus: ad te deũ patrẽ meũ ascendã expeditus. quod & aptius sequẽti particule coherere videtur.
tunc eni tẽtationes in Christo finẽ habebãt: neq; future supererãt a quibus esset liberãdus. sic etiã
habet & tralatio vicesimisecũdi capitis/secũdi regũ. q̃q̃ & videnꝫ aliqua illic deprauata: que ex hoc
loco deprehendãtur. ¶ Tricesimononi versus prima particula/& disciplina tua correxit me in finẽ:
deest in hebreo/in psalterio romano et greco. et supflua videtur: quod id sonet/quod et sequẽs par-
ticula. ¶ Quadragesimiquarti versus principiũ/et inimicos meos dedisti michi dorsũ/melius vt ex
hebreo et inimicorũ meorũ dedisti michi dorsũ/et rectior loquẽdi modus. ¶ In sequẽti versu. cla-
mauerunt nec erat qui saluos faceret: melius vt ex hebreo per futurũ clamabunt/non erit/non ex-
audiet. Id eni: futurũ a passione respiciebat. et sequẽs particula id indicat futuro vtens: et cõminuã
eos vt puluerem. quã Christus: eadem authoritate et potestate qua vnum est cum patre/ loquitur.
¶ Vltimo versu. magnificans salutes regis eius et faciens misericordiam: hec duo vocabula ma-
gnificans et faciens/refert Hieronymus ex hebreo non ad loquentem (nam ipse: rex est a patre cõ-
stitutus et salutare. et seipsum non magnificat: neq; seipsum Christum suum appellat) sed ad no-
mini/superioris versus. quapropter rectius dicendum videtur: magnificanti et facienti. ac si sensus
sit confitebor tibi domine in gentibus/et laudabo nomen tuum. nomẽ inquam tuum/qui deus es et
pater/magnificans salutes regis sui/et faciens misericordiam Christo suo desiderabili/et semini eius
vsq; in seculum:

In finẽ ps Dd. XVIII.

1 CEli ẽnarrãt gloriam
dei: & opa manuũ
eiꝰ annũciat firmamẽtũ.
2 Dies diei ẽructat verbũ:

In finẽ ps Dd. XVIII.

CEli ẽnarrãt gloriam
dei: & opa manuũ
eiꝰ annũciat firmamẽtũ.
Dies diei ẽructat verbũ:

Victori ps Dd. XIX.

CEli ẽnarrãt gloriam
dei: & opa manuũ
eiꝰ annũciat firmamẽtũ.
Dies diei ẽructat verbũ:

GALL.	ROM.	HEB.
& nox nocti indicat sciẽ- tiam.	& nox nocti indicat sciẽ- tiam.	& nox nocti indicat sciẽ- tiam.
3 Non sũt loquęle neq; ser mones: quorum non au- diantur voces eorum.	Non sunt loquęle neq; sermones: quorum non audiantur voces eorum.	Non est sermo & nõ sũt verba: quibus non audia tur vox eorum.
4 In omnẽ terrã exiuit so- nus eorum: & in fines or bis terre verba eorũ.	In omnẽ terrã exiuit so- nus eorum: & in fines or bis terre verba eorũ.	In omnẽ terrã exiuit so- nus eorum: & in finibus orbis verba eorũ.
5 In sole posuit tabernacu lum suũ: & ipse tãq̃ spon sus ꝓcędens de thalamo suo.	In sole posuit tabernacu lum suũ: & ipse tanq̃ spõ sus procędens de thala- mo suo.	Soli posuit tabernaculũ in eis: & ipse quasi spon- sus procędens de thala- mo suo.
6 Exultauit vt gigas ad currendam viam: a sũmo cęlo ęgressio eius.	Exultauit vt gigas ad currendam viam/a sum- mo cęlo ęgressio eius/ & occursus eius vsq; ad sũ- mum eius: nec est qui se abscondat a calore eius.	Exultauit vt fortis ad currendam viam: a sum- mitate cęli ęgressus eius.
7 Et occursus eius vsq; ad sũmũ eius: nec est qui se abscondat a calore eius.		Et cursus eius vsq; ad sũ mitatem illi9: nec est qui se abscõdat a calore eius.
8 Lex dñi immaculata cõ- uertens animas: testimo- niũ dñi fidęle sapiẽtiam prestans paruulis.	Lex domini irreprẽhen- sibilis cõuertens animas: testimoniũ domini fidęle sapiẽtiã prẽstãs paruulis	Lex dñi immaculata cõ- uertens animas: testimo- nium dñi fidęle sapiẽtiã prestans paruulis.
9 Iusticie domini recte lę- tificãtes corda: prẽceptũ domini lucidum illumi- nans oculos.	Iusticie domini recte lę- tificãtes corda: prẽceptũ domini lucidum illumi- nans oculos.	Prẽcepta dñi recta lęti- ficantia cor: mandatum domini lucidum illumi- nans oculos.
10 Timor dñi sãct9 perma- nens in sęculũ sęculi: iudi- cia domini vęra iustifica- ta in sęmetipsa.	Timor domini sanctus permanet in sęculũ sęcu- li: iudicia dei vęra iustifi- cata in sęmetipsa.	Timor domini mũdus perseuęrans in sęcula: iu- dicia domini vęra iustifi- cata in sęmetipsa.
11 Dęsidęrabilia super au- rum & lapidem precioſũ multum: & dulciora su- per mel & fauum.	Dęsidęrabilia super au- rum & lapidem precioſũ multũ: & dulciora super mel & fauum.	Dęsidęrabilia super au- rum & obrizũ precioſũ multũ: & dulciora super mel & fauũ redundantẽ.
12 Etenim seruus tuus custo- dit ea: in custodiendis il- lis retributio multa.	Nam & seruus tuus cu- stodit ea: in custodiendo illa retributio multa.	Vnde & seruus tuus do- cębit ea: in custodiendis eis fructus multus.
13 Dęlicta quis itelligit? ab occultis meis mũda me: & ab alięnis parce seruo	Dęlicta quis itelligit? ab occultis meis munda me domine: & ab alięnis par ce seruo tuo.	Errores quis itelligit? ab occultis munda me: a su- perbis quoq; libera ser- uum tuũ.
14 tuo.		
Si mei nõ fuerint domi-	Si mei non fuerint domi	Si non fuerint dominati

GALL.	ROM.	HEB.
nati tūc imaculatus ero: & ęmundabor a delicto maximo.	nati tunc imaculat⁹ ero: & ęmundabor a delicto maximo.	mei/ tūc imaculatus ero: & ęmundabor a delicto maximo.
15 Et erunt vt complaceāt ęloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.	Et erunt vt complaceant ęloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.	Sint placentes sermones oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo.
16 Domine adiutor meus: & redemptor meus.	Domine adiutor meus: & redemptor meus.	Domine fortitudo mea: & redemptor meus.

TITVLVS. Ad victoriā psalmus Dauid. Psalmus de Christo dño. Propheta in spiritu loquitur. Celi: celestes exercitus. enarrant gloriā dei: in natiuitate Christi dñi in bethleem iude. & opera manuū eius: Christū natū/ & virginē matrē. quis eni hec: nisi manus diuine fecissent? annūciat firmamentū: stella magorū. pertinēt eni stelle ad firmamentū. dies diei eructat verbū: noue & euāgelice legis cognitor orto iusticie sole eiusdē cognitori/ secreta verbi dei depromit/ & q̄si ex itimis & penetralib⁹ mētis eruit. & nox nocti idicat sciētiam: & cognitor veteris legis/ eiusdē cognitori mōstrat sapiētie dei/ & noue legis figurā. non sunt loquele neq; sermones: nō sūt populi quarūcūq; linguarū/ & diuersitatū sermonū. quorū nō audiantur voces eorū: a quibus nō sint audite voces noctis & diei/ cognitorū vtriusq; legis/ vtriusq; testamentorū. in omnē terrā: in omnē populū/ nationē & gentē. exiuit sonus eorū: scientiū & aperientiū vtrūq; testamentum. & in fines orbis: in extremos mundi angulos orientē/ occidentē/ septentrionē/ & meridiē. in sole posuit tabernaculū suū: desideratus gentiū/ in ecclesia locauit mansionē/ habitationē suā. & ipse tanq̄ sponsus: totius humane nature. procedens de thalamo suo: de intemerato virginali vtero. exultauit vt gigas: vt fortis athleta/ & propugnator. ad currendā viā: nostre mortalitatis vt ꝓ redimēda spōsa morereť. a sūmo celo egressio ei⁹: e culmine sūmi celi/ ei⁹ ad nos aduentus. et occursus eius vsq; ad summū eius: et regressus eius vsq; ad sūmū sūmi celi in dextera sui patris. nec est qui se abscōdat a calore eius: qui se abscondere possit a charitate eius/ qua vult omnes saluos fieri. Lex dñi imaculata: doctrina euāgelica pura/ & incōtaminata. conuertēs animas: a terrenis ad spiritualia/ ad celestiū & diuinorū amorē. testimoniū dñi fidele: per ꝓphetas/ doctores/ & sapientes suos. sapientiā: diuinorū intelligentiā. prestans paruulis: elargiens humilibus & timoratis. iusticie dñi recte letificātes corda: iustificationes Christi dei per fidē/ sacramentorū teletas/ & consumationes iuste & sancte exhilarātes animas. preceptū dñi: preceptū euangelicū. illuminans oculos: illuminans mētes hominū. timor dñi: per charitatē ne in quopiā offēdat de⁹. sanctus/ ꝑmanēs in seculū seculi: purus/ perseuerās in hac & i altera vita. & hic amor: Christi fideliū et liberorū est. iudeorum autē: seruilis erat/ formidine penarū cerimonias suas obseruantiū. iudicia dñi vera iustificata in semetipsa: precepta euangelica ore dei enunciata/ vera sūt et iustificata in semetipsa non per alia/ vt ea que veteris legis per precepta noue correcta et iustificata. desiderabilia super aurum et lapidem precioſū multū: super omnē seculi estimationē. dulciora super mel et fauū: super omnē seculi delectationem. seruus tuus: fidelis tuus. retributio multa: immortalitas et vita eterna. delicta: omissiones et errata circa iudicia tua. quis intelligit? tu deus meus. ab occultis meis: ab ijs omissionibus et erratis q̄ me fugiūt. mūda me dñe: mundū me restitue largitione venie. et ab alienis/ a superbis/ a suggestionibus demonū. parce seruo tuo: erue/ libera seruū tuū. si mei dominati nō fuerit: si alieni/ superbi/ spiritus maligni michi dominati nō fuerint. imaculatus ero: posteaq̄ me ab occultis mūdaueris. emūdabor a delicto maximo: non incidā in mortale peccatū. Et erunt vt cōplaceant eloquia oris mei: tunc (me imaculato) orationes mee tibi accepte erunt. et meditatio cordis mei in cōspectu tuo semp: et contēplatio/ et eleuatio mētis mee semp ante te. dñe: fili dei. adiutor meus/ et redēptor meus: qui adiuuas me et redimis me. gratiarū actio in recognitione beneficiorū eius. Ipsi igitur: et laus et honor et gloria/ et gratiarū actio in secula. diuinus admodū: hic psalmus est.

EXPOSITIO CONTINVA. Celi enarrāt gloriā dei: et opera manuū eius annūciat firmamētū. 1
celestes spirit⁹ euāgelizāt glorioſū Christi ortū: et stellaris natura/ facta solo dei artificio ꝑsignat. Di 2
es diei eructat verbū: et nox nocti idicat sciētiā. orto sole iusticie noua lege ibut⁹ ex ꝓfūdo mētis arcano annūciat dei filiū: et ibut⁹ vetusta lege depromit vestigiū. Nō sūt loq̄le neq; sermones: quorū 3
nō audiant voces eorū. nō sunt nationū ligue/ neq; liguarū diuersitates: a qbus noue et veteris legis
nō sint ꝓcepte ĩstitutiones. In omnē terrā exiuit sonus eorū: & i fines orbis terre verba eorū. In yni- 4

uersum orbē terrarū progressa est doctrina/ nouā/ veterēq; legē enucleantiū:& ad terminos habitā=
5 tium hominū auditi sunt sermones eorū. ℣ In sole posuit tabernaculū suū:& ipse tanq̄ sponsus ꝓce=
dens de thalamo suo. Christus dominꝰ habitaculū suum fecit in virgine amicta sole:& ipse de virgi
6 nali vtero ꝓdiens/tanq̄ sponsus de speciosissimo cubili suo. ℟ xultauit vt gigas ad currendā viā:a sū=
mo celo egressio eius. Christus dñs letatus est vt athleta/pugilq; fortissimus ad peragēdū mortalis
7 vite cursū:qui de sinu superceleſtis patris descendit in hunc mundū. ℟ t occursus eius vsq; ad sūmū
eius:nec est qui se abscondat a calore eius. de sinu patris descendit in hunc mundū/& ex hoc mun=
8 do regredietur ad patrē super omnia deū:neq; est vllus qui excludatur a charitate eius. ℒ ex domi=
ni imaculata cōuertēs animas:testimoniū dñi fidele sapientiā prestans paruulis. nullus excluditur
a charitate eius/ꝑcepta Christi dñi ad omnes trāsmissa/pura/ sancta & incōtaminata auersas a se/
conuertētia mētes:approbatio eorū fidelis & veritati nixa/diuinorū intelligentiā humilibus sugge=
rēs & timoratis/nō alte/nō supbe de se sapiētibꝰ/sed ad mēsurā diuine submissionis & sobrietatis.
9 ℐ ustitie dñi recte letificātes corda:preceptū dñi lucidū illuminās oculos. iustificationū ritus Chri=
sti dñi in equitate fūdati/spirituali gaudio replētes animas:mandatū Christi diuina luce perfusum
10 illustrans hominū mētes. ℑ imor dñi sanctus permanēs in seculū seculi:iudicia dñi vera iustifica=
ta in semetipsa. reuerētia Christo dño debita pura & incōtaminata / perseuerās in ꝑpetuū:eloquia
11 a sacro eius ore prolata veritatē/fidēq; & iustitiā in seipsis nō ex alienis cōtinentia. ℒ esiderabilia
super aurū & lapidē preciosū multū: & dulciora super mel & fauum. eloquia dñi cōcupiscibiliora
12 omni re que magni estimatur in mundo:& suauiora omni dulcedine que reperiatur in seculo. ℰt=
enim seruus tuus custodit ea:in custodiēdis illis retributio multa. qua re ℴ eterne deus quisq; fide
13 lis tuus obseruabit ea:in illis inuiolate illibateq; obseruādis/merces & cōpensatio copiosa. ℒ elicta
qs itelligit/ab occultis meis mūda me dñe:& ab alienis parce seruo tuo. sed qs errata & negligē=
tias circa eloquiorū tuorū custodiā capere mente sufficit/tu dñe/ab iis ergo que me fugiunt & te
nō latent expia me largitor yeme:& a malignis spiritibus paruipēsionē mādatorū tuorū suggerē
14 tibus/libera me famulū tuū. ℠ i mei nō fuerint dominati/tunc imaculatus ero:& emūdabor a de=
licto maximo. si apostate spiritus nō preualuerint michi/sed tu & angelus tuus bonus/tunc mun=
15 dus apparebo:& a paruipēsione/cōtēptu & transgressione legis tue purificabor. ℰt erunt vt com
placeant eloquia oris mei:& meditatio cordis mei in cōspectu tuo sēper. & me ab occultis emū=
dato/liberato ab apostatis/alienis & refugis superbie spiritibus/& ab aperta transgressione expia=
16 to:placebūt orationes mee & cōtēplationes mētis mee iugiter ante te. ℒ ñe adiutor meus:et re=
demptor meus. placebunt ante te dñe qui adiuuas me:qui redimis et liberas me.

1 CONCORDIA. Lucas de pastoribus. dixit illis angelus:nolite timere. ecce enim euāgelizo vobis gaudiū magnū:quod erit omni populo. quia natus est vobis hodie saluator:qui est Christus domi=
nus/in ciuitate Dauid. Et subdit. & subito facta est cum angelo multitudo militie celestis laudan=
tium deum & dicentiū. gloria in altissimis deo:& in terra pax/in hominibus bona volūtas. Esaias.
Surge illuminare hierusalē:quia venit lumē tuū & gloria dñi super te orta est. Et Mattheus. ecce
magi ab oriente venerunt hierosolymā dicētes:vbi est qui natus est rex iudeorū/vidimus eni stellā
2 eius in oriēte:& venimus adorare eum. ℂ Paulus. Sapientiā autem loquimur inter perfectos:sa=
pientiā vero nō huius mūdi/neq; principū huius seculi qui destruuntur:sed loquimur dei sapientiā
3 in mysterio. ℂ Daniel. omnes populi/tribus & lingue seruiēt ei. ℂ Paulus. Auditus autē per verbū
4 Christi. sed dico:nunquid nō audierunt/ Et quidē in omnē terrā exiuit sonus eorū/& in fines orbis
terre verba eorū. Et actuū secundo. Et quomodo nos audiuimus vnusquisq; liguā nostrā in qua na=
ti sumus:Parthi & Medi et Elamite/et qui habitāt Mesopotamiā/Iudeā et Cappadociā/Pontum et
Asiam. Phrygiā et Pamphiliā/Egyptū et partes Lybie que est circa Cyrenē/et aduene romani/Iu=
5 dei quoq; et Proselyti/Cretes et Arabes audiuimus eos loquētes nostris liguis magnalia dei. ℂ Io=
annes. Verbū caro factū est:et habitauit in nobis. Et Malachias. Orietur vobis timētibus nomē me=
6 um sol iusticie. ℂ Esaias. Paruulus eni natus est nobis/et filius datus est nobis:et principatus super
humerū eius:et vocabitur nomē eius admirabilis/cōsiliariꝰ/deus/fortis/ pater futuri seculi/priceps
pacis. Et Paulꝰ. occurramꝰ ad ꝓpositū nobis certamē/aspiciētes in authorē fidei nostre IHESVM:
7 qui ꝓposito sibi gaudio sustinuit crucē. ℂ Psallite deo:qui ascendit supra celum celi ad orientem.
8.9 ℂ Pax multa diligētibus legē tuā:et nō est illis scandalū. ℂ Declaratio sermonū tuorū illuminat:
10 & itellectū dat paruulis. Et iterū. Iustꝰ es dñe & rectū iudiciū tuū:i iusticia tua viuifica me. ℂ De hoc
timore per os Hieremie loquitur dñs dicens. timorē meū dabo in corde eorū:vt nō recedāt a me. &
11 letabor super eis:cum bene eis fecero. ℂ Dilexi mandata tua:super aurū & topazion. Et iterum.
12 Oꝫ dulcia faucibus meis eloquia tua:super mel ori meo. ℂ Inclinaui cor meum ad faciendas iustifi=

1 Luc. 2
1 Esaie. 60
1 Math. 2
2 Cor. 2
3 Da. 7
4 Rom. 10
4 Act. 2
5 Ioan. 1
5 Math. 4
6 Esaie. 9
7 Psal. 12
8 Psal. 67
9 Psal. 118
10 Hie. 118
11 Psal. 32
12 Psal. 118
13 Rom. 11
14 Psal. 118
15 Psal. 103
16 Psal. 43

GALL. ROM. HEB.

cationes tuas in eternū:propter retributionē. ¶ Paulus. Iudicabit deus occulta hominū. ¶ Gres- 13.14.
sus meos dirige secundū eloquiū tuū:& non dominetur mei omnis iniusticia. ¶ Iocundū sit ei elo- 15
quium meū:ego vero delectabor in dño. ¶ Exurge dñe adiuua nos:& redime nos ꝓpter nomē tuū. 16
ADVERTE. ¶ Vltima tertij versus particula.quorū nō audiantur voces eorū:legendū esse qui-
busvt Hieronymus habet ex hebreo/aut a quibus/& melius.nam cum dicitur quorū:nullus est sen-
sus/& ineptus est sermo.sed & grece vbi scribitur ωρ ουχι ακουορται αι φωραι αυτωρ/il-
lud ωρ intelligendū est αφωρ.atq; ita conuertendū. non sunt loquele neq; sermones:a quibus
non audiuntur voces eorū/sequēdaq; sententia non verba fuere.neq; cunctandū aut timendū id in
nostris codicib⁹ ꝓtinus emēdare:vt diuina psalmodia recte & intelligibiliter/ad ei⁹ qui illā inspirauit/
a modo concinatur honorem. ¶ Quinti versus principio. In sole posuit tabernaculū suū:sacer Hie-
ronymus ex hebreo aliam tradit intelligentiā/soli posuit tabernaculū in eis.nā hic sol Christus:illic
ecclesia.hic posuit/potius/ad deū patrē:illic ad Christū refertur.& hic sensus:deus pater posuit soli/
Christo q est sol iusticie tabernaculū/habitationē/māsionē in eis/in vtriusq; legis cognitorib⁹ p quos
ānūciatus est mūdo.vtraq; tamē & hec & illa digna est itelligētia:sed hec & verior & accōmodatior.

¶In finē ꝑs Dᾱ. XIX.

1 EXaudiat te dominus
ī die tribulationis: ꝓ-
tegat te nomē dei iacob.
2 Mittat tibi auxiliū de sā-
cto:& de sion tueatur te.
3 Memor sit omnis sacrifi-
cij tui: & holocaustū tuū
pingue fiat. Sēꝑ.
4 Tribuat tibi secundum
cor tuum:& omne consi-
lium tuum confirmet.
5 Lętabimur ī salutarī tuo:
& in nomine dei nr̄i ma-
gnificabimur.
6 Impleat domin⁹ omnes
petitiones tuas:nunc co-
gnoui quoniā saluū fęcit
dñs christum suū.
7 Exaudiet illum de cęlo
sancto suo: in potētatib⁹
salus dextere eius.
8 Hi in curribus & hi in e-
quis : nos autem in noīe
dei nostri inuocabimus.
9 Ipsi obligati sunt & ceci-
dęrunt:nos autem surre-
ximus & ęrecti sumus.
10 Domine saluum fac re-
gem:& exaudi nos in die
qua inuocauerimus te.

¶In finē ꝑs Dᾱ. XIX.

EXaudiat te dominus
ī die tribulationis:ꝓte
gat te nomen dei iacob.
Mittat tibi auxiliū de sā
cto:& de sion tueatur te.
Memor sit dñs oīs sacri-
ficij tui:& holocaustū tu-
um pingue fiat. Dꝑ.
Tribuat tibi dñs secūdū
cor tuū:& omne consiliū
tuum confirmet.
Lętabimur ī salutarī tuo:
in nomine dei nostri ma-
gnificabimur.
Impleat dominus om-
nes petitiones tuas/nunc
cognoui quoniam saluū
faciet dominus christum
suū/& exaudiet illū de cę
lo sācto suo:in potentati-
bus salus dextere eius.
Hi in curribus & hi in e-
quis:nos autē in nomine
dei nr̄i magnificabimur.
Ipsi obligati sunt & ceci-
dęrunt:nos vero resurre-
ximus & ęrecti sumus.
Domine saluum fac re-
gem:& exaudi nos in die
in qua inuocauerim⁹ te.

¶Victori ꝑs Dᾱ. XX.

EXaudiat te dominus
ī die tribulationis: ꝓ-
tegat te nomē dei iacob.
Mittat tibi auxiliū de sā
cto:& de sion roboret te.
Memor sit omnis sacrifi
cij tui:& holocaustū tuū
pingue fiat. Sela.
Det tibi secūdū cor tuū:
& omnem voluntatē tuā
impleat.
Laudabimus in salutarī
tuo:& in nomine dei no-
stri ducęmus choros.
Impleat dominus om-
nes petitiones tuas:nunc
scio quoniā saluabit do-
minus christum suum.
Exaudiet eū de cęlo san-
cto suo:in fortitudine sa-
lus dextere sue.
Hi in curribus & hi in e-
quis:nos autem nominis
dñi dei nr̄i recordabimur
Ipsi incuruati sunt & ce-
cidęrunt:nos autē surre-
ximus & ęrecti sumus.
Domine salua: rex exau
dies nos in die qua inuo-
cauerimus.

TITVLVS. Ad victoriã psalmus Dauid. Psalmꝰ de Christo dño. Propheta in spiritu loquit omnia Christo optãs ꝓspera. Dñs:deꝰ pater. In die tribulationis:i die passionis. nomẽ dei iacob: inuocatio dei iacob sit in illa die ꝓtectio tua. de sancto:desup/de alto. de sion:de specula celesti defẽdat te/& robur tibi mittat. omnis sacrificij tui:oblationis tue/& omniũ penarũ tuarũ. & holocaustũ tuũ:imolatio tua ex maxima charitate. pingue fiat;acceptabile & placens oculis maiestatis diuine. det tibi deus:pater. secundũ cor tuũ:secundũ cordis tui desideriũ. & omne consiliũ tuũ confirmet:& omnẽ voluntatẽ tuam impleat. superioris particule declaratio. letabimnr in salutari tuo:in Christo tuo qui est salutare. & in nomine dei nostri magnificabimur:magni habebimur. ipleat dominus:pater celestis. omnes petitiones tuas:quas in imolatione pro nobis facturus es. nunc ex presenti spiritus sancti afflatu/ ex hac reuelatione cognoui. quoniã dominus:deus pater. saluũ faciet Christũ suũ:eũ exaudiens & ex morte ad immortalitatẽ reuocans. exaudiet illũ de celo sancto suo:de excelso solio glorie sue. in potẽtatibus:in fortitudinibus. salus dextere eius:dextere dei patris. hi in curribus & hi in equis:quidã in curribus/& quidã in equis gloriantur. nos autẽ in nomine dei nostri/ inuocabimus; supplicabimus. ipsi; terreni homines/currus/equos/& potẽtias affectantes. obligati sunt;vincti sunt/ compediti sunt. & ceciderunt:ruerunt precipites. nos autẽ;q; in deo sperantes ipsũ inuocamus/ecõtra. surreximus a terrenorũ precipitio. & erecti sumus:ad spiritualia & diuina. domine salua:deus pater salua nos. rex:Christe/rex a deo patre cõstitutus. exaudies nos/in die qua inuocauerimus te: in die qua te confitebimur regem/& Christũ deum esse. quod prophete in spiritu ante eius aduentũ cõfessi sunt/& qui ei ex iudeis in aduẽtu adheserũt:quod & alij ante consumationẽ mũdi facturi sũt.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Exaudiat te dominus in die tribulationis:protegat te nomẽ dei iacob. O facture salutẽ hominũ/pater eternus omnes petitiones tuas ãnuat in tẽpore afflictionis tue:
2 & custodiat te inuocatio dei iacob. Mittat tibi auxiliũ de sancto:& de sion tueatur te. pater immẽ-
3 sus auxilietur tibi desuper:& defendat de altissimo glorie sue propugnaculo. Memor sit omnis sacrificij tui:& holocaustũ tuum pingue fiat. memoria oblationis tue iugis sit in cõspectu eius:& cha-
4 ritate incensa/immolatio tua fiat accepta. Tribuat tibi secundũ cor tuũ:& omne consiliũ tuũ confirmet. misericordiarũ pater desideriũ tuum faciat:& vniuersum bone volũtatis tue placitũ annuat/
5 & firmũ/stabileq; efficiat. Letabimur in salutari tuo:& in noie dei nostri magnificabimur. O Christe rex eterne exultabimus in salute tua/in teipso qui es salutaris noster & nostra salus:& in inuocatio-
6 ne nominis tui gloriabimur/atq; triũphabimus. Impleat dominus omnes petitiones tuas:nunc cognoui quoniã saluũ fecit dñs Christũ suũ. donet misericordissimus pater vniuersas quas pro saluãdis hominibus fundes/postulationes tuas:ex hoc ipso diuino spiritus illapsu agnoui/quoniã sum-
7 mus pater ab omnibus malis eripiet messiam suũ. Exaudiet illũ de celo sancto suo:in potẽtatibus salus dextere eius. propiciabitur Christo suo/de sublimi glorie sue suggesto: saluatio subuentionis
8 superni patris in fortitudinibus est validissimis/& insuperabilibus potentiis. Hi in curribus/& hi in equis:nos autẽ in nomine dei nostri inuocabimus. quidã in mundanis apparatibus/& quidã in belli-
9 cis potentiis:nos autẽ in iuocatione nominis conditoris & factoris nostri gloriabimur. Ipsi obligati sunt & ceciderunt:nos autẽ surreximus & erecti sumus. qui in curribus & in equis gloriãtur/ compediti et inflexi sunt & ruerũt in ꝑcipitiũ;at nos qui in inuocatione & iclamatione nominis dei gloriamur/manu diuina sustentati/ab auersione/incuruationeq; & casu defensi sumus/& ad diuina eleuati. Domine saluũ fac regẽ:& exaudi nos in die qua inuocauerimus te. pater eterne salua nos:tu Christe rex superbenedicte/admittes preces nostras cum clamauerimus ad te.

1 CONCORDIA. Paulus. Qui in diebus carnis sue/preces supplicationesq; ad eum qui possit ilum saluum facere a morte cum clamore valido et lachrimis offerens:exauditus est pro sua reue-
2. 3 rentia. Lucas. Apparuit autẽ illi angelus de celo:confortans eum. Paulus. Qui per spiritũ sãctum semetipsum obtulit:immaculatũ deo. Esaias. Ecce seruus meus suscipiã eum:electus meus complacuit sibi in illo anima mea. dedi spiritũ meum super eum:iudicium gentibus proferet.
5 Idem. Tu exultabis in domino:in sancto israel letaberis. Clamauit ad me & ego exaudiã eũ/
6 cum ipso sum in tribulatione:eripiam eum & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum:
7 & ostendã illi salutare meũ. Osee. Super equũ non ascendemus:nec dicemꝰ vltra dij nostri opera manuũ nostrarũ. quia recte vie dñi:& iusti ambulabunt in eis/preuaricatores vero corruent i eis.
9 Esaias. Ecce serui mei letabuntur:& vos confundemini. ecce serui mei laudabunt pre exultatio-
10 ne cordis:& vos clamabitis pre dolore cordis & cõtritione spiritus vlulabitis. Ioannes. Amen amen dico vobis:si quid petieritis patrẽ in noie meo dabit vobis. vsq; modo non petistis quicq; in nomine meo:petite & accipietis/ vt gaudiũ vestrũ sit plenum.

1 Heb. 5
2 Luc. 22
3 Heb. 9
4 Esaie 42
5 Esaie 41
6 Psal. 90
7 Psal. 90
8 Osee. 4
9 Esaie 65
10 Ioan. 16

ADVERTE. Quinto versu. letabimur in salutari tuo:& in nomine dei nostri magnificabimur.

GALL. ROM. HEB.

paulo aliter habetur ex hebreo. laudabimus in salutari tuo: & in nomine dei nostri ducemus choros. hoc est psallemus laudes Christi tui: & i nomine dei nostri pre leticia saltabim⁹ tripudiabimusq; chorçasq; ducemus. sed vtraq; intelligentia digna. ¶ Septimi versus secunda particula. in potẽtatibus salus dextere ei⁹: ex hebreo salutis magis fuisset dicẽdũ. ¶ Octauo versu. nos autẽ i nomine dei nostri inuocabimus: ex tralatione hebraica. nos autẽ nois dñi dei nostri recordabimur. & hanc intelligentiã habere videtur. quosdã recordationẽ & mentẽ suã solum figere in curribus. quosdã in equis. hoc est in diuitijs. potẽtijs & honoribus terrenis. & hi carnales homines sunt: quos & filios hominũ psalmo 4 & 13 nũcupauit. alijs autẽ: solũ cure esse nomẽ dñi dei sui. et iugis diuine legis meditatio. et hi: spirituales homines sunt. ¶ In nono versu. vbi dicimus obligati. id est cõpediti: Hieronymus ex hebreo posuit incuruati. quod directius respicit ex oppositio. versiculi sequelã. nã surreximus respicit ceciderunt. et erecti sumus incuruati sunt. tametsi eni terrena bona cõpedes sint. quominus illis impliciti ad celestia et spiritualia bona cõuolent: lege tamen analogie sequela requirebat. si fuisset obligati sunt et ceciderunt. dicendũ fuisse. nos autẽ surreximus et soluti sumus. ¶ Vltimo versu. domine saluũ fac regẽ: Hieronymus ex hebreo distinctionẽ facit post saluũ fac. et pro se et iudeis orat propheta: non pro rege qui Christus dominus est. quomodo eni pro eo oraret: qui est semper patri charissimus. quem adorãt oẽs angeli eius. sed ad eũ dicit: tu rex exaudies nos cum inuocauerimus te. et hic sensus circa litterã explicatus est. et est diuinior eo: quem septuaginta tradidere. Totus siquidem psalmus ad filiũ directus videtur. et de patre vbiq; alias i tertia persona semper locutus: de filio autem vt plurimum in secunda.

¶ In finẽ ps Dꝛ. XX.

1 Domine ī virtute tua lętabitur rex: & super salutari tuo exultabit vehementer.

2 D ęsideriũ cordis ei⁹ tribuisti ei: & volũtate labiorum ei⁹ nõ fraudasti eũ.

3 Q m̃ p̃uęnisti eũ in benedictionib⁹ dulcędinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.

4 V itam petijt a te: & tribuisti ei lõgitudinẽ diẽrũ in sęculum & in sclm scli.

5 M agna gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum.

6 Q m̃ dabis eum in benedictionẽ in sęculũ sęculi: lętificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

7 Q m̃ rex spęrat ī dño: & in misericordia altissimi non commouębitur.

8 I nueniat manus tua o-

¶ In finẽ p̃s Dꝛ. XX.

1 Domine ī virtute tua lętabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer.

2 D ęsideriũ anime eius tribuisti ei: & volũtate labiorum ei⁹ nõ fraudasti eũ

3 Q m̃ p̃uęnisti eũ in benedictione dulcędinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.

4 V ita petijt a te: & tribuisti ei longitudinẽ diẽrum in sęculum sęculi.

5 M agna est gloria eius in salutari tuo: gloriã & magnum decorem impones super eum.

6 Q m̃ dabis eum in benedictione in sęculũ sęculi: lętificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

7 Quoniã rex spęrauit in dño: & i misericordia altissimi nõ cõmouębitur.

8 I nueniat manus tua o-

¶ Victori ps Dꝛ. XXI.

1 Domine in fortitudine tua lętabitur rex: & in salutari tuo exultauit vehementer.

2 D ęsideriũ cordis ei⁹ dedisti ei: & volũtate labiorum ei⁹ nõ fraudasti eũ.

3 Q m̃ prçuęnisti eũ in benedictionibus bonitatis: pones in capite eius coronam de obrizo.

4 Vitã petijt a te: & dedisti ei longitudinem diẽrum in sęculũ & in ęternum.

5 M agna gloria ei⁹ in salutari tuo: gloriã & decorẽ pones super eum.

6 P ones enim eũ i benedictionẽ sempiternã: & hilarabis eũ lęticia apud vultum tuum.

7 Quia rex cõfidet i dño: & in misericordia excelsi non dęcipiętur.

8 I nueniet manus tua o-

GALL.	ROM.	HEB.
mnibus inimicis tuis: dextera tua iueniat omnes qui te oderunt.	mnibus inimicis tuis: dextera tua iueniat omnes qui te oderunt.	mnes inimicos tuos: dextera tua inueniet odientes te.
9 Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui/dominus i ira sua cõturbabit eos: & deuorabit eos ignis.	Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui/dominus in ira sua cõturbabit eos: & deuorabit eos ignis.	Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui/dominus i furore suo precipitabit eos:& deuorabit eos ignis.
10 Fructum eorum de terra perdes:& semen eorũ a filijs hominum.	Fructtum eorum de terra perdes:& semen eorũ a filijs hominum.	Fructum eorum de terra perdes: & semen eorum de filijs hominum.
11 Quoniã declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia quę non potuerunt stabilire.	Quoniam declinauerũt in te mala: cogitauerunt consilium quod non potuerunt stabilire.	Quoniam inclinauerũt super te malum:cogitauerunt scelus quod non potuerunt.
12 Quoniã pones eos dorsum:in reliquijs tuis prę parabis vultum eorum.	Quoniã pones eos dorsum:in reliquijs tuis prę parabis vultum illorum.	Quoniam pones eos humerũ: funes tuos firmabis contra facies eorum.
13 Exaltare dñe in virtute tua:cãtabimus & psallemus virtutes tuas.	Exaltare dñe in virtute tua:cãtabimus & psallemus virtutes tuas.	Exaltare dñe i fortitudine tua: cãtabim9 & psallemus fortitudines tuas.

TITVLVS. Ad victoriã psalmus Dauid. Psalm9 de Christo dño. Propheta in spiritu loquit. Dominus:deus pater. & super salutari tuo:in salutari tuo/in eo ipso quod est salutare tuũ. labiorũ eius non fraudasti:quia solo verbo curabat languores/corpora/animasq; sanabat/effugabat demones/quatiebat elementa/mare tranquillabat/et id genus admiranda & stupenda patrabat.in benedictionibus dulcedinis:in charismatibus spiritus sãcti. coronã de lapide precioso:gloria/honore/& decore. vitã: excitationẽ a mortuis.tribuisti ei longitudinẽ dierũ in seculũ & in seculũ seculi:suscitando eum in vite immortalitatẽ.in salutari tuo:in eo ipso quod est salutare tuũ. gloriã & magnũ decorẽ impones super eũ:hoc est fere quod tertio versu dictũ est posuisti in capite eius coronã de lapide precioso/cõstituendo eũ regẽ regũ/& dominũ dominantiũ/subijciendoq; omnia sub pedibus eius. letificabis eũ: cum sederit in dextera tua. & hoc vltime particule 11 versus/psalmi 15 respõdet. rex:Christus dñs. non cõmouebitur:nõ frustrabitur/nõ decipietur. Inueniatur manus tua:vltrix potentia tua. hic propheta Christum regẽ alloquitur. omnibus inimicis tuis:ab omnibus persecutoribus tuis. dextera tua vltrix potentia/& valentior quidẽ/illisq; potẽtior/eadẽ superiori particule sententia/sed cum augmẽto. pones eos:inimicos tuos. vt clibanũ ignis:vt fornacẽ succensã. in tẽpore vultus tui: vindicte tue. dñs:rex Christus. in ira sua:superioris particule declaratio. in ira sua cõturbabit eos:in vindicta sua cruciatibus afficiet eos. & deuorabit:exedet eos ignis gehennalis. fructum eorũ: omnẽ substantiam eorum. de terra perdes:euelles a terra. & semẽ eorum:posteritatẽ eorũ perdes/euelles/ eradicabis a filijs hominũ. quoniã declinauerũt in te mala:causã tam acerbe vindicte subiũgit. quia declinauerunt:deriuauerunt/inflixerunt. in te:Christũ regem. mala:opprobria/penas/contumelias & flagella. cogitauerunt cõsilia:Christũ omnino perdere/et delere/et terrã suam a romanis vendicare. non potuerunt stabilire:quia opposita eis contigerũt. siquidẽ Christus dñs a mortuis resurgens vltus est in eos:et romani locũ et gentẽ suam tulerunt. quoniã pones eos dorsũ:ad onera ferenda. in reliquijs tuis preparabis vultũ eorũ:in vinculis/in supplicijs detinebis sensus eorũ. exaltare dñe:rex Christe. in virtute:in fortitudine/in victrice potẽtia tua. psallemus virtutes tuas:nos qui te Christũ regẽ cõfitemur/psalmo et laude perenni decãtabimus fortitudines/potentias/et victorias tuas.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Dñe in virtute tua letabitur rex:et super salutari tuo exultabit vehementer. ineffabilis pater dominator vniuersorũ/ in forti auxilio tuo leticia messie tui:et q; eũ consti-

tueris salutare tuū/saluatorē hominū & redēptorē/ exultatio eiꝰ valida. D esideriū cordis eiꝰ tribuisti ei: & voluntate labiorū eius non fraudasti eū. affectū anime & precordiorū eius pro salute hominum largitus es ei: & quidquid voluit/verbo potuit & effecit. Q uoniā preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. implesti desideriū eius/ non est fraudatus desiderio cordis sui/quia plenitudine gratie tue replesti eū: regē super omnia constituisti eum. V itā petijt a te: & tribuisti ei longitudinē dierū in seculū/ & in seculū seculi. a te o fons ingenite deitatis/postulauit a morte excitari: tu immortalitate eum donasti in sempiternū & in durationē interminī eui. M agna est gloria eius in salutari tuo: gloriā & magnū decorē impones super eū. Ingens eius dignitas/claritas/ & glorificatio in verbo tuo/ in eo ipso quod est salutare tuū: magna glorificationis eminentia/ & cumulata pulchritudine adornabis eum. Q uoniā dabis eū in benedictionē in seculū seculi: letificabis eū cum vultu tuo. gloria & sūmus decor eius/quia benedictus/benedictionisq; munera largiens in immortalitatis euo: & tu fons diuinitatis presentia tua/aperta tui cognitione exhilarabis eum ineffabili gaudio. Q uoniā rex sperat in domino: & in misericordia altissimi non cōmouebitur. I nueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. quoniā messias & Christus dominus fidit in patre eterno: & miseratio eius qui super omnia est non deseret eum. fiat ergo O messia rex benedicte vindicta tua super vniuersos hostes tuos: fortis vltio tua apprehendat vniuersos qui te odio persecuti sunt. P ones eos vt clibanū ignis in tempore vultus tui: dominus in ira sua conturbabit eos/ & deuorabit eos ignis. tu messia rex benedicte cum ad iudicandum veneris/cum dies aduenerit vltionis/ cōcremabis vniuersos hostes tuos/tanq̄ fornacē ignitam pones eos: & pater in vindicta sua mulctabit eos/ & spiritus tuus/non charitatis sed eterne mortis igne cōcremabit eos. F ructū eorū de terra perdes: & semen eorū a filijs hominū. O messia sūmi patris progenies omnē laborē eorum in terris irritū facies: & progeniē eorū a generatione hominū euelles/atq; exterminabis. Q uoniā declinauerūt in te mala: cogitauerūt consilia que nō potuerunt stabilire. neq; ab re id facies O Christe rex eterne/quia hostes tui/iudei/pōtifices/ scribe/ & pharisei coniecerunt in te quascunq; potuerunt afflictiones/penas/ & tribulationes: inierunt pacta vt te perpetuo perderent/que minime firmare valuerūt/stabiliaq; efficere. Q uoniā pones eos dorsum: in reliquijs tuis preparabis vultū eorū. nequaq̄ consilia sua stabilire valuerunt/quoniā ex oppositō more tumentorū impositis tergo eorū sarcinis deprimes eos: aptabis ad tormēta/ & ad eternā mortē sensus eorum. E xaltare dñe in virtute tua: cātabimus & psallemus virtutes tuas. tibi sit gloria & exaltatio rex Christe in fortitudine victorie tue: nos fideles tui concinemus & laudabimus fortitudines & potentias tuas.

1 Luc. 10 2 Luc. 10 3 Esaie 11 4 Psal. 71 5 Psal. 71 6 Psal. 71 7 Psal. 70 8 Psal. 70 9 Psal. 139 10 Hie. 18 11 Hie. 18 11 Matth. 27 12 Psal. 17 13 Psal. 17

CONCORDIA. ¶ Lucas. In ipsa hora exultauit in spiritu sancto & dixit. confitebor tibi pater celi & terre: quia abscōdisti hec a sapientibus & prudentibus/& reuelasti ea paruulis. etiam pater: q̄n sic placuit ante te. ¶ Idem. Omnia tradita sūt michi a patre meo: & nemo scit quis sit filius nisi pater/ & quis sit pater nisi filius/& cui voluerit filius reuelare. ¶ Esaias. Et requiescet super eū: spiritus domini/spiritus sapientie & intellectus/spiritus consilij & fortitudinis/spiritus scientie & pietatis/& replebit eū spiritus timoris dñi. ¶ Et viuet & dabitur ei de auro Arabie/& adorabunt de ipso semper: tota die benedicent ei. ¶ Et adorabunt eum omnes reges terre: omnes gentes seruient ei. ¶ Et benedicentur in ipso omnes tribus terre: omnes gentes magnificabunt eū. ¶ Ego autē semper sperabo: & adijciā super omnē laudē tuam. ¶ Confundātur & deficiant detrahentes aie mee: operiantur confusione & pudore qui querunt mala michi. ¶ Cadēt super eos carbones/in ignē deijcies eos: in miserijs non subsistent. ¶ Hieremias. Sicut ventus vrens dispersā eos coram inimico: dorsum & non facie ostendā eis in die perditionis eorū. da filios eorū in famē & deduc eos in manus gladij: vxores eorum absq; liberis & vidue/& viri earum interficiantur morte. Iuuenes eorū confodiantur gladio in prelio: audiatur clamor de domibus eorū. ¶ Idem. Tu autē dñe scis omne consilium eorum aduersū me in mortē: ne propicieris iniquitati eorū. Et Mattheus. Altera autē die que est post parasceuen cōuenerunt principes sacerdotū & pharisei ad Pilatū dicentes. Dñe recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgā. iube ergo custodiri sepulcrū vsq; in diē tertiū: ne forte veniant discipuli eius & furentur eū. et dicat plebi surrexit a mortuis: et erit nouissimus error peior priore. ecce consiliū quod non potuerunt stabilire. nā dñs surrexit a mortuis: et scimus quia amplius non moritur/neq; mors vltra illi dominabit. ¶ Et inimicos meos dediti michi dorsū: et odientes me disperdidisti. ¶ Viuit dñs et benedictus deus meus: et exaltetur deus salutis mee. propterea confitebor tibi in nationibus dñe: et nomini tuo psalmum dicam.

ADVERTE. ¶ Tertio versu. posuisti in capite eius coronā de lapide precioso: Hieronymus ex hebreo/pones in capite eius coronā de obrizo. quo designatur aurū optimū. id eni aurū purissimū est:

et vocatur aurū ophir.vnde deduci vult Hieronym⁹ obrizum:quasi ophirizum. Sed quid ꝑ coronā nisi honor/per splēdorē auri nisi gloria prefulgēs/per puritatē nisi sūma sāctitas/ꝑ eius ab igni indomabilitatem nisi summa fortitudo designātur:sicut alio loco dicitur: corona aurea super caput eius/expressa signo sanctitatis/glorie/honoris et opus fortitudinis. ℂ Sexto versu.qm̄ dabis eū benedictionē in seculū seculi:ex hebreo pones eni eū benedictionē sempiternā.aut quia benedictionem a patre(quod pretēdere videtur codex grecus vbi habetur οτι δωσω αυτω ευλογιαν qm̄ dabis ei benedictionē)percepturus esset:vt psalmo 23 hic accipiet benedictionē a dño.aut quia iugiter esset ei benedicendū:vt psalmo 71 dicitur.adorabūt de ipso semper:tota die benedicent ei. aut quia ipse totius benedictionis largitor:vt et alibi dicitur.eteni benedictionē dabit legislator/ibūt de virtute in virtutē:videbitur deus deorum in Sion. Et Paulus ad Ephesios. Benedictus deus et pater domini nostri IHESV Christi:qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibus ī Christo.aut ꝓpter hec vniuersa simul. ℂ Duodecimo versu. Quonīā pones eos dorsū/ in reliquijs tuis preparabis vultū eorum:Hieronymus ex hebreo/qm̄ pones eos humerū /funes tuos firmabis contra facies eorum.siue dicamus humerū siue dorsū:eos oneribus diuine vltionis grauādos designatur/more animaliū que ρωτοφορα dicuntur:que dorso et scapulis onera vehunt. potuerunt et interpretes eque vertere: pones eos humerū vt verterūt dorsū. Nā ρωτορ quod hic grece habetur:eque humerū vt dorsum significat. At cum illic subiungitur in reliquiis tuis preparabis vultū eorum:designari videtur.inter ea que a deo derelicta sunt:animas eorū ad diuinā effigiem efformatas post onerosā mūdi vitā/tandē relinquēdas.et cū hic dr̄/funes tuos firmabis contra facies eorū:indicatur/tormenta eis stabilia/fixaq; et perpetuo manentia preparari.et forte hic et illic idem pretēditur sensus.nā que sunt reliquie et res (vt ita dicam) relicte a deo:nisi impij dęmones/ inter quos nichilominus reprobi qui Christū regē humane salutis authorē negauere:ꝓpetuo cruciabuntur.

ℂ In finē pro assumptione matutina psalm⁹ Dauid. XXI.

1 Deus deus meus respice ī me/quare me dereliquisti:/longe a salute mea verba delictorum meorum.

2 Deus meus clamabo ꝑ diem & non exaudies:& nocte & non ad insipientiam michi.

3 Tu autem in sancto habitas:laus israel.

4 In te speraverunt patres nostri:speraverunt & liberasti eos.

5 Ad te clamaverūt & salui facti sunt:i te speraverunt & non sunt cōfusi.

6 Ego autē sum vermis & nō homo:opprobriū hominū & abiectio plębis.

7 Omnes videtes me deriserunt me/locuti sunt la-

ℂ In finem pro susceptione matutina psalmus Dauid. XXI.

1 Deus deus meus respice ī me/quare me dereliquisti:/longe a salute mea verba delictorum meorum.

2 Deus meus clamabo ꝑ diem nec exaudies:& nocte & non ad insipientiā michi.

3 Tu autem in sancto habitas:laus israel.

4 In te speraverunt patres nostri:speraverunt & liberasti eos.

5 Ad te clamaverūt & salui facti sunt:in te speraverunt & non sunt confusi.

6 Ego autē sum vermis & nō homo:opprobriū hominū & abiectio plębis.

7 Omnes qui videbāt me aspernabantur me: locu-

ℂ Victori pro ceruo matutino canticum Dauid. XXII.

1 Deus meus / de⁹ meus/quare dereliquisti me/ lōge a salute mea verba rugitus mei.

2 Deus meus clamabo ꝑ diem & non exaudies:& nocte nec est silentiū michi.

3 Et tu sancte habitator laus israel/in te confisi sūt patres nostri:confisi sunt et saluasti eos.

4 Ad te clamaverūt & salui facti sunt:in te confisi sunt & non sunt confusi.

5 Ego autē sum vermis & nō homo:opprobriū hominū & despectio plębis

6 Omnes videtes me subsannant me:dimittunt la

GALL.	ROM.	HEB.
bíjs & mouęrunt caput.	ti ſunt labíjs & mouęrũt caput.	bium/mouent caput.
8 Spęrauit in dño ęripiat eum: ſaluum faciat eum quoniam vult eum.	Spęrauit in dño ęripiat eum: ſaluum faciat eum quoniam vult eum.	Cõfugit ad dominũ/ſal uet eum: liberet eũ quo niam vult eum.
9 Q m̃ tu es qui extraxiſti me de vẽtre/ſpes mea ab vberibus matris mee: in te proiectus ſũ ex vtero.	Quoniam tu es qui ab ſtraxiſti me de vẽtre ſpes mea ab vberibus matris mee/i te iactatus ſum ex vtero: de ventre matris mee deus meus es tu.	Tu autẽ ꝓpugnator me us ex vtero: fiducia mea ab vberibus matris mee. In te proiectus ſũ ex vte ro: de ventre matris mee deus meus es tu.
10 De vẽtre matris mee de us meus es tu: ne diſceſſe ris a me.	Ne diſceſſeris a me/quo niam tribulatio ꝓxima eſt: & nõ eſt qui adiuuet.	Ne longe fias a me/ qm̃ tribulatio proxima eſt: quoniam nõ eſt adiutor.
11 Quoniã tribulatio pro xima eſt: quoniam nõ eſt qui adiuuet.		
12 Circũdedęrunt me vitu li multi: tauri pigues ob ſędęrunt me.	Circundedęrunt me vi tuli multi: tauri pingues obſędęrunt me.	Circundedęrũt me vitu li multi: tauri pigues val lauęrunt me.
13 Aperuęrunt ſuper me os ſuum: ſicut leo rapiẽs & rugiens.	Aperuęrunt in me os ſu um ſicut leo rapiẽs & ru giens: ſicut aqua effuſa ſunt/& diſperſa ſunt oĩa oſſa mea.	Aperuęrũt ſup me os ſu um: quaſi leo rapiens & rugiens.
14 Sicut aqua effuſus ſum: & diſpſa ſũt oĩa oſſa mea		Sicut aq̃ effuſus ſũ: & ſe parata ſũt oĩa oſſa mea.
dñi. misericordia:quia mitis est. et veritas:quia rectus est. requirẽtibus testamentũ eius:organũ euãgelicũ. et testimonia eius:prophetas et apostolos/qui de ipso testificati sunt. propter nomen tuum
domine:quod est saluator/bonus/dulcis/misericors/rectus. propiciaberis peccato meo:hic se accusat et humiliat/vt exaltetur et amplius iustificetur. multũ est eni:multũ in te peccaui/ carne et sensuali affectu rationi dominante/et ex ignorãtia legis tue. quis est homo qui timet dñm: interrogat
propheta in spiritu/quẽ possimus appellare hominẽ timentẽ dñm/ legẽ statuit ei:respõdet spiritus/
eum esse cui deus legem dedit/quẽ deus docuit. in via quã elegit:in ea ide que sibi placuit/illa autẽ
fides est Christi sui. anima eius in bonis demorabitur:anima timẽtis deũ/quẽ deus docuerit/in delicitis manebit sempiternis. et semen eius:et posteri ex eo timẽtes deũ. hereditabit terrã:possidebũt terram viuentiũ. firmamentũ est dñs timentibus eũ:ne dimoueantur a statu bonorũ. id respicit principium precedẽtis versus. et testamentũ ipsius:pactũ ipsius/disciplina qua hereditatur terra viuentium/doctrina euangelica. id respicit secundã particulam versus 13. oculi mei semper ad dñm:mens
mea semp est ad deum meũ leuata. euellet de laqueo pedes meos:liberabit me ab omnibus insidus
hostiũ meorũ. respice in me et miserere mei: Christus quãdoq; a pio populo se substrahit/vt populus se magis humiliet/suã cognoscens infirmitatẽ/et tunc ex se subsistere nõ valet contra laqueos
mundi/carnis/et spiritualiũ nequitiarũ/et propheta in spiritu eum instruit clamare ad eũ qui fortitudo sua est. respice in me et miserere mei:noli absentare te/libera me. quia vnicus et pauper sum:
quia te absente solus sum/et inops/impotensq; resistere/liberari et saluari. tribulationes cordis mei:
cure/anxietates/perturbationes anime mee. de necessitatibus meis:de angustiis meis/ que michi
vim afferũt. vide humilitatẽ meã:q̃ nichil sum te absente. et laborẽ meũ:q̃ crucior/q̃ laboro. et dimitte vniuersa delicta mea:remitte/condona omnes offensas meas / pro quibus merito a te deseror/p
quibus merito sic angor/sic crucior. respice inimicos meos:vt eos effuges/vt ꝓcul a me arceas. qm
multiplicati sunt:te absente cateruatim in me ruunt/vt absente pastore lupi in gregẽ relictũ. & odio
iniquo oderunt me:odio quo me funditus perdere volunt/persequuntur me. custodi animã meam:a
faucibus hostiũ diripere volentiũ. & erue me:ab hostibus meis. nõ erubescã:nõ cõfundar ab eis. quoniam speraui in te:quoniã in tuo auxilio & tua defensione spem meam collocaui/vt qui sine te liberari non valeam/vt neq; ouis sine pastore. innocentes & recti adherẽrũt michi:simplices & iusti mecum consenserunt/me approbauerunt. quia sustinui te:quia auxiliũ non a meipso/sed a te expectaui. libera deus israel:non carne sed spiritu/populũ tuũ fidelẽ/populũ te videre anhelantẽ. ex omnibus tribulationibus suis:ex omnib⁹ pressuris/angustijs/& infestationibus quorũcunq; hostiũ suorũ.
ex hoc vltimo versu / intelligitur propheta sub persona populi fidelis qui interdũ nomine sion/interdum nomine hierusalem/interdum nomine israel designatur:hanc orationem effudisse.

EXPOSITIO ÇONTINVA. Populus fidelis. Ad te dñe leuaui animã meã:deus me⁹ in te cõfido nõ erubescã. ad te dõinator & redẽptor dimissis reb⁹ infimis/spiñ meũ i altũ erexi: in te creator meus & innouator spem meã conieci/ne me sinas ab inimicis meis confũdi. Neq; irrideãt me inimici mei:eteni qui sustinẽt te non confundẽtur. neq; O redẽptor meus me confuso/ludibrio me habeant hostes mei:& certe omnes qui cõfidunt in te/nõ sines cõfundi. Confundantur omnes: iniqua agentes superuacue. si qui sunt ab hostibus cõfundendi/in confusionẽ cadant vniuersi:vane legẽ tuã trãsgrediẽtes. Vias tuas dñe demõstra michi:& semitas tuas edoce me. sed O dominator meus/ne vane iniqua agens confundar/fac me tua mandata quibus ad te eundũ est/sane intelligere:& angustiorẽ viã qua deuenitur ad vitã/instrue me. Dirige me in veritate tua & doce me/quia tu es deus saluator meus:& te sustinui tota die. ne me sinas oblique sentire in vera lege tua/sed cõtine me i recto veritatis calle/& sanũ intellectũ tribue/quia tu es factor & redẽptor meus:& in te confidi toto tempore agnitionis tue. Reminiscere miserationũ tuarũ dñe:& misericordiarũ tuarũ que a seculo sunt. pone miserationes tuas ante te dominator eterne:& misericordias tuas que sunt a mundi exordio. Delicta iuuẽtutis mee:& ignorãtias meas ne memineris. intuere in misericordias & propiciationes tuas eternas:& offensas quas in iuuenta contra te ex affectibus cõmisi/& que ex ignorantia et inattentione ad te/contraxi/ne in memoriã reuocaueris. Secũdũ misericordiã tuã memẽto mei tu:propter bonitatem tuã dñe. O dominator immẽse respice te/nõ me/recordare misericordie tue/nõ offensionis mee/ et in illa misericordie tue recordatione/reminiscere mei non ꝓpter me/non quia in me quippiã sit dignũ/quoppiã meritũ:sed propter naturã tuã per se bonã/et (ob idipsũ solũ ꝙ bona est)boni elargitricẽ. Dulcis et rectus dñs:propter hoc legẽ dabit delinquentibus in via. O homi-

1
2
3
4
5
6
7
8
9

nes creator et redemptor noster benignus et iustus est:et ob benignitatē et iusticiā suā solū/nō quia
quisq̄ meritus sit/instruet peccatores & ad rectā vite normā reuocabit in hac mortali vita/que pere=
10 grinatio quedā est/& transitus ad alterā. D iriget mansuetos in iudicio: & docebit mites vias suas,
dulcis & rectus dominus benignis & humilibus/non proteruis/nō discholis/non presumentibus pre=
stabit legis suc rectū iudiciū/sanūq; intellectū:& modestis ac pacificis manifestabit iusticias suas/sā=
11 ctaq; vite instituta/per que ad vitā eternā est accedendū. V niuerse vie dñi misericordia & veritas:re=
quirentibus testamentū eius & testimonia eius.si qui requirent/contēplabuntur ac examinabunt le=
gem domini & mandata eius/que sunt vie quibus itur ad ipsum/plane intelligent vias illas nichil ali
ud esse q̄ misericordiā & veritatē:vt nobis precepta seruantibus illa donet/illaq; seruantes ipsū imi=
12 temur. P ropter nomē tuū domine propiciaberis peccato meo:multū est enim. O dulcissime domi=
nator & rectissime/propicius esto sceleri meo/quia tu dulcis tu bonus tu rectus & misericors:nam cū
13 tu sis immēsus/peccatū meū maximū est quo peccaui in te. Q uis est homo qui timet dominū?legē
statuit ei in via quā elegit.quē hominū dicemus habere timorē domini sanctū?eū sane quē bonus &
14 rectus dñs illuminauerit in ea lege/in ijs ipsis mādatis que sibi placita/acceptaq; nouit. A nima ei9
in bonis demorabitur:& semen eius hereditabit terrā.spiritus viri deū timētis & a deo in mandatis
suis illuminati/delicijs perfruetur eternis:& q eius vitā doctrināq; & mores secuti fuerint/diuine he=
15 reditatis participes in terra viuentiū efficientur. F irmamentū est dñs timētibus eū: & testamentū
ipsius vt manifestetur illis.timens deū in bonis demorabitur/quia dñs fulcimentū & stabilimentum
16 est ijs qui timent eum:legē suā & mandata sua nota faciet eis. O culi mei semper ad dominū:quoni=
am ipse euellet de laqueo pedes meos.meditatio mea iugiter intēta est ad deū:qnū ipse explicabit
17 me vinctū & compeditū a vinculis & nexibus peccatorū. R espice in me & miserere mei:quia vni=
cus & pauper sum ego.attende in me miserator dñe et propicius esto michi:quia solus sum absq; au=
18 xilio/& priuatus bonis tuis. T ribulationes cordis mei multiplicate sunt:de necessitatibus meis erue
me.ex gratiarū & bonorū tuorū priuatione increuerūt afflictiones anime mee & adaucte sunt:de il=
19 lis angustijs & afflictionibus meis/libera me misericordissime domine. V ide humilitatē meā & la=
borem meū:& dimitte vniuersa delicta mea.oculis miserationis tue intuere delectionē meā/& ango
rē meum:& tu qui solus potes medere languoribus meis/relaxa michi/remitte & condona omnia
20 peccata mea. R espice inimicos meos quia multiplicati sunt:& odio iniquo oderūt me.vide domine
grandē hostiū meorū cuneum/quia in multitudinē aucti sunt:& affectu maligno/non q̄ in eos pec=
21 cauerim/sed vt perdant in perpetuū interitū/exosi sunt me. C ustodi animā meā & erue me:nō eru=
bescam/quoniā speraui in te. O miserator dñe protege ab odientibus me inique spiritū meū/ & ab
22 eorū potestate libera me:non confundar/nō superer/nō vincar/quia ego confidi in te. I nnocētes &
recti adherserūt michi:quia sustinui te.libera me/ne me succūbere permittas & confundi/& tunc in=
sontes & a rectitudine mandatorū tuorū non deuiātes adherebūt michi:quoniā confidi in te & auxi=
23 lium tuum expectaui. L ibera deus israel:ex omnibus tribulationibus suis. O conditor & redēptor
expedi/absolue/& exime populū/quē tua cognitione dignatus es:exime inquā ab vniuersis angustiis
& molestationibus suis.

1.2 CONCORDIA. In te dñe speraui nō confundar in eternū:in iusticia tua libera me. ¶ Nō dicant 1 Psal. 30
in cordibus suis euge euge anime nostre:nec dicāt deuorabimns eum. Et Esaias. Ego dñs:super quo 2 Psal. 34
3 nō confundētur qui expectant eū. ¶ Conuertantur peccatores in infernū:omnes gētes/que obliui= 2 Esa. 49
4.5 scuntur deū. ¶ Dñe deduc me in iusticia tua:dirige in cōspectu tuo viā meā. ¶ Ne auferas de ore 3 Psal. 9
6 meo verbū veritatis vsquequaq;:quia in iudicijs tuis supersperaui. ¶ Tu autem dñe ne longe facias 4 Psal. 5
7 miserationes tuas a me:misericordia & veritas tua semper susceperūt me. ¶ Ne memineris iniqui= 5 Psal. 118
tatum nostrarū antiquarum/cito anticipent nos misericordie tue:quia pauperes facti sumus nimis. 6 Psal. 39
8.9 ¶ Miserere mei deus:secundū magnā misericordiā tuā. ¶ Sapiētia. O q̄ bonus & suauis est domi= 7 Psal. 78
ne spiritus tuus in nobis. Et dñs in Hieremia.dabo legē meā in visceribus eorū:& in corde eorum 8 Psal. 50
10 scribam eā.& ero eis in deū:& erūt michi in populū. ¶ Quia beneplacitū est dño in populo suo: 9 Sap. 12
11.12 & exaltabit mansuetos in salutē. ¶ Prope es tu dñe:et omnes vie tue veritas. ¶ Et propicius esto 9 Hie. 31
13 peccatis nostris:propter nomē tuū. Et Iacobus. In multis eni offendimus omnes. ¶ Ecclesiastes. 10 Psal. 149
14 deū time et mādata eius obserua.hoc est omnis homo. ¶ Non vidi iustū derelictū:nec semen eius 11 Psal. 118
15 querens panē.iusti autē hereditabūt terrā:et inhabitabūt in seculū seculi super eam. ¶ Q̄z magna 12 Psal. 78
16 multitudo dulcedinis tue dñe:quā abscondisti timētibus te. ¶ Sicut oculi ancille in manibus domi= 12 Iac. 3
17 ne sue:ita oculi nostri ad dñm deū nostrū donec misereatur nostri. ¶ Tibi derelictus est pauper:or= 13 Eccl. 12
18.19 phano tu eris adiutor. ¶ Multe tribulationes iustorū:et de omnibus his liberabit eos dñs. ¶ Vide 14 Psal. 36
20 humilitatē meā et eripe me:quoniā legē tuā nō sum oblitus. ¶ Vsquequo exaltabitur inimicus meus 15 Psal. 30

16 Psal. 122 17 Psal. 9 18 Psal. 33 19 Psal. 118 20 Psal. 12 21 Psal. 96 22 Psal. 18 23 Psal. 129

super me:respice & exaudi me dñe deus meus. ¶ Custodit dñs animas seruorũ suorũ:& de manu peccatoris liberabit eos. ¶ Qui timent te videbunt me & letabuntur:quia i verbis tuis superspera-ui. ¶ Et ipse redimet israel:ex omnibus iniquitatibus eius. 21 22 23

ADVERTE Nomina litterarũ aleph/beth/gimel/circa tralationẽ habraicã:designare litteras non que preponãtur versibus hebraicis/vt in Threnis Hieremie/sed a quibus quisq; versus incipit. quo pacto & hymnus de Christo/apud nos conflatus est:a solis ortus cardine. & quia due & viginti littere sunt apud hebreos:hinc psalmus duos & viginti dũtaxat versus continere debet. verũ in tralatione nostra primus in duos discretus:supra id q̃ equũ est vno fecit excrescere versuum numerũ. attamen vbi annotatũ est cof/res/sin/tau:ex respondentia hebraica est res/res/sin/phe. ita cof/ & tau:locum non habent. adiecta tamen sunt:ne litteraria hebreorũ discontinuarentur elementa/ & litterarum imutaretur series. ¶ Sexto versu/vltima particula que a seculo sunt: ex hebreo & greco nõ relatiua/sed causalis est/quia a seculo sunt. sed id parũ intelligentie preiudicat. ¶ Decimo versu. mansuetos & mites eosdem intellige. & vtrobiq; apud grecos respõdet idem vocabulũ/πραεις: sed ex hebreo duo Hieronymus facit primo loco mites siue mansuetos quos & nos dicimus pacificos & humiles corde/et secundo loco modestos/quos simplices et minime ambitiosos. et certũ est:vtroscp diuinis institutionibus formari. ¶ Duodecimo versu. propiciaberis peccato meo:ex hebreo et greco non asserit sed precatur/propiciare peccato meo. quod magis est orantis et se humiliantis. quare equi⁹ : vt psallatur propiciare. ¶ In fine tertiidecimi versus. in via quã elegit:id elegit ad deum et ad fidelẽ populũ respicere potest. nam et deus primitus viam elegit/siue dicere mauis/ predestinauit ac prediffiniuit per quã placuit genus humanũ saluari. Hinc Christus dicitur magni consilij angelus:qui viam illã aperuit. sed et populus sanctus postea viã illã elegit. sic eni propheta psalmo 118 inquit. viam veritatis elegi:iudicia tua non sum oblitus. et ifra. fiat manus tua vt saluet me: quoniam mandata tua elegi. accomodatius tamen hoc in loco respicere deũ videtur. ¶ Quitodecimo versu. vbi habemus firmamẽtũ:Hieronymus ex hebreo habet secretũ/quod legẽ euãgelij significat/ que virginis partũ deum incarnatũ id est verbũ carnẽ factũ/filij dei mortẽ/resurrectionẽ/sessionẽ a dextris virtutis dei/carnẽ suam mysticũ viaticũ/et sanguinẽ suũ viuificũ poculũ/et id genus secreta/ timentes deum edocet. ¶ Vicesimosecũdo versu. rectius ex hebreo diceretur simplicitas et rectitudo adheserunt michi. nam Dauid non vt priuatus sed i persona populi sancti loquitur:quod sequẽti versu insinuat. ex quo cognoscitur rectius vltimũ versũ in nostra tralatione/hebrea/vetusta et greca/stare:q̃ in romana/vbi adiungitur me/particula anceps aut pro priuato/aut pro multitudine. Et si malumus legere vt septuaginta innocentes et recti:rectius adhuc legendũ adherebũt michi/ q̃ adheserũt/tum ex hebreo/tũ ex precedentis versus vocabulo non erubescam.

¶In finem psalmus Dauid. XXV.

1 IVdica me domĩe qm̃ ego in innocẽtia mea ingressus sum: & in dño spẽrans non infirmabor.

2 Proba me domine & tẽta me:vre rẽnes meos & cor meum.

3 Quoniam misericordia tua ãte oculos meos est: & cõplacui i vẽritate tua

4 Non sẽdi cum cõcilio vanitatis:& cum iniqua gerentibus non introibo.

5 Odiui eccl̃siã malignãtium:& cum impiis non

¶Psalm⁹ Dauid. XXV

IVdica me dñe quoniã ego in innocẽtia mea ingressus sũ:& in dño spẽrans non infirmabor.

Proba me domine & tẽta me:vre rẽnes meos & cor meum.

Quoniam misericordia tua ãte oculos meos est: & cõplacui i vẽritate tua.

Non sẽdi in concilio vanitatis:& cum iniqua gerentibus nõ introibo.

Odiui cõgregationẽ malignorum:& cum impiis

¶Psalm⁹ Dd. XXVI.

IVdica me de⁹ quoniã ego i simplicitate mea ambulaui:& in domino confidens non defeciam.

Proba me domine & tẽta me: vre rẽnes meos & cor meum.

Quia mia tua in cõspectu oculorũ meorũ est:& ambulabo i vẽritate tua.

Non sẽdi cum viris vanitatis:& cum superbis nõ ingrediar.

Odiui eccl̃siã pessimorum:& cum iniquis non

GALL.	ROM.	HEB.
sedębo.	non sedębo.	sedębo.
6 Lauabo inter innocẽtes manꝰ meas: & circũdabo altare tuum domine.	Lauabo inter innocẽtes manus meas: & circuibo altare tuum domine.	Lauabo in innocẽtia manus meas: & circuibo altare tuũ domine.
7 Vt audiam vocem laudis: & ęnarrem vniuersa mirabilia tua.	Vt audiam vocẽ laudis tue: & ęnarrem vniuersa mirabilia tua.	Vt clara voce prędicem laudem: & narrẽ omnia mirabilia tua.
8 Domine dilexi decorem domus tue: & locum habitationis glorie tue.	Domine dilexi decorem domus tue: & locum tabernaculi glorie tue.	Domine dilexi habitaculum domus tue: & locum tabernaculi glie tue.
9 Ne perdas cũ impijs animam meã: & cũ viris sanguinũ vitam meã.	Ne perdas cum ipiis animam meam: & cum viris sanguinũ vitam meam.	Ne auferas cũ peccatoribus aiam meã: & cũ viris sãguinum vitam meam.
10 In quorũ manibus iniquitates sũt: dextera eorũ repleta est munerib9.	In quorũ manibus iniquitates sũt: dextera eorũ repleta est munerib9.	In quorũ manib9 scelus est: & dextera eorum repleta est muneribus.
11 Ego autem in innocẽtia mea ingressus sum: redime me & miserere mei.	Ego autem in innocẽtia mea ingressus sum: redime me & miserere mei.	Ego autẽ in simplicitate mea gradiar: redime me & miserere mei.
12 Pes meus stetit in directo: in ecclęsijs benedicã te domine.	Pes enim meus stetit in via recta: in ecclęsijs benedicam dominum.	Pes meus stetit in recto: in ecclęsijs benedicam domino.

TITVLVS. Ipsi Dauid. psalmus: oratio Christi ad patrem. propheta in spiritu/ inducit Christum dñm secundũ dispensationẽ carnis assumpte/orantẽ. iudica me dñe: fac pater iudiciũ meũ. quoniã ego in innocẽtia mea: in imunitate a peccato. ingressus sum: ad te orandũ. & in dño sperans: et in te deo patre meo fidens. nõ infirmabor: i nullo delinquã. ꝓba me dñe & tẽta me: examina me vndiq; vre renes meos & cor meũ: accẽde corpus & animã/voluntatẽ & affectũ igne spiritus tui. quoniã misericordia tua/ante oculos meos est: quia nunq̃ me deserit miseratio tua. & cõplacui in veritate tua: acceptatus sum a te in verbo tuo. nõ sedi cũ concilio vanitatis: nõ steti in via peccatorũ. & cum iniqua gerentibus nõ introibo: nõ adibo conciliũ impiorũ. odiui ecclesiã malignantiũ/& cũ impijs nõ sedebo: in cathedra pestiferorũ hominũ/& derisorũ iudiciorũ tuorũ non sedebo. lauabo inter innocentes manus meas: inter insontes mundus ero. & circũdabo altare tuũ dñe: & sic crucem amplexabor in qua tibi ímolabor deus meus. vt audiã vocẽ laudis tue: vt agnoscatur laus tua per orbem terre. & enarrem vniuersa mirabilia tua: & vt vbiq; annũcientur mirifica opera/que in mundo per me operatus es. dñe dilexi decorẽ domus tue: amaui ornatũ & pulchritudinẽ & mundiciã animarũ in quib⁹ habitas. & locũ habitationis glorie tue: hoc particulã explicat precedentẽ. ne perdas cũ impiis deus animã meã: ne sinas perire animã meã vt anime pereũt impiorũ. & cum viris sanguinũ vitã meã: & ne sinas perire vitã meã irritã & sine fructu/vt pereunt vite sanguinariorũ. in quorum manibus iniquitates sunt/& dextera eorũ repleta est muneribus: qui insontes morti adiudicant accipientes munera. ego autẽ in innocentia mea ingressus sum: accessi sine peccato ad te orandũ. redime me & miserere mei: hanc pietatẽ orandi pro credituris in eum piissimus audiuit pater/& dominus pro reuerentia exauditus/genus redemit humanũ/& misericordiã nobis impetrauit. pes meus stetit in directo: omnis motus meus a rectitudine nunq̃ deuiauit/nunq̃ deflexit. in ecclesijs benedicã te domine: in congregationibus fideliũ laudes tuas depromam pater iuste.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Christus dñs. Iudica me dñe quoniã ego in innocẽtia mea ingressus: in dño sperans nõ infirmabor. fac pro me iudiciũ pater iustissime/quia ego imunis a peccato in hoc mundo conuersatus ad te orandũ accessi: & in te deo/patre meo confidẽs nequaq̃ delinquam.

GALL. ROM. HEB.

Proba me dñe & tenta me:vre renes meos & cor meū. examina me pater eterne & vndiq; explo- 2
ra:probationis tue igne concoque corpus & animā/carnē & ſpiritū meū. Quoniā miſericordia tua 3
ante oculos meos eſt:& cōplacui in veritate tua. proba me & tenta vndiq;/quia miſeratio tua ſemp
michi adeſt:et in ſancto verbo tuo/in omni probatione tua tibi acceptus ero. Nō ſedi cū concilio va 4
nitatis:& cum iniqua gerentibus nō introibo. nō abij in conciliū impiorū:& in via peccatorū nō ſta-
bo. Odiui eccleſiā malignantiū:& cum impijs nō ſedebo. odio habui cetū & cōgregationē maliuo- 5
lorum:& in cathedra peſtilentiū & deriſorū non ſedebo. Lauabo inter innocentes manus meas:& 6
circūdabo altare tuū dñe. lotio manuū mearū puritas & innocētia/& cū puris & innocentibus con-
uerſatio mea:& O pater adorande circūdans & amplectens arā tuā/reddā tibi ſacrificiū meū. Vt au- 7
diam vocē laudis tue:& enarrē vniuerſa mirabilia tua. circūdabo altare tuū vt audita fiat laus tua in
vniuerſo orbe terrarum:& mirificas efficiā cunctas admirandas operationes tuas/ quas operari di-
gnatus es ad ſalutē hominū. Domine dilexi decorē domus tue:et locū habitationis glorie tue. ce- 8
leſtis pater eterne/mundiciā/puritatē et ornatū amaui eccleſie tue:et animas ſanctas templū reſidē
tie maieſtatis tue. Ne perdas cum impijs deus animā meam:et cum viris ſanguinū vitam meam, 9
pater iuſte/ne ſinas vt tranſgreſſorū et impiorum/perire ſpiritum meum/et ne ſinas vt ſanguinario-
rum hominū/ſine fructu eſſe mortē meā. In quorū manibus iniquitates ſunt:et dextera eorū re- 10
pleta eſt muneribus. ne pater equipares me impiis et ſanguinarijs/quorum opera ſunt inquinata:et
qui munera accipiētes peruertunt iudiciū/viduā/pupillū/et inſontē interficiūt. Ego autē in innocen- 11
tia mea ingreſſus ſum:redime me et miſerere mei. ego autē O pater miſeratione tua et elargitione
gratie tue in immunitate peccati in mundū veni/et in mūdo cōuerſatus ſum:ſalua me/miſericorditer
mecū age in hacipſa quā pro peccatoribus abſoluere veni/ſatiſfactione. Pes meus ſtetit in directo: 12
in eccleſiis benedicā te dñe. nunq; a rectitudine ſū inflexus:vt beneficiū tuū pater agnoſcā/et cōfite-
ar in cōgregationibus tuorū fideliū beneficia tua/et laudes tuas depromā dominator immenſe.

1 Pſal. 58 CONCORDIA. Neq; iniquitas mea neq; peccatū meū dñe:ſine iiquitate cucurri et direxi. ¶ Pro- 1.2
2 Pſal. 138 ba me deus et ſcito cor meū:interroga me et cognoſce ſemitas meas. ¶ Quoniā eripuiſti animā 3
3 Pſal. 55 meā et pedes meos de lapſu:vt placeā deo meo in lumine viuentiū. ¶ Nō abijt in concilio impio- 4
4 Pſal. 1 rum et in via peccatorū nō ſtetit:et in cathedra peſtilētie nō ſedit. ¶ Nō proponebam ante oculos 5
5 Pſal. 100 meos rem iniuſtā:facientes preuaricationes odiui. Oculi mei ad fideles terre vt ſedeāt mecū : ambu-
6 Pſal. 72 lans in via immaculata hic michi miniſtrabat. ¶ Et dixi ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meū:et laui 6
6 Pſal. 42 inter innocētes manus meas. Rurſus. introibo ad altare dei:ad deū qui letificat iuuentutē meam.
7 Pſal. 9 ¶ Cōfitebor tibi dñe i toto corde meo:narrabo omnia mirabilia tua. ¶ Domū tuā decet ſanctitu- 7.8
8 Pſal. 92 do dñe:in lōgitudinē dierū. Item. Zelus domus tue comedit me:et opprobria exprobrantiū tibi ce-
8 Pſal. 64 ciderunt ſuper me. ¶ Ne ſimul tradas me cū peccatoribus:et cū operantibus iniquitatē ne perdas 9
9 Pſal. 27 me. ¶ Libera me de aquis multis et de manu filiorū alienorū quorū os locutū eſt vanitatē:et de- 10
10 Pſal 143 xtera eorū dextera iniquitatis. ¶ Perambulabam in innocentia cordis mei:in medio domus mee. 11
11 Pſal. 100 ¶ Benedicā dñm in omni tēpore:ſemper laus eius in ore meo. Item. narrabo nomē tuum fratrib⁹ 12
12 Pſal. 33 meis:in medio eccleſie laudabo te. Apud te laus mea in eccleſia magna:vota mea reddam in cō-
12 Pſal. 21 ſpectu timentium eum.

ADVERTE. Vbi dicimus in principio ſexti verſus/lauabo inter innocentes manus meas:Hieronymus ex hebreo habet/lauabo in innocētia manus meas. quod magis apte de Chriſto dño dici videtur. nā qui lauat in innocētia manus ſuas:eas nequaq; habet inquinatas. at nichil refert quēpiam inter innocentes lauare manus ſuas:quas habeat inquinatas. ſine enī iniquitate cucurrit et direxit. operationes enī eius omnes:in innocētia facte ſunt. manus autē operationes/et pedes motus ſignificant. hoc tamen et illo modo eundē ſenſū pretendere videntur. ¶ Septimo verſu. vt audiā vocem laudis:ex hebreo/vt clara voce predicē laudē. quod/et id quod ſequitur:impletū eſt per vocē apoſtolorum et diſcipulorum/ſuorumq; ſequacium ad noſtrā vſq; tempeſtatem.

¶ Pſalm⁹ Dauid priuſq; liniretur. XXVI.

1 Dominus illumiatio mea & ſal⁹ mea:quē timębo?

2 Dominus ꝓtector vite

¶ Pſalm⁹ Dauid priuſq; liniretur. XXVI.

Dominus illumiatio mea & ſal⁹ mea:quē timębo?

Dominus defenſor vite

¶ Pſalm⁹ Dd. XXVII

Dominus lux mea & ſalutare meum: quē timębo?

Dominus fortitudo vite

mee:a quo trepidabo?
3 Dum appropiant super me nocentes:vt edāt carnes meas.
4 Qui tribulant me inimici mei :ipsi infirmati sunt & ceciderūt.
5 Si consistant aduersum me castra:nō timębit cor meum.
6 Si exurgat aduersū me pręliū:i hoc ego spęrabo
7 Vnā petij a domino hāc requiram: vt inhabitem in domo domini omnibus diębus vite mee.
8 Vt videā volūtatē dñi:& visitē templū eius.
9 Quoniā abscondit me i tabernaculo suo: in die malorū ptexit me in abscondito tabernaculi sui.
10 In petra exaltauit me:& nūc exaltauit caput meum super inimicos meos
11 Circuiui & imolaui i tabernaculo eius hostiā vociferationis: cantabo & psalmū dicam domino.
12 Exaudi dñe vocem meā qua clamaui ad te:miserę re mei & exaudi me.
13 Tibi dixit cor meum exquisiuit te facies mea: faciē tuā domine requirā.
14 Ne auertas faciem tuam a me:ne dęclines in ira a seruo tuo.
15 Adiutor meus esto ne dę relinquas me:neq; despicias me deꝰ salutaris meꝰ

mee: a quo trepidabo?
Dum appropiant super me nocentes:vt edāt carnes meas:q tribulant me inimici mei/ipsi infirmati sunt et ceciderunt.
Si cōsistāt aduersus me castra/nō timębit cor meum:si surgat in me pręliū/in hoc ego spęrabo.
Vnā petij a domino hāc requiram: vt inhabitem in domo domini/omnibus diębus vite mee.
Vt videā volūtatē dñi:& ptegar a tēplo sctō eius.
Quoniā abscōdit me in tabernaculo suo/in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui:in petra exaltauit me
Nunc autē exaltauit caput meū supīimicos meos/circuibo & imolabo i tabernaculo eius hostiā iubilationis: cantabo & psalmū dicam domino.
Exaudi dñe vocē meam qua clamaui ad te:miserę re mei & exaudi me.
Tibi dixit cor meū quę siui vultū tuū: vultū tuū domine requirā.
Ne auertas faciē tuam a me:& ne dęclines in ira a seruo tuo.
Adiutor meꝰ esto ne dę relinquas me:neq; despicias me deꝰ salutaris meꝰ

mee: quem formidabo?
Dum appropinquarent michi malignivt comederent carnē meam:hostes mei & inimici mei ipsi infirmati sunt & ceciderunt.
Si steterit aduersus me castra nō timębit cor meum: si surrexerit contra me bellū/in hoc ego confidam.
Vnum petiui a domino hoc requiram: vt habitē i domo dñi omnibꝰ diębus vite mee.
Vt videā pulchritudinē dñi:& attēdā tēplū eius.
Abscondet enim me in vmbra sua:i die pessima abscondet me in secręto tabernaculi sui.
In petra exaltabit me/nunc quoq; exaltauit caput meum super īimicos meos/qui sūt in circuitu meo:& imolabo i tabernaculo eiꝰ hostiā iubili/cātabo & psallā domino.
Audi domine vocē meam inuocantis: miseręre mei & exaudi me.
Tibi dixit cor meū quę siuit vultus meus faciem tuā domine: & requirā.
Ne abscondas faciē tuā a me:ne dęclines in furore tuo a seruo tuo.
Auxiliū meum fuisti ne dęrelinq̄s me:& ne dimittas me deꝰ saluator meꝰ.

	GALL.	ROM.	HEB.
16	Quoniam pater meus & mater mea dereliquerũt me: dñs autẽ assũpsit me	Quoniam pater meus & mater mea dereliquerũt me: dñs autẽ assũpsit me	Pater enĩ meus & mater mea dereliquerunt me: dñs autem collegit me.
17	Legem pone michi domine in via tua: & dirige me in semita recta propter inimicos meos.	Legem michi constitue domine in via tua: & dirige me in semitam rectã propter inimicos meos.	Ostende michi domine viam tuam: & deduc me in semita recta propter insidiatores meos.
18	Ne tradideris me in animas tribulãtiũ me / quoniam insurrexerũt in me testes iniqui: & mentita est iniquitas sibi.	Ne tradideris me in animas persequentium me: quoniam insurrexerũt i me testes iniqui: & mentita est iniquitas sibi.	Ne tradas me anime tribulantium me / quoniam surrexerunt cõtra me testes falsi: & apertum mẽdacium.
19	Credo videre bona dñi: in terra viuentium.	Credo videre bona dñi: in terra viuentium.	Ego autẽ credo q̃ videã bona dñi: i terra viuẽtiũ.
20	Expecta dominũ virili ter age & confortetur cor tuum: & sustine dominũ	Expecta dñm & virili ter age / & cõfortetur cor tuũ: & sustine dominũ.	Expecta dñm / conforta re & roboretur cor tuũ: & sustine dominum.

SVPERIOREM sextam libri psalmorũ partẽ / id est psalmos 25: duplici expositiuncula / intercisa & continua / ac concordia eloquiorũ exposuimus. At de cetero satis esse videbitur (nobis hoc pacto breuitati consulentibus) si sequentes quinq; partes / sola continua expositione declarauerimus. omissa insuper concordia. nam qui volent intercisã ex precedentibus & ex continua facile elicient: et concordiam ad similitudinẽ precedentiũ non magno ipendio perquirent. ergo nunc cõtinenter post titulũ ad expositionem continuam properemus.

TITVLVS ipsi Dauid. psalmus de Christo domino. inducitur dominus secundum carnis dispensationem de diuinitate loquens.

EXPOSITIO CONTINVA. Christus dñs. Dñs illuminatio mea & salus mea: quẽ timebo? diuinitas illuminat me / & saluat me: quẽ timere debeã? Dñs protector vite mee: a quo trepidabo? diuinitas protegit vitam meã: quẽ formidabo? audimus responsionẽ / nichil mortale. Dum appropiant super me nocentes: vt edant carnes meas. nullũ ergo formidabo / dũ ad me propinquant aduersarij mei fontes & sceleratj: vt perdant & consumãt humanitatẽ meã. Qui tribulãt me inimici mei: ipsi infirmati sunt & ceciderũt. iudei scribe & pharisei / & spiritus nequitiarũ impulsores: ipsi impingẽtes in me debilitati sunt & corruerũt. Si consistant aduersum me castra: nõ timebit cor meũ. si militares copie in me insurgant / quia diuinitas protegit vitã meã: nequaq̃ mente cõcidã. Si exurgat aduersum me preliũ: in hoc ego sperabo. hic versus precedentẽ explicat. Vnã petij a dño hanc requiram: vt inhabitẽ in domo dñi omnibus diebus vite mee. sponsã ecclesiã petij a deo / hanc ad saluandum repetã / quãuis me solo relicto in prelio diffugerit / illã inquã repetã: vt habitẽ in animabus sãctorum sine fine. Vt videã voluptatẽ dñi: & visitẽ templũ eius. vt percipiã delicias dei mei: & inhabitem animas sanctorũ eius. Quoniã abscõdit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui. in ymbraculo suo / in protectione sua in die potestatis tenebrarum / in die mortis mee / vbi voluntarie animã meã posui: protexit me in secreto diuinitatis sue. In petra exaltauit me: & nũc exaltauit caput meũ super inimicos meos. fecit me petrã refugij & lapide angularem in sublimitate edificij sui: & nunc etiã eleuauit gloriã & honorificentiã meã super iudeos scribas & phariseos. Circuiui & imolaui in tabernaculo eius hostiã vociferationis: cantabo & psalmũ dicam dño. circũdedi altare & imolaui i ara crucis hostiã laudis / imaculatũ humanitatis agnũ ad deũ patrẽ vociferantẽ: pro imolatione mea / hymnũ & laudẽ deo pronũciabo. Exaudi dñe vocẽ meã qua clamaui ad te: miserere mei & exaudi me. hic est hymnus quẽ dominus pro immolatione sua fudit ad deum patrẽ / & que orat / nobis orat. pater suscipe precẽ meã quam ad te porrigo qua te inuoco. Tibi dixit cor meũ exquisiuit te facies mea: faciem tuã domine requirã, voluntas mea ad te locuta est /

14 notio mea/mẽs mea/intelligẽtia mea te reqrit:apertã & reuelatã visionẽ tuã dñe efflagitabo. Ne
auertas faciẽ tuã a me:ne declines in ira a seruo tuo. ne deneges michi mudã visionẽ tuã:ne disce
15 das a me seruo tuo cũ peuties me i furore/i vltione/i vidicta ꝓ populo tuo. A diutor meꝰ es tu/ ne
derelinquas me:neq; despicias me deus salutaris meꝰ.adiuua me ad ferẽdas penas pro populo/ ꝓ
humano genere satisfactorias/ne destituas me auxilio tuo:neq; asperneris me & penas meas deus
16 qui saluas me. Q m̃ pater meus & mater mea dereliquerũt me:dñs autẽ assũpsit me. qm̃ popu=
17 lus hebraicus & synagoga in qua nãtus sũ destituerũt me:dñs suscepit me/dñs recollegit me. L e=
gẽ pone michi dñe in via tua:& dirige me in semita recta ꝓpter inimicos meos.ostẽde michi/ostẽ=
de mẽbris meis viã legis tue:dux esto meis in euãgelica lege/ꝓpter iudeos qui gratis oderũt me.
18 N e tradideris me in animas tribulantiũ me/qm̃ insurrexerũt in me testes iniq:& mẽtita est iniqui=
tas sibi.ne mortifices me secũdũ desideriũ inimicorũ meorũ/calũniantiũ me seduxisse populũ tuũ/
19 me velle destruere tẽplũ tuũ manufactũ:& scelerata conscientia in semetipsa mẽdax est. C redo vide
re bona dñi:i terra viuentiũ.certus sũ me visurũ delicias dñi in paradiso dei mei:in regione beatorũ
20 E xpecta dñm viriliter age & cõfortetur cor tuũ:& sustine dñm.ad seipsũ & mẽbra sua consolationẽ
& exhortationẽ affert.fortiter afflictiones & dolorẽ passionũ perfer/consoletur in deo anima tua:
& prestolare dominum/quia cito liberator aderit/& videbis bona eius in terra viuentium.

ADVERTE.Primo versu quẽ/& secundo a quo:non esse relatiua/sed interrogatiua.sic enim grece τιρα φοβηθησομαι. & απο τιρος δειλιασω. responsio intelligitur:nullum/ & a nullo sibi esse timendum.neq; quisquã poterat ei nocere:si voluisset.& vltro oblatus est:& potuere solũ quan tum ipse permisit. ¶ Sexto versu.in hoc ego sperabo:hoc refert cor.& est sensus. sperabo in corde meo:sperabit & confidet cor meũ.grece eni femininum est.& dicitur:εν ταυτη εγω ελπιζω. & nichil est p̃cedẽs quod respicere possit:nisi quod dictũ est ου φοβηθησεται η καρδια μου. vbi cardia id est cor:femininũ est.sed hoc grãmaticã cõtinet difficultatem/potiusq̃ immoratu dignã. ¶ Octauo versu.legendum:vt videam voluptatem domini/non voluntatem.nam ex hebreo Hie ronymus habet pulchritudinẽ/& grecus την τερπροτητα id est ipsã voluptatem/delectationẽ/ seu ipsam iocunditatem. & vicinitas vocabuli voluptatis ad voluntatem fecit errorem.id igitur in codicibus est emendãdum. ¶ Nono versu/decimo & vndecimo:quod dicimus per preteritum ab scondit/protexit/exaltauit & primo loco imolaui: Hieronymus ex hebreo pronunciat futurum.& id decentius.nã de futura passione inducit in spiritu ꝓpheta Christũ loquẽtem/& id etiã in fine vnde cimi versus indicant verba cantabo & psalmũ dicã.Sed queres cur exaltauit secũdo loco in decimo versu preteritũ est:& non futurũ? Quia ãte passionẽ suã dñs exaltatus est signis/virtutibus & mira culis super omnes inimicos suos.quẽ eni inimicorũ angeli annunciauerũt/quẽ inimicorũ quesierunt reges oriẽtis vt adorarent/quẽ inimicorũ inumera turba pre admiratione secuta est? quis inimicorũ verbo cecos illuminauit/surdos audire fecit/mutos loqui/claudos erexit/demones effugauit/mortu os suscitauit? quis inimicorũ in hierusalẽ honore regio inductus est: clamantibus turbis benedictus qui venit in nomine domini HOSI ANNA filio dauid? sic igitur intelligentiã cape.& nunc exalta uit caput meũ super inimicos meos:& nunc anteq̃ patiar/anteq̃ imoler/extulit me honore/mirifica uit me super oẽs inimicos meos/magisq̃ oẽs inimicos meos. ¶ Pricipiũ vndecimi versus / vbi dici mus circuiui:in hebraica tralatione respicit finẽ precedẽtis versus & iũgitur cũ inimicis. ¶ Duode cimo versu. particula qua clamaui:accomodatius i tralatione hebraica qua clamo. ¶ Tertiodecimo versu.tibi dixit cor meũ exquisiuit te facies mea.sũt qui in tralatione nostra habẽt dũtaxat exquisi uit facies mea/sublata te particula.quã nõ improbat Hieronymus ad Sũniam & Fretelã. legebant eni grece εξεζητησε το προσωπον μου σε exquisiuit facies mea te:at melius inquit exquisi uit te facies mea.verũ nũc grece ita versꝰ integer σοι ειπερ η καρδια μου κυριον ζητησω εξεζητησε σε το προσωπον μου.το προσωιπον σου κυριε ζητησω.tibi dixit cor meũ dominũ querã/exqsiuit te facies mea:faciẽ tuã dñe querã.vnde fit vt nõ ab re legamus te. attamẽ si ad hebreũ cõcinnare vellemꝰ:diceremꝰ.tibi dixit cor meũ/exqsiuit facies mea faciẽ tuã dñe:& re quirã.& tũc iuste amouereẽ particula te:& huic intelligẽtie ꝓpemodũ astipulaẽ romana editio. q̃si id sẽtiat ꝓpheta.aia mea a te petijt vt ipsa q̃ est ad tuã imaginẽ & similitudinẽ formata faciẽ tuã q̃ eius veritas est & exẽplar exquirat/id petijt inquã/id exquisiuit:& idipsũ adhuc exquirã. ¶ Quito decimo versu.adiutor meꝰ esto.sũt q̃ habẽt es tu:sed meliꝰ videẽ esto/ex vetustis codicibus/tralatio ne romana & ex greco βοηθος μου γερου. ¶ Octauodecimo versu mentita est iniquitas sibi:sibi refert iniquitatẽ.nã grece εαυτη femininũ & singulare est. ¶ Nonodecimo versu. credo videpre senti infinitiui modi vsus est translator pro futuro/credo q̃ videbo/q̃ visurus sũ. ¶ Vltimo versu, ex pecta & sustine; idem sunt.& grecus codex vtrobiq̃ eodem vocabulo vtitur υπομειμον.

GALL.

Huic Dꝛ. XXVII.

1 AD te domine clamabo/deus meus ne sileas a me:ne quãdo taceas a me & assimilabor descẽdentibus in lacum.

2 Exaudi domine vocem deprecationis mee dũ oro ad te:dũ extollo manus meas ad tẽplũ sãctũ tuũ.

3 Ne simul tradas me cum pctõribus:& cũ operãtibus iniquitatẽ ne perdas me.

4 Qui loquũtur pacem cũ proximo suo:mala autẽ in cordibus eorum.

5 Da illis scdm opa ipsorum:& scdm nequitiam adinuentionũ ipsorum.

6 Secundũ opera manuũ eorum tribue illis:redde retributionẽ eorũ ipsis.

7 Quoniam nõ intellexerunt opera dñi/& in opera manuũ eius: destrues illos et nõ edificabis eos.

8 Bñdictus dñs:qm exaudiuit vocẽ deprecatiõis mee.

9 Dominus adiutor meus & protector meus:i ipso speravit cor meũ & adiutus sũ

10 Et refloruit caro mea:& ex voluntate mea confitebor ei.

11 Dominus fortitudo plebis sue: & protector salvationum christi sui est.

12 Salvum fac populũ tuũ dñe & benedic hereditati tue: & rege eos & extolle eos vsq; in eternum.

ROM.

Ipsi Dauid. XXVII.

AD te domine clamabo/deus meus ne sileas a me:& ero similis descendentibus in lacum.

Exaudi vocẽ deprecationis mee dum oro ad te: & dũ extollo manus meas ad templũ sanctũ tuũ.

Ne simul tradas me cũ pctõribus:& cũ operãtibus iniquitatẽ ne perdas me.

Cũ ijs qui loquunt pacem cũ proximo suo:mala autẽ sũt i cordibus eorum.

Da illis domine secũdũ opera eorũ:et secundum nequitiam studiorum ipsorum retribue illis.

Redde retributionẽ eorum ipsis:qm nõ intellexerũt in opa dñi/& i opa manuũ eius non considerauerũt.

Destrue illos: nec edificabis eos.

Bñdictus dñs:qm exaudiuit vocẽ deprecatiõis mee.

Domin⁹ adiutor meus & protector meus:& i ipso speravit cor meũ & adiutus sũ

Et refloruit caro mea:& ex voluntate mea confitebor illi.

Dominus fortitudo plebis sue:& protector salutarium christi sui est.

Salvũ fac populũ tuum dñe/& benedic hereditatem tuam:rege eos & extolle eos vsq; in seculum.

HEB.

Dauid. XXVIII.

AD te domie clamabo/fortis meus ne obsurdescas michi: ne forte tacente te michi/cõparer ijs qui descendũt in lacũ.

Audi dñe deprecationẽ meã cum clamauero ad te:cũ leuauero manus meas ad oraculũ sanctũ tuũ.

Ne tradas me cũ ipiis: & cum operantibus iniquitatem.

Qui loquuntur pacẽ cũ amicis suis:& est malũ in corde eorum.

Da eis secundũ opus suum & secundũ malũ adinuẽtionum suarum/iuxta opus manuum suarum da eis:redde retributionem suam illis.

Quoniam nõ intelligũt opera domini/& opus manuum eius: destrues eos & non edificabis.

Bñdictus dñs:qui audiuit vocẽ deprecatiõis mee.

Dominus fortitudo mea & scutum meum:in ipso confisum est cor meũ & habui adiutorium.

Gauisũ est cor meũ: & i cãtico meo cõfitebor illi.

Domin⁹ fortitudo mea & robur salutarium christi sui est.

Salua populũ tuũ & bñdic hereditati tue: & pasce eos & subleua eos vsq; in sempiternum.

TITVLVS. ipſi Dauid. Pſalmus de Chriſto domino, inducitur Chriſtus ad patrē loquens.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Ad te dñe clamabo deus meus ne ſileas a me: ne quando taceas a me & aſſimilabor deſcendētibus in lacū. ad te patervociferabo/pater mi/deus meus ne obtures auditum clamori meo: ne quādo claudes michi exauditionis tue auditū aſſimiler deſcendētibus in in-
2 fernum/in perditionē & interitū qbus taces/qbus aures tuas claudis/& eos nō audis. Exaudi dñe
vocē orationis mee dū oro ad te: dū extollo manus meas ad templū ſanctū tuū. admitte pater de-
3 precationē meā dū ad te precē fundo: dū eleuo manus meas ad celū. Ne ſimul tradas me cū pec-
catoribus: & cū operantibus iniquitatē ne perdas me. ne ſimul perdas me cū legis tranſgreſſoribus:
4 & ne cū iis qui iuſtitiā tuā preuaricātur/ſepiterne morti ſubdas me. Q ui loquuntur pacē cū proxi-
mo ſuo: mala autē in cordibus eorū. qui tranſgreſſores loquuntur ad amicos/proximos & meipſum
5 verba pacifica: ſed cū pacifice loquuntur/in corde cogitāt fallere & perdere. D a illis ſecundū opera
eorū: & ſecundū nequitiā adinuentionū ipſorū. iuſte iudex redde eis ſecundū facta ſua: et redde eis
6 ſecundū maliciā aſtutiarū ſuarū/quarū ipſi ex ſeipſis authores & inuentores ſunt. S ecundū opera
manuū eorū tribue illis: redde retributionē eorū ipſis. hic verſus reſumit quod precedens habet &
7 ipſum explicat. Q ñ nō intellexerūt opera dñi & in opera manuū eius: deſtrues illos & non edifi-
cabis eos. quia nō attenderūt vt intelligerēt opera patris & oipotentiū virtutū eius/q̄ ante eos ope-
ratus ſum/cecos illuminādo/ſurdos audire faciēdo/leproſos mūdando & mortuos ſuſcitādo: dabis
8 eos in interitū & in edificio celeſtis hieruſalē nō aptabis eos. B enedictus dñs: qñ exaudiuit vocem
deꝑcationis mee. benedictus celeſtis pater meus: qñ nō obturabit aures ſuas cū orauero ad cū non
tradet/nō perdet me cū operantibus iniquitatē/iuſtū iudicū faciet inimicorū meorū/qui in opera
9 eiꝰ intelligere noluerunt. D ñs adiutor meus & protector meus: & in ipſo ſperauit cor meū & adiu-
tus ſum. pater meus celeſtis auxiliator & defenſor meus: & in ipſo confiſa eſt anima mea/& ſenſi eiꝰ
10 adiutoriū. E t refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei. & exultās ſpiritu/caro mea ex-
11 hilarata eſt: & tota animi alacritate laudes eius concinā. D ñs fortitudo plebis ſue: & ꝓtector ſalua-
tionum Chriſti ſui eſt. celeſtis pater meus robur eſt credentiū in ſe: & defenſor eorū qui per Chriſtū
12 ſuum ſaluantur. S aluū fac populū tuū dñe/& benedic hereditati tue: & rege eos & extolle illos vſq;
in eternum. ſalua eos qui per me in te credūt/infunde benedictionē tuā iis quos per ſalutes Chriſti
tui poſſidebis: & paſce eos & ſublima eos ſine fine atq; in perpetuum.

ADVERTE. Primo verſu. ne ſileas: Hieronymus ex hebreo ne obſurdeſcas/quod eſt magis proprium. ſed hec metaphora ne ſileas/ne taceas tracta eſt: quia cum quis precantem audire nō vult/tacet/fingens ſe non audire & obſurdeſcere. quare in noſtra tralatione: bis eſt locus metaphore/et in hebraica ſemel. ¶ Et in eodem primo verſu. quod ſubiungit ne quādo taceas a me & aſſimilabor deſcendentibus in lacum: & ſuperfluit. & ſiue & apponatur ſiue non/rectius diceretur aſſimiler. qđ ex hebraica tralatione cognoſcitur: vbi Hieronymus habet loco huius/ne forte tacēte te comparer iis qui deſcendunt in lacum. cum autem apponitur &: verbum precedens taceas quod copulat/oſtēdit rectius eſſe dicendum & aſſimiler. & tunc ſenſus intelligibilior: & ſermo melior. & tralatio greca & romana aut non habent intelligentiam: aut oppoſitam habent. ¶ Septimo verſu. & in opera manuū eius: ex hebreo ſine prepoſitione & opus manuū eiꝰ. quod refertur ad ſuperius verbū/intelligunt. quod ſignificare videtur: nō cognoſcunt Chriſtū/filiū ſcilicet dei incarnatū/opus manuū patris. et diſtinctionis punctus melius ponitur poſt eius: vt id totum in opera manuū eius: in verbum precedens intellexerunt/reſpiciat. non autē iungatur cū deſtrues: vt paſſim fieri ſolet. cui aſtipulatur romana tralatio/in qua dicitur: et in opera manuū eius nō cōſiderauerūt. ¶ Decimo verſu. et refloruit caro mea. violēte trahit id ad reſurrectionē: ſed potius de hilareſcētia ex exultatione ſpiritus intelligendū eſt. quod particula ex hebreo illi reſpondēs/gauiſū eſt cor meū: declarat. et Chriſti in terra verſantis et citra paſſionē: hec diuina laus prophete in ſpiritu monſtrata eſt (quod tertius verſus et ſequētes indicant) non autem expleta morte & reſurrectione peracta.

¶ Pſalmus Dauid in cōſumatione tabernaculi.

XXVIII.

1 AFferte domino filij dei: afferte domino filios arietum.
2 A fferte domino gloriā

¶ Pſalmus Dauid in cōſumatione tabernaculi.

XXVIII.

1 AFferte domino filij dei: afferte domino filios arietum.
2 A fferte domino gloriā

¶ Pſalmus Dauid.

XXVIIII

1 AFferte domino filios arietū: afferte domino gloriā & imperiū.
2 A fferte domino gloriā

	GALL.	ROM.	HEB.
	& honorem / afferte do= mino gloriã nomini ei9: adorate dominũ in atrio ſancto eius.	& honorem: afferte do= mino gloriã nomini ei9. Adorate dominũ in au= la ſancta eius / vox domi= ni ſuper aquas / deus ma= ieſtatis intonuit: domin9 ſuper aquas multas.	nomini eius: adorate do= minum in decore ſãcto.
3	Vox domini ſup aquas / deus maieſtatis intonu= it: dominus ſuper aquas multas.		Vox domini ſup aquas deus glorie intonuit: do= minus ſuper aquas mul= tas.
4	Vox domini in virtute: vox dñi in magnificẽtia.	Vox dñi in virtute: vox domini in magnificẽtia.	Vox domini in fortitudi ne: vox domini in decore
5	Vox domini confringẽ= tis cedros: & confringet dominus cedros libani.	Vox domini confringẽ= tis cedros / & confringet dominus cedros libani:	Vox domini confringẽs cedros: & confringet do= minus cedros libani.
6	Et cõminuet eas tanq̃ vi tulum libani: & dilectus quemadmodũ filius vni= cornium.	et comminuet eas tanq̃ vitulum libani / & dilect9 ſicut filius vnicornuorũ.	Et diſperget eas quaſi vitulus libani: & ſarion quaſi fili9 rhinocerotis.
7	Vox domini interciden= tis flammam ignis / vox domini concutientis dę= ſertum: & commouębit dominus dęſertũ caddes	Vox domini interciden= tis flammam ignis / vox domini concutientis ſo= litudinem: & cõmouębit dominus deſertũ caddes	Vox domini diuidẽs flã mas ignis / vox dñi partu rire faciens dęſertũ: par= turire faciet domin9 dę= ſertum caddes.
8	Vox domini prępara= tis ceruos & reuęlabit cõ denſa: & in templo eius omnis dicet gloriam.	Vox domini prępara= tis ceruos / & reuęlauit cõ denſa: & in templo eius omnes dicent gloriã.	Vox domini obſtetricãs ceruis & reuęlans ſaltus: & in templo eius omnis loquętur gloriam.
9	Dominus diluuium in= habitare facit: & ſedębit dominus rex ī ęternum.	Dominus diluuium in= habitat: & ſedębit domi= nus rex in ęternũ.	Dominus diluuium in= habitat: & ſedębit domi nus rex in ęternum.
10	Dominus virtutem po= pulo ſuo dabit: dominus benedicet populo ſuo in pace.	Dominus virtutem po= pulo ſuo dabit: & bene= dicet populum ſuum in pace.	Dominus fortitudinem populo ſuo dabit: domi= nus bñdicet populo ſuo ī pace.

TITVLVS. Pſalmus Dauid. canticum de Chriſto ſecundũ diuinitatẽ. propheta loquitur in ſpiritu.

EXPOSITIO CONTINVA. Afferte domino filij dei: afferte domino filios arietum. adducite filij regenti: inducite in eccleſiam filios ex doctrina apoſtolorum & prophetarum. Afferte domi= no gloriã & honorẽ / afferte domino gloriã nomini eius: adorate dominũ in atrio ſancto eius. adduc= cite qui dominũ glorificẽt & honorent / addućite qui glorificẽt nomẽ dñi: adorate patrẽ ī ſpiritu pu= ro. Vox domini ſuper aquas / deus maieſtatis intonuit: dominus ſuper aquas multas. verbum do= mini ſuper aquas in ſanctificationẽ regenerationis / deus pater per filium ſuum locutus eſt: domi= nus ſuper populos multos per agnitionem ſui. Vox domini in virtute: vox domini in magnificen= tia. verbũ dei õnipotens & efficax: verbũ dei in perfecto decore. Vox dñi cõfringẽtis cedros: & cõ= fringet dñs cedros libani. verbũ dñi cõfringẽs altitudines poteſtatũ: & conteret Chriſtus dñs regnũ & principatus iudee. Et cõminuet eas tanq̃ vitulũ libani: & dilect9 quẽadmodũ filius vnicornũ. &

verbū dñi conteret altitudines principatuum per īmolationē suam tanq̄ is qui vt vitulus immolatus
7 est in iudea:et vt dilectus vnice patri/ceu filius vnicornium. Vox domini intercidentis flammam
ignis/vox dñi concutientis desertum & cōmouebit dñs desertū caddes.verbum domini dispartiens
spiritum sanctum in linguis igneis/verbum dñi steriles animos pena & dolore afficiens vt operen=
8 tur bonum:& concutiet Christus dñs steriles iudeos quibus lex sancta data est in caddes. Vox dñi
preparantis ceruos & reuelabit condensa:& in tēplo eius omnes dicent gloriā.verbū dñi spiritua=
les & ad alta mente cōscendētes/a pena liberās & dolore/& manifestabit eis salt⁹ & tuta in quibus
9 se saluēt loca:& illi vniuersi in mēte sua glorificabūt eū. Dñs diluuiū inhabitare facit:& sedebit do=
minus rex in eternū.Christus dñs inhabitabit mentes per aquas dilutas & saluatas:& Christus do
10 minus sedebit in throno cum patre/rex omniū in perpetuū. Dominus virtutē populo suo dabit:
dñs benedicet populo suo in pace.Christus dñs populo suo/quē per alluuia aquarū saluauit/robur
elargietur & vigorē/quo multiplicabitur/crescet & augebitur: Christus dñs benedictionē dabit po=
pulo suo/populo regenerato/in spirituali mentis quiete & tranquilitate.

ADVERTE. Quinto versu.vox dñi confringentis cedros:rectius vt ex hebreo confringens.q̄is q̄
filius facit:eadem dicatur & pater facere/& contra.& dñi primo loco:nota patris est.secūdo vero lo
co & dominus confringet cedros libani: nota filij.explicat enī specialiter/quod prius dictū est:vox
dñi confringens cedros.vox enī dñi hic/de qua propheta:ea est de qua & psalmo 94. versu 8 habe
tur.que & alibi sermo dicit:vt hic.cū enī quietū silentiū contineret omnia/et nox in suo cursu medi=
um iter haberet:omnipotens sermo tuus dñe exiliens de celo a regalibus sedibus/durus debellator
in mediā exterminij terrā prosiliuit. ¶ Sexto versu.& cōminuet eas tanq̄ vitulum libani:ex hebreo
dicendū videtur tanq̄ vitulus.nā vox dñi (que & verbū & filius)vitulo cōparatur:ob īmolationem
suam factam in cruce/per quā principatus & potestates destruxit.adde quod & copulatio & dile=
ctus:idē innuere videtur. ¶ In eodē sexto versu.vt filius vnicorniū:ex hebreo quasi filius rhinocero=
tis ,vbi non de vnicorne sed de rhinocerote id est naricorne expressū est.nā vnicornis in malā par
tē ex psalmo 21 capi solet: at naricornis hic in bonā partē.q̄ ex historijs pugnat aduers⁹ elephā=
tē & necat:qui in sacris litteris Behemoth appellatur/& per quē figuratur diabolus.& ex hoc loco
singularē quendā & precipuū amorē gerere noscuntur rhinocerotes ad fetus suos:vt is amor di=
lectioni celestis patris ad filium symbolice cōparetur. Neq; vnicornē & rhinocerotem idē animal
esse crediderim:si vnicornis ab vnico cornu dicat. nā rhinoceros q̄ & naricornis:duo gerit.vnū in
nare & alterū quod superne erūpit exiguū quidē/sed(vt volunt)validissimū:vt de quo scribat. Nāq;
grauem cornu gemino sic extulit vrsū: Iactat vt ipositas taur⁹ in astra pilas. At(authore Plinio)mo
noceros id est vnicornis:vnico cornu est/media frōte cubitorū duorū eminēte. ¶ Septio versu.vox
domini intercidentis flammā ignis/vox domini concutientis:rectius ex hebreo intercidens & con=
cutiens/& intelligentia promptior.et vt in quinto versu:ita et hic domini pro patre/et dominus p
filio desumitur. ¶ Octauo versu.vox domini preparantis ceruos:rectius preparans ex hebreo. qđ
etiā et hoc loco grecus codex habet vbi dicit φωρη κυριου καταρτιζομερη id est vox domi=
ni preparans et non preparantis.et aptius etiam diceretur ceruas.nā quod superiore versu dicitur
concutiens et cōmouebit:ex hebreo respondet parturire faciens et parturire faciet/quod significat
faciens et faciet esse in dolore pariendi.et quod hic dicitur preparans:ex hebreo respondet obste=
tricans.quod significat adiuuans partum/et soluens a dolore pariendi.quod quidem ad ceruas:nō
ad ceruos spectat.et mirifice de parturitione et partu continuatur sermo ex hebreo. Et ex historia
cognoscuntur cerue hanc habere proprietatem:vt facilem partum habeant.si quidem ante partum
se purgant herba quadam que seselis dicitur:et ita faciliore vtuntur vtero.et a partu duas herbas
sumunt:que aros et seselis appellantur/omni ex parte et precedentes et subsequentes leuātes do=
lores.sed quis hanc obstetricationem ceruas edocuit:nisi verbum domini/per qđ condita sunt vni=
uersa/et mirificis sapientie sue vestigijs obsignata/insuper cerue editos partus exercent cursu:et fu=
gam meditari docent.ad prerupta ducunt:saltumq; (vt dicit historia)monstrant.et quis hec mon=
strauit/quis edocuit:nisi verbum dei artifex omnium/et huic alludit quod continuo subiungitur/et
reuelabit condensa:vbi ex hebreo et reuelans saltus. Et cum Hieronymus dicit obstetricās ceruis:
certum est feminas intelligere/etsi ceruis ad ceruos et ceruas commune sit. Et cum grecus codex
habet φωρη κυριου καταρτιζομερη ελαφουσ:eque ceruas vt ceruos verti potuisset.nam
ελαφοσ promiscui generis est ad ceruum aut ceruam significandam.et revera ceruas erat ver=
tendum. ¶ Nono versu et decimo.dominus pro filio dicitur.et rectius ex hebreo dici videtur in=
habitat q̄ inhabitare facit.siquidem ipse per se dignatur mētes purificatas/et alluuione aquarum
sanctificatas inhabitare:cui cum eterno patre et sancto spiritu/sit omnis honor in sempiterna se=
cula.Amen.

GALL.

¶ Psalmus cantici in dę dicatione domus Dauid XXIX.

1 EXaltabo te domine quoniã suscepisti me: nec dęlectasti inimicos meos super me.

2 Domine deus meus clamaui ad te: & sanasti me.

3 Domine ęduxisti ab inferno animam meam: saluasti me a dęscendentib⁹ in lacum.

4 Psallite domino sancti eius: & confitęmini memorie sanctitatis eius.

5 Quoniam ira in idignatione eius: & vita in volũtate eius.

6 Ad vesperum dęmorabitur flętus: & ad matutinum lętitia.

7 Ego autem dixi in abũdantia mea: non mouębor in ęternum.

8 Domine i volũtate tua: pręstitisti decori meo virtutem.

9 Auertisti faciem tuam a me: & factus sum conturbatus.

10 Ad te dñe clamabo: & ad deũ meũ dęp̃cabor.

11 Quę vtilitas in sanguine meo: dum dęscendero in corruptionem?

12 Nunquid confitębitur tibi puluis: aut annunciabit veritatem tuam?

13 Audiuit dominus & misertus est mei: dominus factus est adiutor meus.

ROM.

¶ Psalmus cantici in dędicatione domus Dauid XXIX

EXaltabo te dñe quoniã suscepisti me: nec dęlectasti inimicos meos super me.

Domine deus meus clamaui ad te: & sanasti me

Domine abstraxisti ab inferis animam meam: saluasti me a dęscendentib⁹ in lacum.

Psallite domino sãcti ei⁹ & confitęmini memorie sãctitatis eius.

Quoniã ira in indignatione eius: & vita in volũtate ipsius.

Ad vesperum dęmorabitur flętus: & ad matutinum lętitia.

Ego autem dixi in mea abundantia: non mouębor in ęternum.

Domine in bona voluntate tua pręstitisti decori meo virtutẽ: auertisti faciem tuam a me/& fact⁹ sum conturbatus.

Ad te domine clamabo & ad deum meũ dęprecabor: quę vtilitas in sanguine meo/dum dęscendo in corruptionem?

Nũquid confitębitur tibi puluis: aut annunciabit veritatem tuam?

Audiuit dominus & misertus est michi: domin⁹ factus est adiutor meus.

HEB.

¶ Psalmus cantici ad dędicationem domus Dauid. XXX.

EXaltabo te domine quoniã saluasti me: & non dilatasti inimicos meos super me.

Domine deus meus clamaui ad te: & sanasti me

Domine ęduxisti ex inferno animã meam: viuificasti me ne dęscẽderem in lacum.

Cantate domino sancti eius: & confitęmini memorie sanctitatis eius.

Quoniam ad momentũ est ira eius: & vita i repropiciatione ei⁹.

Ad vesperum cõmorabitur flętus: & in matutino laus.

Ego autem dixi in abundantia mea: non commouębor in sempiternum.

Domine in volũtate tua statuisti monti meo fortitudinem: abscondisti faciem tuam a me/& fact⁹ sum conturbatus.

Ad dominũ clamabo: & dominum dęp̃cabor.

Quę est vtilitas in sãguine meo: cum dęscendero in corruptionem?

Nunquid confitębitur tibi puluis: aut annunciabit veritatem tuam.

Audi domine & miseręre mei: dñe esto adiutor.

14 Conuertisti plāctū meum ī gaudiū michi/cōscidisti saccū meū: & circūdedisti me lętitia.

Conuertisti planctū meum in gaudiū michi/conscidisti saccum meum/& pręcinxisti me lętitia: vt cātem tibi gloria mea & non compungar.

Conuertisti planctū meum in chorum michi/soluisti saccum meum:& accinxisti me lętitia.

15 Vt cātet tibi gloria mea & non cōpungar:domine deus meus in ęternū confitębor tibi.

Vt laudet te gloria:& nō taceat.

Domine deus meus: in sempiternum confitębor tibi.

TITVLVS. Psalmus cantici pro dedicatione domus Dauid. psalmus letitie pro imutatione / pro innouatione corporis Christi in imortalē gloriā. Psalmus de Christo dño. Propheta in spiritu inducit Christum ad patrem.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Exaltabo te dñe quoniā suscepisti me:nec delectasti iimicos meos
super me.magnificabo te pater superimēse/ quia saluasti/quia suscitasti me:nec affecisti diu voluptа
2 te iudeos & spiritus nequitiarū super mea morte. Dñe deus meus clamaui ad te:& sanasti me.vo-
3 ciferaui ad te pater eterne:& suscitasti me. Dñe eduxisti ab inferno animā meā:saluásti me a descē
dentibus in lacū.reuocasti eterne pater animā meā de inferorū ergastulo i regionē superā/de mor-
4 te in vitā:eripuisti me a damnatione eorū/qui demergūtur in inferni profundū. Psallite dño sanćti eius:& confitemini memorie sāctitatis eius.laudate puri/mundi & incōtaminati patrē celestem:
5 habete memoriā sanctificationis eius/qua me suscitauit & vos sanctificauit. Quoniā ira i indigna-
tione eius:& vita in voluntate eius.confitemini memorie sanctificationis eius/quoniam pater irasci
6 non vult:& vt me suscitauit/ita & vos in vitā suscitare vult eternā. Ad vesperū demorabitur fletus:
& ad matutinū letitia.in occasu terrene vite tristitia occupabit:& excitatione a sōno mortis facta/
7 gaudiū manebit sempiternū. Ego autē dixi in abundantia mea:non mouebor in eternū.ego dixi
8 in plenitudine diuinitatis qua cū vnitus sū:non dissociabor/non separabor in perpetuum. Dñe in
voluntate tua:prestitisti decori meo virtutē.eterne pater secundū bone volūtatis tue placitū: vnisti
9 humanitati mee verbū tuū/sapientiā tuā & virtutē. Auertisti faciē tuam a me:& factus sū cōturba-
tus.absentasti parumper te ipsū/tuā diuinitatē & me michi reliquisti:& in tristitia & in desolatione sū
10 absorpt⁹. Ad te dñe clamabo:& ad deū meū deprecabor.ad te pater vociferabo:& ad te patrē de-
11 um meū p̄ce mea cōtestabor. Que vtilitas in sanguine meo:dū descendero in corruptionē/quid af-
12 feret fructus mors mea/& sanguinis effusio:si vt ceteri homines morte resoluor in cinerē/Nunquid
confitebitur tibi puluis: aut annunciabit veritatē tuā/nunquid cinis laudes tuas cōcinet:aut annun-
13 ciabit populis verbū tuum/& sapientiā tuā/Audiuit dominus & misertus est mei:domin⁹ factus est
14 adiutor meus.pater exaudiuit me/misericordiā suā largitus:pater factus est auxiliator meus. Cō-
uertisti planctū meū in gaudiū michi/concidisti saccū meū:& circundedisti me letitia.tu pater cō-
uertisti mestitiā meā in consolationē/abstulisti mortalitatē:& induisti me imortalitate & letitia sem-
15 piterna. Vt cantet tibi gloria mea & non cōpungar:dñe deus meus in eternum confitebor tibi.sic
pater imense circūdedisti me letitia/vt te laudare teneatur imortalitas mea/neq; me vnq̄ peniteat:
pater eterne deus meus in perpetuū psallā tibi/laudabo te sine fine.

ADVERTE Circa titulū. Cum quippiā de non sacro fit sacrū/de ignobili nobile & glorioſum/de mortali imortale/de passibili impassibile/de corruptibili incorruptibile: id dedicatio/ innouatio/& imutatio dicitur.qđ greci εγκαινισμον id est dedicationē & inouationē etiā dicunt. εγκαινιζω enim innouo significat.hinc illud intelligitur:quod deifer Paulus ad Corinthios ait.omnes quidem resurgemus:sed non omnes imutabimur.quomodo enī imutabuntur/dedicabuntur innouabūturq;: ij quorum corpora non sancta/non fient sancta/& ignobilia/glorioſa non fient & nobilia/& mortalia/non fient imortalia.que enī semper in morte erunt:quopacto imortalia sunt/& que in infinibili pena,sempiternoq; tormēto:quo modo impassibilia/& solum eorū qui in resurrectione Christiformes erunt: corpora dedicabuntur/innouabūturq; atq; imutabūtur. ¶ Tertio versu. Quod dicitur in tralatione hebraica viuificasti me ne descenderē in lacū:non negat descensū ad inferos.nā prima particula dicens domine eduxisti de iferno animā meā:testatur descensū.qui enī fit vt educatur/extrahaturq; quispiam de spelunca:qui in eam non descenderit/sed dicit viuificasti me/ suscitasti me/inouasti vitā meā:ne descēdisse in lacū/ vt infelicissimi hoim q in eā cū descēdūt nō āplius viuificanť.qđ alij expresserūt dicētes:saluasti me a descēdētib⁹ i lacū. ¶ Octauo versu. pstitisti decori

GALL. ROM. HEB.

meo virtutē: ex hebreo ſtatuiſti monti meo fortitudinē. per quod deifica Chriſti humanitas oſtenditur. eſt enim lapis ille abſciſus de monte ſine manibus: qui (vt inquit Daniel propheta) factus eſt mons magnus & impleuit toram terram. & de quo pſalmo 67. mons in quo beneplacitū eſt deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem.

In finē ps dd'. XXX.

1 IN te dñe ſpēraui non confūdar in ēternum: in iuſticia tua libera me.

2 Inclina ad me aurē tuā: accelera vt ēruas me.

3 Eſto michi in deum ꝓtectorem & in domum refugij: vt ſaluū me facias.

4 Quoniā fortitudo mea & refugiū meum es tu: & propter nomen tuum dēs duces me & ēnutries me.

5 Et duces me de laq̄o hoc quē abſcondērūt michi: quīm tu es protector meꝰ.

6 In manus tuas cōmēdabo ſpiritū meū: redēmiſti me domine deꝰ vēritatis

7 Odiſti obſeruantes vanitates: ſuperuacue.

8 Ego autem in dño ſpēraui: exultabo & lētabor in miſericordia tua.

9 Quīm reſpexiſti humilitatē meā: ſaluaſti de neceſſitatibus animā meā.

10 Nec concluſiſti me i manibus inimici: ſtatuiſti in loco ſpacioſo pedes meos.

11 Miſerēre mei dñe quoniam tribulor: cōturbatus eſt in ira oculꝰ meus/anima mea & venter meus.

12 Quoniam dēfēcit in dolore vita mea: & āni mei in gemitibus.

In finē ps dd'. XXX.

IN te dñe ſpēraui non cōfundar in ēternum: in tua iuſticia libera me & ēripe me.

Inclina ad me aurē tuā: accelera vt ēripias me.

Eſto michi in deum ꝓtectorem & in locum refugij: vt ſaluum me facias.

Quīm firmamētū meū & refugium meum es tu: et ꝓpter nomen tuum dux michi eris & ēnutries me

Et ēduces me de laqueo iſto quē occultauērūt michi: quīm tu es ꝓtector meus dñe/in manus tuas cōmendo ſpiritum meum.

Redēmiſti me dñe deus vēritatis. odiſti obſeruātes vanitatē ſuperuacue.

Ego autem in dño ſpēraui: exultabo & lētabor in tua miſericordia.

Quia reſpexiſti humilitatē meā/ſaluā fēciſti de neceſſitatibꝰ aiam meā: nec concluſiſti me in manu inimici.

Statuiſti in loco ſpacioſo pedes meos: miſerēre michi dñe quīm tribulor.

Cōturbatus eſt i ira oculus meus: anima mea & venter meus.

Quoniam dēfēcit in dolore vita mea: & āni mei in gemitibus.

Victori ps dd. XXXI.

IN te dñe ſpēraui non cōfundar i ēternū: i iuſticia tua ſalua me.

Inclina ad me aurē tuā: vēlociter libera me.

Eſto michi in lapidē fortiſſimū/ & in domū munitam: vt ſalues me.

Quia petra mea & munitio mea tu es: & propter nomen tuū dux meus eris/& ēnutries me.

Et duces me de rēti quod abſcondērūt michi: quia tu fortitudo mea es.

In manu tua cōmēdabo ſpiritū meum: redēmiſti me dñe deus vēritatis.

Odiſti: cuſtodiētes vanitates fruſtra.

Ego autē in dño confiſꝰ ſum: exultabo & lētabor in miſericordia tua.

Quia vidiſti afflictionē meam: & cognouiſti tribulationes anime mee.

Et non concluſiſti me in manibus inimici: poſuiſti in latitudine pedes meos.

Miſerēre mei dñe quoniam tribulor: caligauit in furore oculus meus/anima mea & venter meus.

Quia conſumpte ſunt ī mērore vite mee: et anni mei in gemitu.

13 Infirmata est in pauper-
tate virtus mea: & ossa
mea cōturbata sunt.
14 Super omnes inimicos
meos factus sum oppro-
briū vicinis meis valde:
& timor notis meis.
15 Qui videbant me foras
fugerunt a me: obliuioni
datus sum tanq̄ mortu-
us a corde.
16 Factus sū tanq̄ vas per-
ditū: quoniā audiui vitu-
perationē multorū com-
morantium in circuitu.
17 In eo dū cōuenirēt simul
aduersū me: accipere ani-
mam meā consiliati sunt
18 Ego autem in te speraui
dne: dixi de⁹ me⁹ es tu: ī
manib⁹ tuis sortes mee.
19 Eripe me de manu ini-
micorum meorum: & a
persequentibus mę.
20 Illustra faciē tuā sup̄ ser-
uum tuū: saluum me fac
ī misericordia tua domi-
ne: non confundar quo-
niam inuocaui te.
21 Erubescant impij & dę-
ducantur iu infernū: mu-
ta fiant labia dolosa.
22 Quę loquunt aduersus
iustum iniquitatē: in su-
perbia & in abusione.
23 Quā magna multitudo
dulcędinis tue dne: quā
abscōdisti timentibus te.
24 Perfęcisti eis qui spęrant
in te: in conspectu filiorū
hominum.
25 Abscondes eos in absco

Infirmata est in pauper-
tate virtus mea: & ossa
mea cōturbata sunt.
Super omnes inimicos
meos factus sum oppro-
briū vicinis meis nimiū:
& timor notis meis.
Qui videbant me foris:
fugiebāt a me: excidi tāq̄
mortu⁹ a corde: & fact⁹
sum sicut vas perditum.
Quoniā audiui vitupe-
rationem: multorum cir-
cum habitantium.
In eo dū cōgregarēt oēs
sil' aduersū me: vt accipe-
rēt aiam meā cōsiliati sūt
Ego vero i te speraui dne
dixi tu es de⁹ me⁹: in ma-
nibus tuis tempora mea.
Libera me & ęripe me de
manib⁹ iimicorū meorū:
& a persequentibus me.
Illumina faciē tuā super
seruum tuum: & saluum
me fac in tua misericor-
dia domine: non confun-
dar quoniā inuocaui te.
Erubescant impij & dę-
ducantur in infernū: mu-
ta efficiant labia dolosa.
Quę loquunt aduersus
iustum iniquitatem: in su-
perbia & cōtemptu.
Quā magna multitudo
dulcędis tue dne: quā ab-
scondisti timentibus te:
& perfęcisti eam spęran-
tibus in te: in conspectu
filiorum hominum.
Abscondes eos in absco

Infirmata est i iniquita-
te fortitudo mea: & ossa
mea contabuęrunt.
Apud omnes hostes me
os factus sum opprobriū
& vicinis meis nimis: &
timor notis meis.
Qui videbant me in pla-
tęis: fugiebāt me: obliuio
ni traditus sū quasi mor-
tuus a corde: factus sum
quasi vas perditum.
Audiui enim opprobriū
multorum: congregatio-
nem in circuitu.
Cum inirēt conciliū ad-
uersum me: & vt auferēt
aiam meā cogitauęrunt.
Ego autem in te spęraui
dne: dixi deus me⁹ es tu:
in manu tua tēpora mea.
Libera me de manu ini-
micorū meorū: & per se-
quentium me.
Ostende faciem tuā sup̄
seruum tuum: salua me ī
misericordia tua: domi-
ne ne cōfundar: quia in-
uocaui te.
Confundantur impij &
taceant in inferno: muta
fiant labia mēdacij.
Quę loquuntur contra
iustum vetera: in supbia
& despectione.
Quā multa est bonitas
tua: quam abscondisti ti-
mentibus te: operatus es
spęrantibus in te: in con-
spectu filiorum hominū.
Abscōdes eos i ptectio-

GALL.	ROM.	HEB.
dito faciei tue: a contur-	dito vultus tui: a contur-	ne vultꝰ tui: a duricia viri.
batione hominum.	batione hominū.	
26 Proteges eos i taberna-	Proteges eos in taberna-	Abscōdes eos i vmbra:
culo: a contradictione lin	culo tuo: a contradictio-	a cōtradictione liguarū.
guarum.	ne linguarum.	
27 Benedictꝰ dominꝰ quo-	Benedictus dns: quoni-	Benedictus dominus q̄
niam mirificauit miseri-	am mirificauit misericor-	mirabilē fecit misericor-
cordiā suam michi: in ci-	diam suam in ciuitate cir	diam suam michi: in ciui
uitate munita.	cūstantie.	tate munita.
28 Ego autem dixi in excess	Ego autem dixi ī pauo-	Ego autem dixi ī stupo-
su mentis mee: ꝓiectꝰ sū	re meo: proiectus sum a	re meo: ꝓiectus sū de con
a facie oculorū tuorum.	vultu oculorum tuorum.	spectu oculorum tuorū.
29 Ideo exaudisti vocē ora-	Ideo exaudisti vocē dę-	Ergo ne audisti vocē dę-
tionis mee: dum clamarē	precationis mee: dū cla-	precationis mee: cū cla-
ad te.	marem ad te.	marē ad te.
30 Diligite dominū omnes	Diligite dominū omnes	Diligite dominū omnes
sancti eius / quoniam vę-	sancti eius / quoniam vę-	sancti eius / fideles seruat
ritates requiret dominꝰ:	ritatē requiret dominus:	dominꝰ: & retribuet ijs
& retribuet abundanter	& retribuet ijs qui abun	qui satis operātur super-
facientibus superbiam.	danter faciunt superbiā.	biam.
31 Viriliter agite & confor-	Viriliter agite & confor-	Confortamini & robo-
tętur cor vestrū: omnes	tętur cor vestrum: omnes	rętur cor vestrū: omnes
qui spęratis in domino.	qui spęratis in domino.	qui expectatis dominū.

TITVLVS. Ad victoriā psalmus Dauid. Psalmus de Christo dño. inducit propheta Christū dominum secundū dispensationem carnis assumpte: patris auxilium implorantem.

EXPOSITIO CONTINVA. In te dñe sperauī nō confundar in eternū: in iustitia tua libera me. 1
in te pater confisus sum nō erubescā / non cōfusione operiar in perpetuū: in equitate tua / ī iusto tuo
iudicio ab ipendentibus malis erue me. Inclina ad me aurē tuā: accelera vt eruas me. prebe te pre- 2
cibus meis exorabilē: festina vt liberes me. Esto michi in deum protectorē & in domū refugij: vt 3
saluum me facias. esto michi in murū munitissimū & in asylū: vt me salues. Quoniā fortitudo mea 4
& refugiū meū es tu: & propter nomē tuū deduces me & enutries me. esto michi protectio & re-
fugij portus / quoniā tu eterne pater robur meū & cōfugiū meū es: & quia tu pater es / & bonus / &
misericors / liberabis me & fouebis me. Educes me de laqueo hoc quē absconderūt michi: quoniā 5
tu es protector meus. expedies / liberabis me de retiaculo mortis / quā occulte & per insidias inten-
tarunt michi: quoniā tu pater / es defensor meus. In manus tuas dñe cōmendo spiritū meū: rede- 6
misti me dñe deus veritatis. ego moriens & tradens spiritū / illū in manuū tuarū custodia / in iustitia
& misericordia tua cōmitto: me a peccato preseruasti dñe deus / pater verax. Odisti obseruantes va- 7
nitates: superuacue. perosus es vanitatibus insistentes / & que sunt legi tue & saluti sue aduer-
sa: neq; eis quicquā possunt prodesse. Ego autē in dño sperauī: exultabo & letabor ī misericordia 8
tua. ego autē in deo patre meo veracī fiduciā meā reposui: gaudebo & exhilarabor in ea quā mi-
chi & meo generi exhibiturus es / miseratione tua. Quoniam tu respexisti humilitatē meā: saluasti 9
de necessitatibus animā meā. quoniā attendisti humiliationē & abiectionē michi inflictā: liberasti de
angustijs & ergastulo mortis vitā meā. Nec cōclusisti me in manibꝰ inimici: statuisti in loco spacio- 10
so pedes meos. nec coartasti aīam meā in potestate inimici / principis mundi huius / aduersarij mei:
posuisti motus meos / vias meas (procul hoste repulso) spacios & amplas. Miserere mei domine 11
quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus / anima mea & venter meus. pater misericors /
pater propicie / cōpatere michi quoniā angustia premor videns vltiones tuas apud inferos: cōmotꝰ
est in visione mulcte illius mentis mee aspectus / spiritus meus in spectaculo illo conturbatus est / &

12 tota viriũ mearũ capacitas. Quoniã defecit in dolore vita mea:& anni mei in gemitibus. tribulor &
angustia premor/quia pro miseris hominibus saluandis/sublata est in meritia anima mea: & eras
13 mea sublata est in luctibus. Infirmata est in paupertate virtus mea:& ossa mea conturbata sunt. &
fortitudo mea multitudine peccatorũ hoim debilitata est/& iferior apparet (v t q̃ pleroſq; nõ redi=
14 mat) passio mea:& vires mee sunt conquassate. Super omnes inimicos meos factus sũ opprobriũ
vicinis meis valde:& timor notis meis. apud vniuersos aduersarios meos/pontifices/scribas & pha
riseos opprobrio & irrisioni datus sũ/valde fact⁹ sũ scandalũ iudeis inter quos natus sum: & fact⁹
15 sũ formido & pauor apostolis et discipulis meis. Qui videbãt me foras fugerũt a me:obliuioni dat⁹
sũ tanq̃ mortu⁹ a corde. noti mei q̃ ituebanť me ab hostib⁹ cõprehẽsũ & imaniter attrectatũ/procul
16 a me fugã corripuerũt:ex mẽte eorũ excidi/vt is cui⁹ nulla ãplius subit recordatio. Fact⁹ sũ tanq̃ vas
perditum: quoniã audiui vituperationẽ multorũ cõmorantiũ in circuitu. existimatus sum funditus
perisse vt fictile confractũ & irrecuperabile:quoniã patuerũt michi improperia vndiq; congrega=
17 torum conspirantiũ in me. In eo dũ cõuenirent simul aduersũ me:accipere animã meam consiliaŕ
18 sunt. eo vsq; dũ consentirẽt simul contra me:consiliũ inierunt vt auferrent vitã meã. Ego autẽ in te
speraui dñe/dixi deus meus es tu:in manibus tuis sortes mee. ego in te confidi O pater eterne/ in=
19 uocaui te deũ meũ:protestatus sũ in potestate tua esse fatũ meũ/viteq; imperium. Eripe me de ma=
nu inimicorũ meorũ:& a persequentibus me. hi tres sequẽtes versus adhuc respiciũt superiorẽ par=
ticulam dixi. dixi pater libera me de potestate hostiũ meorũ:& ab ijs qui infestant me & persecutio=
20 nibus affligunt me. Illustra faciẽ tuã super seruũ tuũ/saluũ me fac in misericordia tua dñe:nõ con=
fundar quoniã inuocaui te. dixi resplendeat facies tua super me/qui tuus seruus sum/saluet me mi=
21 seratio tua:non obruar confusione/quia pater eterne inuocaui te. Erubescãt impij & deducantur in
infernũ:muta fiant labia dolosa. dixi confundantur scelerati qui in te delinquũt/qui te cõtemnunt/
22 & deuoluantur in barathrũ:elinguia fiant ora mendacia. Que loquuntur aduersus iustũ iniquita=
tem:in superbia & abusione. muta fiant/elinguia & conticentia ora que astruũt cõtra innocentem
23 mendaciũ/& falsa impingũt crimina:in elatione animi sui/contẽptu/atq; paruipensione. Quã ma=
gna multitudo dulcedinis tue dñe:quã abscondisti timẽtibus te. hic sermo secũdũ se intelligitur/nõ
superiora respiciens/sed futurorũ sanctorũ & martyrũ prophetiã continẽs/ quãta est copia suauissi=
me bonitatis tue pater imense:quã in thesauris tuis reconditã seruas ijs/qui in timore & reuerentia
24 obseruãt/colũt & venerantur te. Perfecisti eis qui sperant in te:in conspectu filiorũ hominũ. quãta
copia suauitatis tue/quã preparasti iis qui confidũt in te/videntibus etiã peccatoribus & persecuto=
25 ribus eorũ. Abscondes eos in abscondito faciei tue:a conturbatione hoim. proteges eos in secreto
26 benignitatis tue:a seuitia persecutorũ. Proteges eos in tabernaculo tuo:a contradictione linguarũ.
27 tutaberis eos in vmbraculo ꝓtectionis tue:a sermonibus cõtradicentiũ. Benedictus dñs qñ mirifi=
cauit misericordiã suã michi:in ciuitate munita. benedictus pater meus/quia mirabilẽ largitus est
28 miserationẽ suã michi:in celesti hierusalẽ/in ciuitate inexpugnabili/fortissima/& tutissima. Ego au=
tem dixi in excessu mẽtis mee:proiectus sum a facie oculoꝝ tuorũ. ego dixi O pater eterne/in trãsi=
29 tu meo/in passione mortis mee derelictũ me esse a te. Ideo exaudisti vocẽ orationis mee:dum cla=
marem ad te. hanc ob humiliationẽ acceptasti precẽ meã:dum orarem ad te/ita & meos in exces=
30 su suo humiliatos & derelictos/exaudies dũ clamabunt ad te. Diligite dominũ omnes sancti ei⁹/
quoniã veritatẽ requiret dñs:& retribuet abundãter facientibus superbiã. amplectimini tota chari=
tate patrẽ/omnes pure victuri/quoniã veracẽ vitã examinabit pater meus:& vlciscetur abundanter
31 in eos/qui in contẽptu & superbia viuunt. Viriliter agite & confortetur cor vestrũ: oẽs qui speratis
in dño. fortiter dimicate/sustinete/inualescite spiritu:oẽs qui spem vestrã collocatis i deo patre meo.
ADVERTE. Tertio versu. esto michi in deum protectorẽ:ex hebreo esto michi in lapidẽ fortissi=
mum. quod quarti versus vtrobiq; principiũ respicit. illic quoniã fortitudo mea:hic quia petra mea.
vt illic particula & in domũ refugij/respicit & refugiũ meũ:& hic particula & in domũ munitam/
respicit & munitio mea. lex igitur analogie poscebat vt diceretur:esto michi in lapidẽ aut in deum
fortissimũ. sed interpretes primã mutãtes metaphorã:pariter & proportionẽ confuderũt. relinquẽ=
tes autẽ secundã:seruauerũt & proportionẽ. si eni seruare studuissent in conuersione/ interpretatio=
neq; sua/dixissent in principio quarti versus/ quoniã protectio mea/& id fuisset quadrantius. attа=
men nichil intelligentie preiudicatũ est:etsi neglecta sit ꝓportio. ¶ Sexto versu. in manus tuas dñe
cõmendo spiritũ meũ. psalmodia romana habet cõmendo: Hieronymus ex hebreo commendabo
& septuaginta similiter in greco παραθησομαι futurũ cõmendabo. in nostra autẽ tralatiõe nũc
cõmendo/interdũ etiã reperiť cõmẽdabo. Et q̃ cõmẽdo legamus:id arbitror a romana psalmodia
mutuatũ:aut ob euangelij reuerentiã ita a patribus obseruatũ/retinemus. ¶ Eodẽ sexto versu. re=
demisti me dñe deus veritatis:illud redemisti aliter de Christo/aliter de nobis accipiendũ. nã pa=

ter per seipsū/Christum redemit:ipsum creando immunē ab omni peccato/iuxta Esaie oraculum. hec dicit dominus creans te iacob & formans te israel. noli timere:quia redemi te/& vocaui te nomine tuo. meus es tu. que prophetia de Christo domino est. at redemit nos per filiū suū: qui vere languores nostros tulit & labores nostros portauit/& cuius liuore sanati sumus. ¶ Vndecimo versu. q̄ propheta post cōmendationē spiritus sui in morte/inducit rursus Christū clamantem miserere mei dñe q̄m tribulor:sunt qui volunt dominū nō solū portasse pro nobis dolores mortis terrene/sed etiā dolores inferni in anima sustinuisse. vt Adam(qui secundā mortē in sua transgressione incurrerat) et Ade posteritatē:a doloribus secūde mortis eriperet. quod sensit Cusa in suis sermonibus/adducta ad hoc hac Petri in Actis sententia/vbi de Christo ait:quē deus suscitauit (solutis doloribus inferni) iuxta quod impossibile erat teneri illū ab eo. Sed hec sentētia Cuse:ipso primo intuitu michi visa est nō modo extranea/sed et stupenda et horrēda. et incipio solicitius cogitare. euoluo codicē grecū:an forte ex hoc loco aut trahi aut suspicari posset argumentū. et inuenio scriptū ορ θεος αρεστησε λυσας τας ωδυνας του θανατου καθοτι ουκ ην δυνατον κρατεσθαι αυτον υπ αυτου. id est quē deus resuscitauit/soluēs dolores mortis:q̄m nō erat possibile ipsū teneri ab ea. vbi quod apud nos infernus/et hic θανατος id est mors:ex vocabulo resuscitauit/idem velle certū est. et video Antistitē et Cardinalē Cusā hic posse dicere. quid est quē deus resuscitauit/deus inquā soluens dolores mortis/nisi amouens dolores mortis/siue(vt apud latinos legimus)inferni? Et q̄ de eodē loquaī et non de alio:sequēs sermo indicare videtur/quia nō erat possibile ipsū teneri ab ea. si enim de alijs diceret quorū dolores soluisset deus:nequaq̄ de eodē continuasset sermonē/sed potius subiunxisset/quia nequaq̄ teneri potuerūt ab ea. hec pro se forsitan aliquo pacto facere:existimet Cusa. Ceterum postea lego Hieronymū super psalmi 141 vltimos versus. Intende ad deprecationem meā:quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequētibus me:quia cōfortati sunt super me. Educ de custodia animā meā. a patre(inquit)se educi de inferni claustris postulat. vbi michi visus est Hieronymus propemodū idē sensisse:qui hunc psalmum de Christo dño interpretatur. Alioqui nisi molestus illi fuisset carcer inferni:quomodo propheta in spiritu/in persona eius diceret. libera me a persequentibus me:quoniā confortati sunt super me/continuo subiungens(vt in tralatione hebraica habet Hieronymus)educ de carcere animā meā? Lego etiā psalmo 17. circūdederunt me dolores mortis: et torrētes iniquitatis cōturbauerūt me. dolores inferni circūdederūt me: preoccupauerunt me laquei mortis. secundū autē veritatē hebraicā. circūdederunt me funes mortis:et torrentes diaboli terruerūt me. funes inferni circūdederūt me: preuenerūt me laquei mortis. que de Christo dicta: proculdubio intelligūtur. et psalmo 114. circūdederunt me dolores mortis:et pericula inferni inuenerunt me. secundū veritatē hebraicā. circūdederunt me funes mortis:et munitiones inferni inuenerunt me. et psalmo 87/qui secundū Hieronymū passionis dominice cōtinet sacramenta:legimus. quia repleta est malis anima mea:et vita mea in inferno appropinquauit. estimatus sum cū descendētibus in lacū:factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. posuerūt me in lacu inferiori:in tenebrosis et in vmbra mortis. super me confirmatus est furor tuus:et omnes fluctus tuos induxisti super me. et iis versibus:respondet ex hebreo. quia repleta est malis anima mea:et vita mea ad infernū descendit. reputatus sum cū descēdentibus in lacū: factus sum quasi homo inualidus inter mortuos liber. posuisti me in lacu nouissimo:in tenebrosis et in profundis. super me confirmatus est furor tuus:et cunctis fluctibus tuis afflixisti me. et circa finē eiusdē psalmi. in me transierunt ire tue:et terrores tui conturbauerūt me. circūdederunt me sicut aqua tota die: circūdederūt me simul. que vniuersa/et nonnulla alia in psalmis:dominū glorie/molestia etiam apud inferos ea ex parte/eaq; ex natura qua passibilis erat/non omnino caruisse/ostēdere videtur. Qui si quicq̄ passus est:quia voluit/quantū voluit/et vt voluit passus est. et cum voluit se victorē exhibuit. et expolians principatus et potestates(vt deifer inquit Paulus) exemplū ignominie fecit illos in fiducia. nec iniuria. nā qui peccatū nō fecerat:solus erat iter mortuos liber/libertate sua et authoritate vsus quādo illi placitū fuit. et nō vt ceteri qui patiuntur:non quia volunt/quantū volunt/et vt volunt/et qui spe in doloribus decidunt et destituūtur. ipse autē nūq̄ spe vllatenus excidit:sicut scriptū est. ego autem semper sperabo. et ipse quicquid pateretur:nunq̄ a laude cessauit. et adijcīā inquit super omnē laudē tuā. et paulo infra dicit. quātas ostendisti michi tribulationes multas et malas/et cōuersus vinificasti me:et de abyssis terre iterū reduxisti me. Sed hic patiēdi modus q̄q̄s apud inferos fuerit/& apud quoscūq; fuerit:eq̄ nos latet vt beatorū delectādi mod⁹. At hic forsitā q̄spiā dicet:absit hoc a Christo/vt quicq̄ apud inferos passus sit/vllaue deifice ei⁹ anime iflicta sit afflictio. nā et ei⁹ verba pene nouissima fuere:consumatū est. consumata igit̄ erāt omnia de eo. At respōdebit forte quispiā. pene corporales omnes/consumate erant/finēq; habebant:sed nondū descenderat ad inferos/nōdum resurrexerat/nondū ad celos ascenderat/et nondū aliū paracletū miserat supra discipulos:que

nichilominus saluti nostre necessaria relinquebantur implenda. Et insuper fuerunt qui contumeliã crucis de deifico eius corpore negauerũt:quasi rem indignã Christo/ deoq; & dei verbo. sed id dũtaxat iis visum est:qui virtutẽ crucis/ & eius sacramentũ non agnouerunt/ & qui post suũ sensum ambulantes euanuerũt in cogitationibus suis.eque illis forte timendũ/ne post suos sensus ambulent: qui Christo dño ad inferos descendenti/terrores/cruciatus/gemitus/ & penas tenebrosi lacus aspectanti/omnes animi molestias tollunt.nam prophetias/que ipsum terrefactũ/ conturbatum & afflictum sonare vel expresse videntur:suo sensu ad aliena torquere periculosum est. & tantũdẽ timere debet qui eiusmodi est:ne Christus dñs ea sententia qua & petrũ/eũ feriat & arguat dicens. vade post me sathana/ scandalũ es michi: quia non sapis que dei sunt/sed ea que hominũ. iudicia profecto dei & eorũ modus/sunt nobis abscondita: nisi quantũ per se aut suos dignatur aperire. Christum dominũ passum/crucifixum/mortuum/ descendisse ad inferos/resurrexisse a mortuis/ ad celos ascendisse/ ex euangelio didicimus: cetera etiã que in euangelio expressa non sunt/ex prophetis sunt accipienda. At si ita est q̃ Christus dominus non solũ pro nobis temporalem mortem/ sed & mortis secunde(quã noxio fructus morsu primus parẽs incurrerat)dolores & terrores sustinere voluerit/vt nos a doloribus illis & terrifico illo sensu liberaret/& immortalitati etiã secundũ corpus i fine restitueret/si ipse qui solus liber erat/se pro seruo secreta dispensatione vt captiuum exhibuit/ vt qui iuste teneri nõ potuit eum liberaret qui iuste detinebatur/ & tyrannus ius detinendi perderet/qui iniuste detinere voluit indetentibilẽ/si inquã hec ita iusticie diuine prouisione fieri oportuit:q̃ miseros nos reputare debemus/q̃ ingratos/q̃ merite mulcte reos/pro quibus oportuit tot/tãtaq; innocentẽ Christũ pati/vt nos nocentes & mortuos viuificaret? Que dicta sint: non quia ista ex me asserere velim.sed vt alij/prophetarũ sensa profundius exquirant:aut potius a deo(quod satius est)eorum intelligentiã postulent.Nam eam solã quã spiritus sanctus intendit/quecũq; ea sit:asserere & credere volo illam solã amplector/illi soli adhereo. Attamen inferorũ & mortis contritori/ victori/spoliatori/& magnifico triumphatori/viuificatori nostro:honor/decus/gratiarũ actio/ gloria potestas & imperiũ/per imensa seculorũ secula. Amen. ¶Tertiodecimo versu.infirmata est in paupertate virtus mea:ex hebreo infirmata est in iniquitate fortitudo mea.quod intelligendũ est:non de sua qui peccatũ nõ fecit/nec est inuentus dolus in ore eius/sed humani generis quã sua morte innocens agnus piauit.de quo Esaias ait.& posuit dñs in eo iniquitatẽ omniũ nostrum:oblatus est quia ipse voluit/& non aperuit os suum. ¶Quintodecimo versu.qui videbant me/ foras fugerunt a me.rectius foris vt iungatur cũ videbant/nõ cũ fugerunt:ex tralatione romana vbi & foris habetur.& ex hebreo:vnde legimus qui videbant me in plateis/fugiebant me.vbi id in plateis:manifestum est cum videbant non cum fugiebant debere cõnecti.& adhuc rectius ex vtraq; tralatione & ex sermonis proprietate:legeremus in versu nostro fugiebant q̃ fugerũt/& etiã ex greco εφυγον. ¶Vicesimoprimo versu.erubescant ipij & deducantur in infernũ:muta fiant labia dolosa.hoc pressignatiue/non imprecatiue aut optatiue intelligi volunt.quare vt id intelligeretur:commodius forte legeremus per indicatiuũ.erubescent impij & deducentur in infernũ:muta fient labia dolosa.sic eni dñs cũ fleuit super hierusalẽ dicebat.veniẽt dies in te:& circũdabunt te inimici tui vallo.& circũdabunt te & coangustabũt te vndiq;:& ad terrã prosternent te/& filios tuos qui in te sunt.& non relinquent in te lapidẽ super lapidẽ:eo q̃ non cognoueris tempus visitationis tue.nõ dixit veniãt inimici tui circũdent te/coangustẽt te vndiq;/prosternant te & filios tuos & eiusmodi:sed venient/ circũdabunt/coangustabũt/prosternẽt. Et quo modo etiã imprecaretur/aut optaret eis mala:qui p illis orat? & pro trãsgressoribus (inquit Esaias) rogauit.& qui docuit nos/pro iis orare qui persequũtur & calũniantur nos. Et ferme psalmus 108 maxima pro parte ita legendus esset: vt prophetia non imprecatio videretur.in bonis eni optatio locũ habet: optare autẽ aut iprecari mala/perfectio euangelica vetat/que est adimpletio & consumatio legis.predicere autẽ aut annũciare non vetat.Sic dñs noster scribis & pharisеis & iudeis ve vobis inquit scribe & pharisei/ve homini illi nõ imprecans/non optans:sed miseriã illorũ illis aperiens/quo magis resipiscerent/et veniam merearentur. ¶Vicesimoseptimo versu.vbi dicimus in ciuitate munita: tralatio romana habet in ciuitate circũstantie.quod euenit quia interpres vocabulũ περιοχης quod hoc i loco habetur vertit circunstantie:quod munitionem potius significat.quare magis vertendũ erat munitionis q̃ circũstantie:quam περιστασιν dicunt.

Ipsi dc̃ itellect⁹. XXXI

1 Beati quorum remisse sunt iniquitates: &

Intellect⁹ dc̃. XXXI.

Beati quorũ remisse sunt iniquitates: &

Dc̃ cruditio. XXXII.

Beat⁹ cui dimissa est iniquitas:& abscon-

GALL.	ROM.	HEB.
quorũ tecta ſũt peccata.	quorũ tecta ſũt peccata.	ditum eſt peccatum.
2 Beatus vir cui nõ imputauit dominus peccatũ: nec eſt in ſpũ eius dolus.	Beatus vir cui nõ imputauit dominus peccatũ: nec eſt in ore eius dolus.	Beatus homo cui nõ imputauit dñs iniquitatẽ: nec eſt in ſpiritu eiꝰ dolꝰ.
3 Quoniam tacui inueterauerunt oſſa mea: dum clamarem tota die.	Quoniam tacui inueterauerũt omnia oſſa mea: dum clamarem tota die.	Quia tacui attrita ſũt oſſa mea: in rugitu meo tota die.
4 Qm̃ die ac nocte grauata eſt ſup me manꝰ tua: cõuerſus ſum in ærumna mea dum configit ſpina.	Qm̃ die ac nocte grauata eſt ſuper me manꝰ tua: cõuerſus ſũ in ærumnam dum confringitur ſpina.	Die enĩ & nocte grauat ſup me manꝰ tua: verſatꝰ ſũ i miſeria mea cũ exardeſceret meſſis iugiter.
5 Delictum meum cognitum tibi fęci: & iniuſtitiam meam non abſcondi.	Delictum meum cognitum tibi fęci: & iuſtitias meas non operui.	Peccatum meum notũ facio tibi: & iniquitatem meã non abſcondo.
6 Dixi cõfitębor aduerſũ me iniuſtitiã meã dño: & tu remiſiſti impietatẽ peccati mei. Sẽper.	Dixi ꝓnũciabo aduerſꝰ me iuſtitias meas dño: & tu remiſiſti impietatẽ cordis mei. Dp̃.	Dixi confitębor ſcelus meum domino: & tu dimiſiſti iniquitatem peccati mei. Sela.
7 Pro hac orabit ad te oĩs ſanctꝰ: in tp̃e oportuno.	Pro hac orabit ad te oĩs ſanctꝰ in tp̃e oportuno: verũtamẽ in diluuio aq̃rum multarum ad eum non approximabũt.	Pro hac orat omnis miſericors ad te/tempus inueniens: vt cum inundauerit aque multe/ad illũ non accedant.
8 Veruntamen in diluuio aquarum multarũ: ad eũ non approximabũt.		
9 Tu es refugiũ meũ a tribulatione quę circũdedit me: exultatio mea ęruame a circũdãtibꝰ me. Sẽp	Tu es michi refugium a p̃ſſura q̃ circũdedit me: exultatio mea redimeme a circũdantibus me. Dp̃.	Tu es protectio mea/ab hoſte cuſtodies me: laus mea ſaluans circundabis me. Sela.
10 Intellectum tibi dabo & inſtruam te in via qua gradięris: firmabo ſuper te oculos meos.	Intellectum dabo tibi & inſtruã te in via hac qua ingredięris: firmabo ſuper te oculos meos.	Docebo te & mõſtrabo tibi viam per quam ambules: cogitabo de te oculo meo.
11 Nolite fieri ſicut equus & mulus: quibus non eſt intellectus.	Nolite fieri ſicut equus & mulus: quibus non eſt intellectus.	Nolite fieri ſicut equus & mulus: quibus non eſt intelligentia.
12 In camo & frẽno maxillas eorum cõſtringe: qui non approximant ad te.	In frẽno & camo maxillas eorũ conſtringes: qui non approximant ad te.	In camo & frẽno maxillas eorum cõſtringe: qui non accędunt ad te.
13 Multa flagella peccatoris: ſpęrantem autem in domino miſericordia circundabit.	Multa flagella peccatorum: ſpęrantes autem in domino miſericordia circundabit.	Multi dolores impij: cõfidentem autem i domino miſericordia circũdabit.

GALL.	ROM.	HEB.
14 Lętamini in domino & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.	Lętamini in domino & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.	Lętamini in domino & exultate iusti: & laudate omnes recti corde.

TITVLVS. Eruditio Dauid. eruditio Dauid: instructio pro penitentibus/in spiritu monstrata Dauid. propheta loquitu. in persona penitentis.

1 EXPOSITIO CONTINVA. B eati quorũ remisse sunt iniquitates: & quorũ tecta sunt peccata.
beati/procul a miseria dãnationisq; periculo/quibus deus transgressiones legis dimisit: & beati qui-
2 bus abscondita & deleta sunt delicta. B eatus vir cui nõ imputauit dñs peccatum: nec est in spiritu
eius dolus. securus est a miseria & periculo mortis secũde/cui (& si peccauit) dñs quod peccauit nõ
imputauit/quia dolorem cordis/& oris confessio. nem pro satisfactione (que sua est in nos benigni-
tas) deus suscepit: & beatus ille cui nulla fraus expiationis peccati in anima eius inuenta est/sed
vere quod peccauerit doluit/& qui se ore & animo accusauit/reumq; agnouit. Hactenus propheta
3 de beatis. nunc peccatorũ personã agit: qui tamẽ dei misericordia ad vitã sunt respiraturi. Q uoni-
am tacui inueterauerũt ossa mea: dũ clamarẽ tota die. quoniã peccata mea nec dimissa nec abscõ-
dita/nec que nõ imputat dñs quia silui/quia non me corde & ore accusaui in simplicitate spiritus/
omnes vires mee elanguerunt/omnes inordinate sunt/miser adeo factus sum: vt pre afflictione mẽ
4 tis saucie/rugirẽ absq; cessatione. Q uoniã die ac nocte grauata est super me manus tua: cõuersus
sum in erumna mea dum configitur spina. quoniã timor vindicte tue super me grauis factus est: dũ
5 pungit/dum mordet/dũ stimulat me conscientia mea. D elictũ meũ cognitũ tibi feci: & iniustitiam
meã non abscondi. dum sic rugio/dum impatientia misere vite mee superatus eiulo corde/pecca-
tum meũ tibi nudaui: & transgressionẽ in te factam non amplius celaui/non amplius dissimulaui.
6 D ixi confitebor aduersũ me iniustitiã meã dño: & tu remisisti impietatẽ peccati mei. intra meipsũ
cogitaui dicens/corde & ore sine dolo meipsũ iniustitie mee accusabo corã dño/cõtra meipsũ ero:
7 & tu clemẽtissime deus/preueniẽs dimisisti in te piaculi mei male contractã offensã. P ro hac ora-
bit ad te omnis sanctus: in tẽpore oportuno. pro remissione peccati intercedet ad te omnis sanctus/
misericordie & clemẽtie tue imitator: dũ occasionẽ dabit peccator atterẽdo/gemendo/& sine fictio-
8 ne corde & ore se accusando. V erũtamen in diluuio aquarũ multarũ: ad eũ non approximabunt.
attamen sancti & misericordes dei ad eũ pro dimissione impietatis peccatoris tũc supplices non
adibunt: cũ inundatione peccatorũ multorũ peccator obruitur/sed cũ emergere nititur/& malũ suũ
agnoscit/& deo denudat/& cũ iã aperte & sine dolo iniustitiã suã confitetur. tunc eni tẽpus oportu
9 num/tunc deus inuenitur/tunc acceditur ad eũ. T u es refugiũ meum a tribulatione que circũdedit
me: exultatio mea erue me a circũdantibus me. tu deus qui michi offensã i te donasti/relaxasti/remi-
sisti/es confugiũ meũ a miseria que me circũuallauit: & tu in quo ex tristitia & merore confecti spiri-
tus letitiã & consolationẽ sũ assecutus/eripe me ne recidã in peccatũ/eripe inquã a turba hostium
10 circũeũtiũ me. I ntellectũ tibi dabo & instruã te in via hac qua gradiẽris: firmabo super te oculos
meos. audit ꝓpheta in spiritu responsũ dei ad petitionẽ peccatoris (iã dimisso dei misseratione pec-
cato) per gratiã innouati/& magnũ auxiliũ quod pollicetur benignissimus deus respirantibus ad vi-
tam/& q̃ magna circa nos dei cura & benignitas. & sequẽtia sunt dei verba. infundã/indulgebo tibi
a modo purã agnitionẽ boni a malo/per quam liberari possis ab hostibus/et ne recidas docebo te
qua via sis incessurus/dabo tibi precepta que tibi sint pro via: te iugiter aspiciam/tibi iugis assiste-
11 prouidẽtia mea ne ruas in iniustitie miseriã/& beatitudinem perdas recuperatam. N olite fieri sicut
equus & mulus: quibus non est intellectus. o homines quos agnitione boni/maliq; donaui/nolite as
similari pecudibus nõ ratione sed perturbationũ impetu ad omnes illecebras ruẽtibus: quibus non
12 inest bonorũ malorũq; discretio/et quas intelligentia non sum dignatus. I n camo & freno maxil-
las eorum constringe: qui non approximant ad te. verba prophete. in capistro/lupatis & frenis &
duro seruitutis iugo o deus totius boni venieq; largitor/preme/vinci & coerce eos qui vt bruta vi-
uunt: & ad te/secundũ rationẽ et intellectũ (que illis indulsisti) viuentes nõ accedũt. M ulta flagella
13 peccatoris: sperantẽ autẽ in dño misericordia circũdabit. audit deũ respondentẽ/non solũ dura ser-
uitus premet peccatorẽ qui viuens assimilatus est pecudi/mentis rationisq; experti/sed eũ supplicia
manent eterna: et cõtra/eũ qui intelligentiã secutus/fiduciam totius boni in deo collocat/miseratio
mea in vita eterna coronabit. L etamini in dño et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde.
14 hic versus et deo et prophete cõmunis esse potest. O iusti et expiati a peccato veniaq; dignati/leti-
tia et exultatio vestra sit i dño/& nõ more rationis expertiũ in rebus caducis: et O vos vniuersi qui
rectã habetis animã/et non ad deuia peccatorũ incuruã/gloria et iocunditas vestra sit in dño.

GALL. ROM. HEB.

ADVERTE Primariã huius psalmi intelligentiã apprehensu difficilẽ. quo factũ est vt paulo plus q̃ in ceteris ad aperiendũ sensum fuerit imorandũ. ¶ Primo versu. beati quorũ remisse sunt iniquitates. quod pluraliter hic dicitur: ex hebreo singulare respõdet/beatus cui dimissa est iniquitas. & Paulus ad Romanos interpretatione septuaginta est vsus: dicens. & dauid dicit beatitudinẽ hominis cui deus accepto fert iustitiã sine operib⁹: quod secundũ versũ respicit. & subnectit duos primos versus pphete. Quid enĩ fecit quis/in miseria constitutus flens & eiulans/alicuius opem requirens: vt hic eum eximat ab illa necessitate/de quo nunq̃ est bene meritus: si eximit: sola gratia eximẽtis est & misericordia/non lachrimantis/non poscentis opem meritũ/nõ opera. ita et cum deus postulãtem opem et errata sua confitentẽ: iustificat impiũ. hec est sanctissimi Pauli viuifica sentẽtia. ¶ Vltime particule quarti versus dũ configitur spina: ex hebreo respondet/cum exardesceret messis fugiter. quod ad hanc trahitur intelligentiã. manus dñi die ac nocte/vltionis/dãnationisq; metu grauis facta est super me: dum peccata mea ad maturitatẽ venissent eternis incendijs parata/et me iam continuo exurentia. ¶ Vltime item particule noni versus/erue me a circundantibus me: respondet ex hebreo/saluans circũdabis me. vbi circũdatio: non ad hostes et nequitias insidiantes peccantibus/sed ad deũ spectat. quare si nostra/tralationi hebraice conciliãda foret/dicẽdum esset: erue me circundans me. vtrobiq; tamen intelligentia bona.

In finẽ ps dd'. XXXII.

1 EXultate iusti in dño: rectos decet laudatio

2 Confitemini domino in cithara: in psalterio decẽ chordarũ psallite illi.

3 Cantate ei canticum nouum: bñ psallite ei in vociferatione.

4 Quia rectũ est verbum domini: & omnia opera eius in fide.

5 Diligit misericordiam & iudiciũ: misericordia domini plena est terra.

6 Verbo domini cęli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorũ.

7 Congregans sicut ĩ vtre aquas maris: ponens in thesauris abyssos.

8 Timeat dominũ omnis terra: ab eo autem cõmoueantur omnes inhabitãtes orbem.

9 Quoniã ipse dixit & facta sunt: ipse mãdauit & creata sunt.

In finẽ ps dd'. XXXII.

GAudęte iusti ĩ dño: rectos decet collaudatio.

Confitęmini domino in cithara: in psalterio decẽ chordarũ psallite ei.

Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in iubilatione.

Quia rect⁹ est sermo domini: & omnia opera ei⁹ in fide.

Diligit misericordiam & iudiciũ/misericordia domini plęna est terra: verbo dñi cęli firmati sunt/ & spiritu oris ei⁹ omnis virtus eorum.

Congregãs sicut in vtre aquas maris: ponens in thesauris abyssos.

Timeat dñm omnis terra: ab ipso autem cõmoueãtur vniuersi/& qui habitant orbem.

Quoniã ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt.

XXXIII.

LAudate iusti domínũ: rectos decet laudatio.

Confitęmini domino in cithara: in psalterio decachordo cãtate ei.

Cantate ei canticum nouum: diligenter psallite in iubilo.

Quam rectum est verbũ domini: & omne opus in fide.

Diligit iustitiam & iudicium: misericordia domíni plęna est terra.

Verbo domini cęli firmati sunt: & spiritu oris ei⁹ omnis ornatus eorum.

Congregans quasi i vtre aquas maris: ponens in thesauris abyssos.

Timeat dominũ omnis terra: ipsũ formident vniuersi habitatores orbis.

Quia ipse mandauit & factus est: ipso prȩcipiente stetit.

10 Dominus dissipat con-
silia gentiū reprobat au-
tem cogitationes popu-
lorum: & reprobat consi-
lia principum.

11 Consilium autem domi
ni in ęternū manet: cogita-
tiones cordis eius in gene-
ratione & generationē.

12 Beata gens cuius est do-
minus deus eius: popu-
lus quem ęlęgit in hęrędi
tatem sibi.

13 De cęlo respexit domi-
nus: vidit ōnes filios ho-
minum.

14 De prępărato habitacū-
lo suo: respexit super oēs
qui habitant terrā.

15 Qui finxit singillatī cor-
da eorū: qui intelligit oia
opera eorum.

16 Non saluatur rex p mul
tam virtutē: & gigas non
saluabitur in multitudi-
ne virtutis sue.

17 Fallax equus ad salutē:
in abundantia autem vir-
tutis sue non saluabitur.

18 Ecce oculi dñi sup metu
entes eū: & in eis qui spę
rant sup misericordia ei⁹

19 Vt ęruat a morte aias eo
rum: & alat eos in fame.

20 Anima nostra sustinet
dominum: quoniam ad-
iutor et protector nr̄ est.

21 Quia in eo lętabitur cor
nostrum: & in nomine sā
cto eius spęrauimus.

22 Fiat misericordia tua do

Dominus dissipat consi-
lia gētium: reprobat au-
tem cogitationes popu-
lorum: & reprobat consi-
lia principum.

Consilium vero domini
manet in ęternum: cogi-
tationes cordis eius in sę-
culum sęculi.

Beata gens cuius est do-
minus deus eorū: popu-
lus quem ęlęgit dominus
in hęręditatem sibi.

De cęlo prospexit domi-
nus: & vidit omnes filios
hominum.

De prępărato habitacu-
lo suo: respexit super oēs
qui habitant orbem.

Qui finxit singillatī cor-
da eorum: qui intelligit
omnia opera eorū.

Non saluabitur rex per
multā virtutē suā: nec gi-
gas saluus erit in multitu
dine fortitudinis sue.

Falsus equus ad salutē:
in abūdantia autem vir-
tutis sue non erit saluus.

Ecce oculi domini super
timentes eum: spęrantes
autē i misericordia eius.

Vt ęripiat a morte aias
eorum: & alat eos i fame.

Anima autem nostra su
stinet dominus: quoni-
am adiutor & protector
noster est: & in ipso lęta-
bitur cor nostrum: & in
noīe sācto ei⁹ spęrabim⁹.

Fiat domie misericordia

Dominus dissoluit con-
silium gentium: irritas fę
cit cogitationes pplorū.

Consiliū autē domini in
ęternum stabit: cogitatio
nes cordis eius in genera
tione et generatione.

Beata gens cuius domi-
nus deus ei⁹: popul⁹ quē
ęlęgit in hęręditatem sibi

De cęlo respexit domi-
nus: vidit oēs filios adam

De firmissimo solio suo:
prospexit vniuersos habi
tatores terre.

Fingēs pariter cor eorū:
intelligens omnia opera
eorū.

Non saluabit rex in mul
titudine exercit⁹: nec for-
tis liberabitur in multitu
dine virtutis.

Fallax equus ad salutē:
& in multitudine roboris
sui non saluabit.

Ecce oculus domini sup
timentes eū: & expectan
tes misericordiam eius.

Vt ęruat de morte aias
eorum: & viuificet eos in
fame.

Anima nostra expecta-
uit dominū: auxiliū no-
strum et clypeus nr̄ est.

In ipso eni lętabitur cor
nostrum: quia i nomine
sancto eius spęrauimus.

Sit misericordia tua do-

GALL.	ROM.	HEB.
mine ſuper nos: quem admodũ ſpęrauim⁹ i te.	tua ſuper nos: ſicut ſpęramus in te.	mine ſuper nos: ſicut expectauimus in te.

TITVLVS nullus. Pſalmus inſtructorius de diuinitatis arcanis. Propheta in ſpiritu loquitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Exultate iuſti in dño: rectos decet collaudatio. Confitemini dño i citthara: in pſalterio decẽ chordarũ pſallite illi. canite laudes dño i trigona melodia / i trine beatitudinis cõfeſſione: dicite ei laudes in decẽ ꝑceptorũ decalogi obſeruatione. Cãtate ei cãticũ nouũ: bene pſallite ei in vociferatione. pſallite ei carmẽ noui teſtamẽti: prudẽter hymnos eius cõcinite in vocis recrepatione. Quia rectũ eſt verbũ dñi: & oia opera eius in fide. pſallite carmẽ nouũ / pſallite prudenter cũ vocis modulatione / quia filius dei cui⁹ nouũ carmẽ canẽdũ rectus & iuſtus eſt: et vniuerſa facta eius fidelia. Diligit miſericordiã & iudiciũ: miſericordia dñi plena eſt terra. verbũ dñi / filius eterni patris amator eſt miſericordie & iudicij: miſericordia verbi dñi / miſeratio filij dei oppleuit terrã. Verbo dñi celi firmati ſũt: & ſpiritu oris eius oĩs virtus eorũ. filio eterni patris celeſtia ſtabilita & cõdita ſunt: & ſpiritu ſancto q ab ore dei ineffabiliter ꝓcedit / oĩs fortitudo / decor / ornatuſq; eorũ. Cõgregãs ſicut in vtre aquas maris: ponẽs in theſauris abyſſos. verbũ dei colligit i vnitate eccleſie quaſi i vaſe populos orbis: & reponit in arcanis ſuis inſcrutabilia ſapiẽtie ſue. Timeat dñm oĩs terra: ab eo autẽ cõmoueãt oẽs inhabitãtes orbẽ. oĩs orbis accola eternũ patrẽ vereaꝫ: oẽs accole terre timore ei⁹ quatianꝫ. & id precedentẽ explicat particulã. Quõ ipſe dixit & facta ſũt: ipſe mãdauit & creata ſũt. oẽs terre habitatores ad nutũ ei⁹ moueãꝫ / qa ipſe celeſtis pr̃ dixit & verbo ſuo cõdita ſunt vniuerſa: ipſe iuſſit & iuſſione ſua cũcta ſũt ad ortũ deducta. Dñs diſſipat cõſilia gẽtiũ: reprobat autẽ cogitationes populorũ & reprobat cõſilia principũ. pater celeſtis diſſoluit & irrita facit cõſilia generationũ: dñs fruſtrat cogitatus & cõceptiones hominũ / & dñs fruſtrat / irritaq; facit cõſilia regũ ac magnatũ. Cõſilũ autẽ dñi in eternũ manet: cogitationes cordis eius i generatione & generationẽ. cõſilũ dñi / verbũ dñi nõ tale eſt / nõ diſſipaꝫ / nõ diſſoluiꝫ / nõ diſperit / nõ fit irritũ / ſed in eternũ manet genitori coeternũ: & pfinitiones mẽtis diuine in ſucceſſione & ſucceſſione / tota manẽt eternitate. Beata gẽs cuius eſt dñs deus eius: popul⁹ quẽ elegit in hereditatẽ ſibi. hereditatis eterne ſecura ea generatio q̃ celeſtẽ patrẽ / conſiliũ eternũ & pfinitiones eternas / verbũ & ſpiritũ ſanctũ habentẽ / deũ ſuũ agnoſcit: beat⁹ populus quẽ celeſtis pater eternus pdiſſiniuit / preordinauit / predeſtinauit ſibi / in poſſeſſione ſua. & hic / a verbo dei redẽpti gaudeãt fideles: quia ex cõfeſſione & fide patris / filij & ſpiritus ſãcti / dei ſui / triſagie beatitudinis / beatus eſſe et eterne vite ſecurus declaraꝫ. De celo reſpexit dñs: vidit oẽs filios hoim. de celeſti throno ſuo ſubter aſpexit deus: et vniuerſos hoies cõtuitus eſt. De ꝑparato habitaculo ſuo reſpexit ſup oẽs: qui habitãt terrã. hic verſus precedentẽ explicat / eundẽq; pfert ſenſũ. Qui finxit ſingillari corda eorũ: qui itelligit oia opera eorũ. qui particulari cuiq; eorũ animã plaſmauit et infudit: quẽ nichil eorũ que fecerint latere poteſt. Non ſaluatur rex p multã virtutẽ: et gigas nõ ſaluabitur in multitudine virtutis ſue. nõ eterne vite beatitudinẽ adipiſcitur vir in regia dignitate cõſtitutus per multiplicẽ diuitiarũ et bellatorũ potentiã: et athleta vir ceteris viribus impar et excellẽs nõ beatitudinẽ illã cõſequetur / nec a miſeria mortiſq; ſecũde periculo eximeꝫ i multiplici fortitudine et robore ſuo. Fallax equus ad ſalutẽ: in abundãtia autẽ virtutis ſue nõ ſaluabitur. terrena potẽtia fallax et deceptoria eſt ad ſaluandũ / ad beatitudinẽ hereditatis eterne conſequendã: terrena potẽtia quãtũcunq; multiplicetur et abũdet / nos eterna beatitudine nõ donabit. Ecce oculi dñi ſup metuẽtes eũ: et in eis qui ſperãt ſup miſericordia ei⁹. ecce aſpectus benignitatis dei de throno ſuo celeſti cõtuẽtis ſup oẽs habitatores orbis / intẽtus eſt ſup timentes eũ: et confidẽtes in miſericordia eius ſaluari beatitudineq; eterna donari / nõ in multiplici authoritatis eminẽtia / nõ in virtũ fortitudine / nõ in terrenorũ potẽtia. Vt eruat a morte aĩas eorũ: et alat eos in fame. intẽti ſunt oia vidẽtes oculi dñi ſup metuẽtes eũ et ſperãtes in eo / vt eripiat aĩas eorũ ab eterne mortis ſupplicio: et paſcat eos fide et ſui cognitione ſpirituali i ſterilitate hui⁹ mortalis vite. Aia noſtra ſuſtinet dñm: qñ adiutor et ꝓtector noſter eſt. ꝓpheta in ꝑſona fideliũ. mens noſtra pſtolaꝫ / expectat dñi auxiliũ qui p ſuã ſolã miſericordiã et gratiã ſaluat / beatitudineq; donat: qñ adiuuat nos ad ſalutẽ beatitudinemq; conſequendã / et protegit nos ne in miſeriã ruamus / mortẽq; ſecundam. Quia in eo letabitur cornu noſtrũ: et in nomine ſancto eius ſperauimus. anima noſtra ſuſtinet et expectat dominũ / quia in eo ſolaciũ ſuũ cõſequetur aia noſtra: et in verbo ſãcto ei⁹ confidimus. Fiat miſericordia tua dñe ſuper nos: quẽadmodũ ſperauimus i te. detur nobis celeſtis proſpector miſericordia tua / ſupnus fauor & gratia: quẽadmodũ fiduciã noſtrã habuimus in te / ꝑ tuam ſcilicet gratiam & miſericordiam / neq; ob aliud quicq̃ nos ſaluari / donariq; beatitudine.

ADVERTE Primo versu. exultate iusti in dño: ex hebreo laudate iusti dñm. quod quadrat ad cõsequentiã/rectos decet collaudatio. ¶ Decimo versu. vltima particula & reprobat cõsilia principũ: ex hebreo nõ habetur/sed sub prima particula cõprehenditur. ¶ Vndecimo versu. in generatione & generationẽ: lege copulationis aptius in generatione & generatione/vt vtrũq; eodẽ casu reperiatur. sic enim grece εισ γενεαν και γενεαν. vbi vtrunq; accusatiuus est. ¶ Quintodecimo versu. qui finxit singillatim corda eorũ: ex hebreo fingẽs pariter cor eorũ. vbi quod septuaginta dixerunt καταμοναc id est singulatim/singulariter/seorsũ/solitarie: Hieronymus posuit pariter. quod eue nisse putant: ob homonymiã vocabuli hebraici illic positi. & arbitrant septuaginta rectiore vsos significatione. ex illo eni Hieronymi quispiã post αμομον Abenrust lapsus: altercari posset omniũ hominũ eandẽ mẽtẽ/vnicãq; animã esse. Et alius ex fabulamentis origenistarũ & nonnullorũ hebreorũ deprauatus: contẽdere oẽs aias simul a principio cõcreatas/& i corpora postmodũ delabi. qui vterq; error tã pernicios q̃ iptus. sed vt septuaginta reliquere/aias singulatim & solitarie creatas: nichil fulcimẽti affert huiusmodi distorte concipientibus/& amẽter abutentibus mẽte. quinpotius eorũ extricat errores & euertit. & aiaduerte quod dicit singillatim: idẽ esse qd' singulatim. & vtrũq; a singulo deriuatũ. quod eni a signo sigillũ & sigillati dicitur: aliã habet intelligentiã/huic loco minime accõmodandã. ¶ Septimodecimo versu. in abundãtia autẽ virtutis sue non saluabitur: ex hebreo/& in multitudine roboris sui non saluabit. vbi id saluabit: rem subiectã/equũ respicit. vt intelligatur: & equus nõ saluabit/nõ beatum efficiet. & absurdum sane est dicere: & equus non saluabitur. quod ex precedente particula intelligere oporteret: nisi violentum aliunde emendicaremus subiectum. nichil eni ,ppheta dignũ: vt dicat equos beatitudinis incapaces/quod nullus etiã vel obtusissimus vnq̃ negauit philosophorum. rectius igitur stat: vt psallamus fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis sue non saluabit.

¶ Dauid cum imutauit vultum suũ corã Abimelech/& dimisit eũ & abijt

XXXIII.

1 BEnedicam dominũ in omni tẽpore: semper laus eius in ore meo.
2 In dño laudabitur anima mea: audiant mansuęti & lętentur.
3 Magnificate dñm męcũ: & exaltęmus nomen eiꝰ in idipsum.
4 Exqsiui dñm & exaudiuit me: & ex oibꝰ tribulationibꝰ meis ęripuit me.
5 Accędite ad eum & illuminamini: et facies vestre non confundentur.
6 Iste pauper clamauit/& dominus exaudiuit eũ: & de omnibꝰ tribulationibus eius saluauit eum.
7 Immittet angelus dñi in circuitu timentium eum & ęripiet eos.

¶ Psalmus Dauid cum mutauit vultum suũ corã Abimelech/& dimisit eũ & abijt.

XXXIII.

BEnedicã dominũ in omni tempore: semper laus eius in ore meo.
In domino laudabit aia mea: audiãt mansuęti & lętentur.
Magnificate dñm męcũ: et exaltęmus nomẽ eius in inuicem.
Inqsiui dñm & exaudiuit me: et ex oibꝰ tribulationibꝰ meis ęripuit me.
Accędite ad eũ & illuminamini: et vultꝰ vestri nõ ęrubescent.
Iste pauper clamauit et dominꝰ exaudiuit eum: et ex ōnibus tribulationibus eius liberauit eum.
Immittet angelus domini in circuitu timentium eum: et ęripiet eos.

¶ Dauid quando cõmutauit os suũ corã Abimelech/& eięcit eũ et abijt.

XXXIIII. Aleph.

BEnedicã dño in omni tẽpore: sẽper laus eius in ore meo. Beth.
In domino laudabit aia mea: audiãt mansuęti et lętentur. Gimel.
Magnificate dñm męcũ: et exaltęmus nomen eius pariter. Daleth.
Quęsiui dñm et exaudiuit me: et de oibꝰ ãgustijs meis liberauit me. He.
Respicite ad eũ et cõfluite: et vultus vestri nõ confundentur. Vau.
Hic pauper clamauit et dñs exaudiuit: et de oibꝰ tribulationibus saluabit eum. Zai.
Circundat angelus dñi in gyro timentes eum: et ęruet eos. Heth.

GALL.	ROM.	HEB.
8 Guſtate & vidęte quoni am ſuauis eſt dominus: beat9 vir qui ſpęrat in eo.	Guſtate & vidęte quoni am ſuauis eſt dominus: beat9 vir qui ſpęrat in eo.	Guſtate & vidęte quoni am bon9 domin9: beat9 vir qui ſpęrat ī eo. Teth.
9 Timęte dominū omnes ſancti eius: quoniam nō eſt inopia timentibus eū.	Timęte dominū omnes ſancti eius: quoniam ni chil dęeſt timentibus eū.	Timęte dn̄m ſancti ei9: quoniā non eſt inopia ti mentibus eum. Ioth.
10 Diuites eguęrunt & ęſu riętū: inqrētes autē dn̄m nō minuent omni bono	Diuites eguęrunt & ęſu riętū: inquirētes autem dn̄m nō dęficiēt oi bono	Leones idiguęrūt & ęſu riętū: q̄rētib9 autē dn̄m nō dęerit oē bonū. Caph
11 Venite filij audite me: ti morem domini docębo vos.	Venite filij audite me: ti morem domini docębo vos.	Venite filij audite me: ti morem domini docębo vos. Lamech.
12 Quis eſt homo qui vult vitam: diligit dies vidęre bonos?	Quis eſt homo qui vult vitam: & cupit vidęre di es bonos?	Quis eſt vir qui velit vi tam: diligens dies vidęre bonos? Mem.
13 Prohibe linguā tuam a malo: & labia tua ne lo quantur dolum.	Prohibe linguam tuam a malo: & labia tua ne lo quantur dolum.	Cuſtodi linguam tuā a malo: & labia tua ne lo quantur dolum. Nun.
14 Diuerte a malo & fac bo num: inquire pacē et per ſequere eā.	Diuerte a malo & fac bo num: inquire pacem & ſe quere eam.	Recędе a malo & fac bo num: quęre pacē & perſe quere eam. Samech.
15 Oculi domini ſuper iu ſtos: & aures eius in pre ces eorum.	Oculi domini ſuper iu ſtos: & aures eius ad pre ces eorum.	Oculi domini ad iuſtos: & aures eius ad clamorē eorum. Ain.
16 Vultus autē domini ſup facientes mala: vt perdat de terra memoriā eorū.	Vultus autē domini ſup facientes mala: vt perdat de terra memoriā eorū.	Vultus dn̄i ſup faciētes mala: vt perdat de terra memoriam eorum. Fe.
17 Clamauęrūt iuſti & do minus exaudiuit eos: & ex omnib9 tribulationi bus eorum liberauit eos.	Clamauęrūt iuſti & do minus exaudiuit eos: & ex omnib9 tribulationi bus eorum liberauit eos.	Clamauęrūt iuſti & do min9 exaudiuit: & ex oī bus tribulationibus eorū liberauit eos. Sade.
18 Iuxta eſt domin9 ijs qui tribulato ſunt corde: & humiles ſpiritu ſaluabit.	Iuxta eſt domin9 ijs qui tribulato ſunt corde: & humiles ſpiritu ſaluabit.	Iuxta eſt dn̄s cōtritis cor de: & confractos ſpiritu ſaluabit. Cof.
19 Multe tribulationes iu ſtorum: & de omnib9 ijs liberabit eos dominus.	Multe tribulationes iu ſtorum: & de ijs omnib9 liberabit eos dominus.	Multe tribulationes iu ſti: & ex oībus illis libera bit eum dominus. Res.
20 Cuſtodit dominus om nia oſſa eorum: vnum ex ijs non conterętur.	Dominus cuſtodit om nia oſſa eorum: vnum ex ijs non conterętur.	Cuſtodit omnia oſſa ei9: vnum ex eis non cōfrin gętur. Sin.
21 Mors pctōrum peſſima: & qui odęrūt iuſtum dę	Mors peccatoꝝ peſſima eſt: & q odęrūt iuſtū dę	Interficiet impium mali tia: & odiētes iuſtum cul

linquent. Redimet dñs aias seruorũ suorũ: & nõ delinquẽt omnes qui sperant in eo.

linquunt. Redimet dñs aias seruorũ suorũ: & nõ delinquẽt omnes qui sperant i eo.

pabuntur. Tau. Redimet dñs aias seruorũ suorũ: & nõ peccabũt omnes sperantes in eo.

TITVLVS. Ipsi Dauid quãdo cõmutauit os suũ corã Abimelech. Psalmus de Christo dño/quando cõmutauit faciẽ suã/quando diuinitatẽ suã dissimulauit/quando cõtexit/formã pauperis accipiens/ corã Abimelech/in cõspectu iudeorũ/in cõspectu regni patris sui. id enim Abimelech significat. Prophe ta in spiritu inducit Christũ de patre loquentem & suos hortantem.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Benedicã dñm in omni tẽpore: sẽper laus eius in ore meo. gratias agã deo patri meo omnibus diebus vite mee: bonitatẽ eius enarrabo/& iugiter ac indesinẽter ipsũ
2 laudabo. In dño laudabitur aia mea: audiãt mãsueti & letẽtur. in deo patre meo/in obedientia & executione mandatorũ eius/omnis laus & anime mee cõmendatio: hec intelligant mites & simplices
3 corde & exultẽt/animoq; cõsolẽtur. Magnificate dñm mecũ: & exaltem⁹ nomẽ eius in idipsũ. O vos mãsueti & mites corde/exaltate magnis preconiis patrem meum celestẽ extollite mecũ: & magnifi-
4 cemus nomẽ eius simul/extollamus nomẽ eius in vnũ. Exquisiui dñm & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. iuocaui patrẽ meũ & dignatus est me exaudire: & liberauit me
5 ex õnibus angustiis/que oppressẽrũt me. Accedite ad eũ & illuminamini: & facies vestre nõ cõfundẽtur. appropinquate ei fide & iuocatione/& mẽtis illuminationẽ suscipite quia pater luminũ est: &
6 mẽtes vestre ad diuinitatis similitudinẽ efformate/nulla vnq̃ operiẽtur confusione. Iste pauper clamauit & dñs exaudiuit eũ: & de omnibus tribulationibus eius saluauit eũ. de se loquitur dñs. iste pauper qui ad vos loquitur O mites corde & aia benigni/q nõ habebat in terris vbi reclinaret caput suũ inuocauit patrẽ & pater celestis audiuit eũ: & de omnibus ꝓssuris & angustijs eius liberauit eũ/ & ita
7 vos audiet si accesseritis/si clamaueritis ad eũ. Immittet ãgelus dñi in circuitu timẽtiũ eũ: & eripiet eos. vos audiet si iuocaueritis eũ/quia ãgelus eius circũstabit eos qui timẽt eũ ad eos ꝓtegendũ: &
8 de periculis eximet eos. Gustate & videte qm̃ suauis est dñs: beatus vir qui sperat in eo. intimo sẽsu sapite & cõtuemini mẽte/quia totius bonitatis suauitate plenus est pater meus celestis/ dñator celi
9 & terre: felicitatẽ adipiscetur eternam qui cõfidit in eo. Timete dñm omnes sancti eius: qm̃ non est inopia timẽtibus eũ. in timore sancto colite patrẽ meũ vniuersi imaculati ei⁹: qm̃ qui celesti patri pu re seruiũt & ei cultũ in timore exhibẽt/nichil sibi deesse sentiẽt ex omni copia spiritualium/verorũ &
10 eternorũ bonorũ. Diuites eguerũt & esurierũt: inquirẽtes autẽ dñm nõ minuẽtur omni bono. huius seculi locupletes/spiritualibus bonis/animi sufficiẽtia & veris alimonijs caruerũt: ijs vero qui nõ ter-
11 renas opes seculi sed deũ/celestẽq; patrẽ querũt/nullũ vnq̃ deerit bonũ. Venite filij audite me: timorẽ dñi docebo vos. accedite ad me O mãsueti o pacifici/auscultate doctrinã meã/euãgeliũ pacis pe-
12 ctoribus inserite: & quo pacto celestẽ patrem timere debeatis/ego vos edocebo. Quis est homo qui vult vitã: diligit dies videre bonos? quis est homo qui ad vitã cupit igredi beatã: quis est homo qui
13 cupit bona cognoscere in dierũ eternitate? Prohibe linguã tuã a malo: & labia tua ne loquanť dolũ. arce sermonẽ tuũ a iuramẽto/periurio/detractione/blasphemia/ vaniloquio: & os tuũ ne falsũ testi-
14 monĩ dicat/ne mẽdaciũ / fraudẽue vllã cõcinnet. Diuerte a malo & fac bonũ: inquire pacẽ & psequere eã. declina ab ijs que lex diuina vetat & fac quod ipsa iubet: q̃re viam superne pacis/neq; vnq̃ desere illã/q̃re inquã trãquillũ & pacatũ mẽtis statũ vbi cor nõ turbať neq; formidat/vbi aia in amore eternorũ bonorũ quiescit/neq; terrore gehẽne/iterminorũq; supplicioꝝ quatitur seruiliterue inhorrescit/et sanctã illã animi pacẽ adinuentã quã mũdus dare nõ potest/ad finẽ vsq; complectere/&
15 eris homo ille qui vult vitã & diligit dies videre bonos. O culi dñi sup iustos: et aures eius in preces eorũ. benignitatis aspect⁹ patris eterni sup legẽ adiplẽtes/qui liguã ꝓhibẽt a malo/et labia sua ne loquantur dolũ/qui diuertũt a malo et faciũt bonũ/qui pacẽ inquirũt et psequunť eã: et paratus est ex-
16 audire orationes eorũ. Vultus autẽ dñi supfaciẽtes mala: vt perdat de terra memoriã eorũ. seueritatis aspectus et ira patris mei sup iniustos/qui liguã suã soluũt in malũ/et quorũ labia loquũtur dolũ/q se cõuertũt ad malũ et omittũt facere bonũ/q pacẽ dei nõ q̃rũt/neq; eã psequũť/ ira iquã/seueri
17 tas et vidicta patris mei sup tales: vt deleat noia eorũ de libro viuẽtiũ. Clamauerũt iusti et dñs exaudiuit eos: et ex oibus tribulationib⁹ eorũ liberauit eos. ab seculi exordio iusti q eternũ patrẽ iuocauerũt exauditi sunt: & de oibus pressuris eorũ clemẽtissimus eripuit deus. Iuxta est dñs ijs qui
18 tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit. prope adest vt opituletur iustis/patris mei celi & terre dominatoris benignitas/iustis inquã qui tribulata sunt mente: & humiliatos & mente consternatos & afflictatos liberabit. Multe tribulationes iustorũ: & de omnibus his liberabit eos dominus. fu
19 ture sunt persecutiones & afflictiones plurime eorũ qui sancte/pie & iuste in hoc seculo conuersari

volunt:& clemẽtiſſimi dei preſidiũ de omnibus illis tribulationibus eripiet eos. Cuſtodit dominus omnia oſſa eorũ:vnũ ex his nõ conteretur.tutatur celeſtis pater/omnes animi vires eorũ:neq; vna quidẽ earũ collidetur/ſuperabiturue a preſſura/ſed in morte eorũ erit refrigeriũ. Mors peccatorum peſſima:& qui oderunt iuſtũ delinquẽt.iteritus iniuſtorũ cruciatus amariſſimus:& qui odio afflixerunt/perſecutiq; ſunt inſontẽ iuſtitiã dei operatũ/a patre meo arguentur/& delinquentiũ tormenta pferẽt. Redimet dñs animas ſeruorũ ſuorum:& non delinquent omnes qui ſperant in eo.pater meus celeſtis preſeruabit a ſupplicijs eternis animas ſibi pie famulantium: & non peccabunt vniuerſi qui confidunt in eo.

ADVERTE Huius pſalmi verſus incipere a litteris/ ſecundũ ordinẽ quo digeſte ſunt apud hebreos:vt & pſalmi 24.quod deſignãt nomina litterarũ hebraicarũ adiecta lateribus verſuum tralationis hebraice. Quinto verſu.accedite ad eum & illuminamini:ex hebreo reſpicite ad eũ & confluite.ſed reſpicere nemo valet:niſi primũ illuſtratus lumine:ideo huic loco reſpicite ſeptuagita poſuiſſe videntur illuminamini.& loco huius confluite:venite.qua re non admodũ aliena eſt intelligẽtia.illi quod neceſſario antecedit:hieronymus vero quod ſequitur appoſuit. ſiquidem illuminationem ſequitur viſio. Septimo verſu.immittet angelus dñi in circuitu timentiũ eũ:ex hebreo circũdat angelus domini in gyro timentes eum.in greco παρεμβαλει αγγελος κυριου κυκλωτωρ φοβουμενωρ αυτον.quod magis apte dici poſſe videtur:irruet angelus domini in circuitu timentiũ eum.ſed quia verbũ παρεμβαλλω immittere/inijcere/ inuadere / irruere ſignificat: vnam ſignificationẽ interpretes poſuere/que minus clarã facit intelligentiã.quod igitur Hieronymus ex hebreo dixit circũdat angelus dñi in gyro timẽtes eũ:ſeptuaginta dixerunt irruet angelus domini in circuitu timentiũ eũ.et eũ:dominũ reſpicit nõ angelũ.& vtrunq; in eadẽ conſpirat ſentẽtia: angelũ dñi fore protectorẽ in gyro its qui timent deũ. Decimo verſu. diuites eguerũt:ex hebreo leones indiguerũt.quod ſi mutanda fuit metaphora:potius ex ratione appoſite analogie dicendum fuiſſe videtur imanſueti/ſuperbi ac elati.nã hic manſueti/mites & humiles inſtituuntur.ſed non magnopere id fortaſſe interpretes curarũt.nã ipſe eſt/ qui eſurientes implet bonis:& diuites dimittit inanes. Nonuſdecimus verſus & viceſimus noſtre tralationis/de iuſtis & fidelibus Chriſti haud abſone intelligũtur:at ex hebreo/ipſi Chriſto dño apte accomodãtur.& viceſimus verſus ad litterã:oraculũ cõtinere videtur eius/quod eſt apud Ioannẽ.venerũt ergo milites & primi quidem fregerũt crura:& alterius qui crucifixus eſt cũ eo.ad IHESVM autẽ cũ veniſſent: vt viderunt eum iã mortuũ non fregerunt eius crura.et ſubiungit vt ſcriptura impleretur os nõ cõminuetis ex eo.q̃q̃ & illud ex exodi 12 nec os illius cõfringetis:ſũptum etiã velint. Ex hebreo viceſimus primus verſus apte de interfectione & ablatione poteſtatis ſathane/& de indelebili delicto iudeorũ oſorum Chriſti intelligitur.& ex eodẽ verſu vbi omnes tralationes ſingulariter habent iuſtũ : videtur accomodatius ſuperiores verſus nõ de iuſtis ſed de iuſto intelligẽdos.de iuſtis autẽ in ſimilitudine iuſti liberãdis/& minime(vt oſores Chriſti)reatũ admiſſuris:nichil ꝓhibebit intelligi.& hi quatuor vltimi verſus/& ſi in vtraq; tralatione dignã habẽt intelligentiã:hebraica tamẽ diuinior.

Huic Dꝛ. XXXIIII.

1 IVdica domine nocentes me: expugna impugnantes me.

2 Apprẽhẽde arma & ſcutum:& exurge i adiutorium michi.

3 Effunde frameã & conclude aduerſus eos q̃ perſequuntur me:dic anime mee ſalus tua ego ſum.

4 Cõfundanť et reuereãť: quẽrentes animã meam.

5 Auertãtur retrorſũ et cõfundantur:cogitãtes mi-

Ipſi Dꝛ. XXXIIII.

IVdica domine nocentes me: expugua ipugnantes me.

Apprẽhẽde arma & ſcutum:& exurge in adiutorium michi.

Effunde frameam & cõclude aduerſus eos q̃ me perſequuntur:dic anime mee ſalus tua ego ſum.

Cõfũdãť & reuereãť iimici mei:q̃ rũt aĩa; meã

Auertantur retrorſũ & ẽrubeſcant: qui cogitant

Dauid. XXXV.

IVdica domine aduerſarios meos:pugna cõtra impugnantes me.

Apprẽhende ſcutum & haſtam:& cõſurge in auxilium meum.

Euagina gladium & prẽoccupa ex aduerſo perſequentes me:dic aĩe mee: ſalus tua ego ſum.

Cõfũdãť & reuereãtur: qui quẽrunt animã meã.

Cõuertantur retrorſũ & confundantur: qui cogi-

GALL.

chi mala.
6 Fiant tanq̃ puluis ante faciem venti: & angelus domini coartans eos.
7 Fiat via illorum tenebre & lubricum: & angelus domini perſequens eos.
8 Quoniã gratis abſcõdẽrunt michi iteritũ laqueũ ſui: ſuperuacue exprobrauerunt animam meam.
9 Veniat illi laqueus quem ignorat: & captio quã abſcondit app̃hẽdat eũ: & in laqueum cadat in ipſo.
10 Anima autem mea exultabit in domino: delectabitur ſup ſalutari ſuo.
11 Omnia oſſa mea dicent: domine quis ſimilis tui?
12 Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenũ & pauperem a diripientibus eum.
13 Surgentes teſtes iniqui: quę ignorabam interrogabant me.
14 Retribuebant michi mala pro bonis: ſterilitatem anime mee.
15 Ego autem cum michi moleſti eſſent: induebar cilicio.
16 Humiliabam in ieiunio animam meã: & oratio mea in ſinu meo cõuertebat.
17 Quaſi proximum quaſi fratrem noſtrũ ſic cõplacebam: quaſi lugẽs & cõtriſtatus ſic humiliabar.
18 Et aduerſũ me letati ſũt & conuenerunt: cõgrega

ROM.

michi mala.
F iant tanq̃ puluis ante faciem venti: & angelus domini affligẽs eos.
F iant vie eorum tenebre & lubricum: & angelus domini perſequens eos.
Quoniam gratis abſcondẽrunt michi interitũ laqueũ ſui: vane exprobrauerunt animam meam.
V eniat illis laque⁹ quem ignorãt: & captio quã occultauerũt ap̃hẽdat eos & in laqueũ incidãt in idipſũ
A nima autem mea exultabit in domino: & delectabit̃ ſup ſalutare ei⁹.
O mnia oſſa mea dicent domine quis ſimilis tibi?
eripiens inopem de manu fortioris eius: egenũ & pauperem a rapientibus eum.
Exurgentes teſtes iniqui quę ignorabam interrogabant me: & retribuebant michi mala pro bonis: & ſterilitatem anime mee.
Ego autem dum michi moleſti eſſent induebam me cilicium: & humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in ſinum meum cõuertebat̃.
Sicut proximum & ſicut fratrẽ noſtrũ ita cõplacebam: tanq̃ lugens & contriſtatus ita humiliabar.
Aduerſus me letati ſunt & conuenerunt: cõgrega

HEB.

tant malum michi.
F iant ſicut puluis ãte faciem venti: & angelus domini impellat.
Sit via eorum tenebre & lubricum: & angelus domini perſequatur eos.
Quia fruſtra abſcondẽrunt michi inſidias rẽtis ſui: ſine cauſa fodẽrũt animee mee.
V eniat ei calamitas quã ignorat: & rete ſuum qđ abſcondit compręhẽdat eũ: & cadat in laqueum.
A nima autem mea exultabit in domino: & lętabitur in ſalute ſua.
O mnia oſſa mea dicent: domine quis ſimilis tui? ęruens inopem a validiore: & pauperem & mendicum a violento.
S urgentes teſtes iniqui: quę neſciębam interrogabant me.
R eddębant michi mala pro bono: ſterilitatẽ animee mee.
E go autem cum ifirmarer ab eis: iduębar cilicio: humiliabã in ięiunio animã meam: & oratio mea ad ſinum meum reuertẽtur.
Quaſi ad amicum quaſi ad fratrem meũ ſic ambulabam: quaſi lugens mater triſtis incuruabar.
Et in ifirmitate mea lętabanť: & cõgregabantur.

GALL.	ROM.	HEB.
ta ſunt ſuper me flagel- la & ignorauí.	uęrunt in me flagella & ignorauęrunt.	Collecti ſunt aduerſum me ꝓcutiẽtes et neſciebã: ſcindentes et non tacẽtes
19 Diſſipati ſunt nec com- puncti tentauęrunt me/ ſubſannauęrunt me ſub- ſannatione: frenduęrunt ſuper me dentibus ſuis.	Diſſoluti ſunt nec com- puncti ſunt/ tentauęrunt me & deriſęrunt deriſu: ſtridęrunt in me dentib⁹ ſuis.	Inſimulatione verborũ fictorũ: frendębant con- tra me dentibus ſuis.
20 Domine quando reſpi- cies? reſtitue animã meã a malignitate eorum: a leonibus vnicam meam.	Domine quando reſpi- cies? reſtitues animã me- am a malefactis eorum: & a leonibus vnicã meã.	Domie quãta aſpicies? conuerte animam meam a calamitatib⁹ ſuis: a leo- nibus ſolitariam meam.
21 Confitębor tibi in eccle- ſia magna: ĩ populo gra- ui laudabo te.	Confitębor tibi domine in eccleſia magna: in po- pulo graui laudabo te.	Confitębor tibi in eccle- ſia grandi: in populo for ti laudabo te.
22 Non ſupergaudeãt mi- chi qui aduerſãtur michi ĩique: qui oderũt me gra- tis et annuunt oculis.	Vt non inſultent in me qui aduerſãtur michi ini- que: qui oderunt me gra- tis & annuębant oculis.	Non lętentur ſuper me inimici mei mendaces: o- dientes me fruſtra conni- uẽtes oculo.
23 Quoniam michi quidẽ pacifice loquębantur: & in iracundia terre loquẽ- tes dolos cogitabant.	Quoniam michi quidẽ pacifice loquębantur: & ſuꝑ irã doloſe cogitabãt.	Non enim pacẽ loquun tur: ſed i rapina terre/ ver ba fraudulẽta concinnãt
24 Et dilatauęrunt ſuꝑ me os ſuũ: dixęrunt euge eu- ge vidęrunt oculi noſtri.	Dilatauęrũt in me os ſu um: dixęrunt euge euge vidęrunt oculi noſtri.	Et dilatauęrunt ſuꝑ me os ſuũ: dixęrunt vah vah vidit oculus noſter.
25 Vidiſti domine ne ſileas domine ne diſcędas a me	Vidiſti domine ne ſileas: domine ne diſcędas a me	Vidiſti domine ne ſileas: domine ne elõgęris a me.
26 Exurge & intende iudi- cio meo: deus me⁹ & do- minus me⁹ in cauſã meã	Exurge domine intẽde iudiciũ meũ: deus me⁹ & dñs me⁹ in cauſã meam.	Cõſurge et euigila in iu- diciũ meũ: de⁹ me⁹ et dñs meus in cauſam meam.
27 Iudica me ſcd̃m iuſtitiã tuam dñe deus meus: & non ſupergaudeãt michi	Iudica me ſecundũ ma- gnam miſericordiã tuã domine deus me⁹/ vt nõ	Iudica me ſecundũ iuſti- tiam meam domine de⁹ me⁹: et ne iſultent michi.
28 Non dicant in cordibus ſuis euge euge anime no- ſtre: nec dicant dęuora- uimus eum.	inſultẽt in me ĩimici mei/ nec dicant in cordibus ſu is euge euge aie nr̃e: nec dicant obſorbuimus eũ.	Ne dicant in corde ſuo vah vah anime nr̃e: nec dicant abſorbuimus eũ.
29 Erubeſcant & reuerean- tur ſimul: qui gratulan- tur malis meis.	Erubeſcant & reuerean- tur ſimul qui gratulan- tur malis meis: induan- tur pudore & reuerẽtia/	Gonfundantur et reue- reantur pariter: qui lętã- tur in afflictione mea.
30 Induãtur confuſione & reuerentia: qui maligna	qui magna loquũtur ad-	Induantur confuſione et verecundia: qui magnifi-

	GALL.	ROM.	HEB.
	loquuntur ſuper me.	uerſus me.	cantur ſuper me.
31	Exultent & lętentur qui volunt iuſtitiam meam: & dicant ſemper magnificętur dominus/qui volunt pacem ſerui eius.	Exultent & lętentur qui volunt iuſtitiam meam: & dicant ſemper magnificętur dominus/qui volunt pacem ſerui eius.	Gaudeant & lętentur q volunt iuſtitiam meam: et dicant ſemper magnificętur dominus qui vult pacem ſerui ſui.
32	Et lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam: tota die laudem tuam.	Sed & lingua mea meditabitur iuſtitiā tuam: tota die laudem tuam.	Et lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam: tota die laudem tuam.

TITVLVS. In finem pſalmus dauid. in finē: in conſumationē eorum que de meſſia erant. Pſalmus de Chriſto domino. Propheta in ſpiritu Chriſtū dñm qua homo eſt inducit patrē inuocantē.

EXPOSITIO CONTINVA. 1 Iudica dñe nocētes me: expugna impugnātes me. condēna pater
2 iuſte tuo iuſto iudicio affligentes me: cōuince belligerātes aduerſum me. Apprehende arma & ſcutum: & exurge in adiutoriū michi. aſſume tela quibus hoſtes cōfodias/& clypeū quo me ptegas:
3 & veni ad auxiliādū michi. Effūde frameā & cōclude aduerſus eos qui perſequūtur me: dic anime mee ſalꝰ tua ego ſū. euagina/vibra/et pſtringe vltionis tue gladiū p circuitū aduerſꝰ pſequentes me/ aduerſus iudeos/pōtifices/ſcribas & phariſeos: audiā te cōſolātē ſpiritū meū & dicētē. ego ſaluator
4 tuꝰ ibi aſſū. Cōfundātur & reuereātur: querentes animā meā. confuſione operiantur/ & iterato con
5 fundantur: qui ſtudent auferre vitam meā. Auertātur retrorſū & cōfundanť: cogitantes michi ma-
6 la. corruāt & derelinquātur a te/eterna confuſione opprimantur: qui perditionē meā appetunt. Fiant tanq̄ puluis ante faciē venti: & angelus dñi coartans eos. O pater querentes mortificare vitam
7 meā/fiant ſicut ramēta in aere difflata: & angelus percutiens/angelus tuus vltor elidat eos. Fiant vie illorū tenebre & lubricū: & angelus dñi perſequēs eos. incedāt in ignorantia & cecitate mentis/
8 & intelligentie lapſu: & ſathanas perſequatur eos. Quoniam gratis abſconderūt michi interitū laqueī ſui: ſuperuacue exprobrauerūt animā meā. hec illis contingent quoniā ſine cauſa moliti ſunt
9 michi inſidias mortis: nequicq̄ & ab re calūniati ſunt vt auferrent vitam meā. Veniat illi laqueus quē ignorat: & captio quā abſcondit apprehēdat eum. ſathanā harū doloſitatū ſuggillatorē apud iudā/iudeos & principes/pedica quā non cognoſcit irretiat: & fallacia quā occultauit decipiat eū.
10 Anima autē mea exultabit in dño: & delectabitur ſuper ſalutari ſuo. non in morte detinebitur aſtutiis ſathane ceu putat/ſpiritus meus: ſed exultatione eterna gaudebit in deo patre meo/dominato-
11 re & ereptore ſuo. Omnia oſſa mea dicent: domine quis ſimilis tibi/omnis fortitudo mea & anime
12 & corporis non amplius obnoxij morti dicet: O celeſtis pater quē aſſimilabo tibi/ Eripiens inopem de manu fortiorū eius: egenū & pauperē a diripientibus eum. quē aſſimilabo tibi pater benefice/qui me omni humana ope deſtitutū liberas de poteſtate eorū quibus deſuper datum eſt prevalere in me: qui liberas me mendicū & in paupertate inter homines conuerſatū/a diſcerpentibus
13 & lacerantibus me. Surgentes teſtes iniqui: que ignorabā interrogabāt me. iniuſti ſuſcitatores fal-
14 ſorum contra me teſtiū: ea a me querebant & ſciſcitabantur/quorū innocēs erā & inconſcius. Retribuebant michi mala pro bonis: ſterilitatē anime mee. cōpenſabant michi nocumenta pro benefi-
15 cijs: perinde ac ſi ſemper michil boni fuiſſem operatus & infructuoſa fuiſſet vita mea. Ego autem cum michi moleſti eſſent: induebar cilicio. ego vero cū me verſatū in terra moleſtiis afficerent: ſacco
16 & penitentie indumēto operiebar/pro illis orans/proq; illorū ſalute me affligens. Humiliabam in ieiunio animā meā: & oratio mea in ſinu meo conuertetur. affligebā/macerabā inedia vitam meam pro ipſis: in oratione perſiſtebā/que ſi ipſis pro eorū peruicacia nō proderit/ad meipſū meoſq; re-
17 uertetur. Quaſi proximū & quaſi fratrē noſtrū ſic cōplacebā: quaſi lugēs & cōtriſtatꝰ ſic humiliabar. ſic ad p opulū iudeorū q mala pro bonis michi rependūt/me gerere ſtudebā/ac ſi proximꝰ ac ſi fra-
18 ter noſter eſſet: quaſi mater luctuoſa in filios ego pro illis meſtus & triſtis/me humiliabā. Et aduerſum me letati ſunt & conuenerūt: cōgregata ſunt ſuper me flagella & ignoraui. et iudei in perſecutione mea gauiſi ſūt & cōgregati ſunt: flagellis ceciderūt me/& ego inſons/inocens/& incōſcius erā.
19 Diſſipati ſunt nec cōpuncti tentauerūt me/ſubſannauerūt me ſubſannatione: frenduerunt ſuper me dentibus ſuis. diſſipauerūt me & ſine vlla animi compaſſione tormentis me probauerūt/irriſerunt
20 me ludibrijs: pre nimia odij acerbitate ſtriderūt dētibus ſuis i me. Dñe quādo aſpicies/reſtitue animam meā a malignitate eorū: a leonibus vnicā meā. pater iuſte quādo intendes oculos ad me/&

ad aduersariorũ vidictã/resuscita me liberata anima mea a calamitatib⁹/quas cumulauerũt in me:& sponsã meã/ecclesiã meã libera a tyrannorũ superborũ & immanũ ferocitate. C onfitebor tibi in 21
ecclesia magna:i populo graui laudabo te.o pater misericordissime depromã laudes tuas in nume
rosa vbiuis getiũ/fideliũ cõgregatiõe:in populo vita cõposito & veraci/laudes tuas pronũciabo. N õ 22
supergaudeãt michi qui aduersantur michi inique:qui oderunt me gratis & annuunt oculis.nõ per
seuęret gaudiũ/me iniuste persequentiũ:qui vltro & sine causa me odio habuerunt/& facietenus/fal
laciq; vultus apparentia mecũ sentiũt. Q uoniã michi quidẽ pacifice loquebantur:& in iracundia 23
terre loquentes/dolos cogitabant.annuunt michi oculis/& facietenus non animo consentiũt/quoni
am simulabant mecũ verba pacifica:& terreno succensente/iracũdoq; animo intra se cogitãtes/de
ceptiones in me concinnabant. E t dilatauerũt super me os suũ:dixerunt euge euge viderunt oculi 24
nostri.& pre odio/dilatantes/ampliantes & extendentes super me os suũ:dixerũt vah vah nos te
confixum/conclauatũ/morte mulctatũ nostris vidimus oculis. V idisti dñe ne sileas/dñe ne discedas 25
a me.tu pater iuste/oculis quibus omnia vides aspexisti:ne cõpescaris/ ne sinas inultũ: tu domina
tor eterne ne procul fias a me. E xurge & intende iudicio meo deus meus:& dñs meus in causam 26
meam.veni pater inter me & aduersarios meos/tu cõditor sedulũ te presta ad ferẽdã sentẽtiã meã:
& tu eterne dominator intende/& sedulo discute ius meũ. I udica me secundũ iustitiã tuã dñe deus 27
meus:& non supergaudeãt michi.profer pro me sententiã secundũ equitatẽ tuam dñe deus pater
iuste/qui insontes absoluis & reos punis & condẽnas:& nõ ex iniusta oppressione mea gestiẽtes in
sultent michi. N on dicãt in cordibus suis euge euge anime nostre:nec dicant deouauimus eum. 28
non gestiẽtes insultent michi cordibus suis dicẽtes vah vah/exprobrãtes anime mee:nec meditẽtur
intra se consũpsimus/absorbuimus/funditus aboleuimus eũ. E rubescãt & reuereãtur simul:qui gra 29
tulantur malis meis.confundãtur iterũ/iterũq; confundãtur pariter: qui super afflictione mea letã
tur. I nduantur cõfusione & reuerẽtia:qui maligna loquuntur super me.operiãtur confusionis igno- 30
minia:qui maleuola & superba effutiũt super me. E xultent & letentur qui volunt iustitiam meã:& 31
dicant semper magnificetur dñs qui volunt pacẽ serui eius.gaudeãt & letitia repleantur eterna/ q
saluam/qui ereptã cupiũt innocentiã meã:& semper glorificent patrẽ misericordiarũ & totius con
solationis/qui optant salutẽ christi eius/salutẽ meã serui eius. E t lingua mea meditabitur iustitiam 32
tuam:tota die laudẽ tuã.& ℗ pater dominator imense/memorabitur & eloquetur os meũ equitatẽ
tuã/qui me eripueris/qui excitaueris a mortuis/qui non permiseris vt supergauisi fuerint michi ini
mici mei/sed pro tuo iusto iudicio confuderis & attriueris:& eloquetur os meũ toto tẽpore gratie
tue/toto tẽpore legis noue laudationẽ tuã.

ADVERTE.3/4/5/versus & sequentes nõnulli in prophetia:nõ in iprecatione(quod ex 14 & 15
versibus satis cognoscitur)intelligẽdi sunt/sed prenũciatiue.& illa/a passionis tẽpore ad presentem
diem:in iudeis sunt impleta.N onus tamen versus de sathana intellectus:& imprecatorius est / &
ꝓphetiã cõtinẽs. ¶ S exto versu.in fine/& angel⁹ dñi coartãs eos:apti⁹ forte pro sermonis decẽtia
per verbũ coartet/concludat/elidat eos diceretur.vt ex hebreo:& angelus domini impellat. ¶ I tem
& septimo versu.persequẽs eos:aptius per verbũ/vt ex hebreo persequatur eos.sed hec minus intel
ligentie q̃ sermonis aptitudini p̃iudicant. ¶ N ono versu.et in laqueũ cadat in ipso:rectius in ipsũ.
nã sensus est:& in laqueũ cadat/in eũ ipsũ scilicet quẽ molitus erat/quẽ absconderat/vt anima dñi
apud inferos detineretur in morte.ille vero contra in inferno detentus est:et dñs solutus.et perin
de est ac si tralator iuxta consuetudinẽ latinã dixisset:et in eũ ipsũ siue in suũmet laqueum cadat.sic
grece habetur και εν τη παγιδι πεσειται εν αυτη.et ex hebreo et cadat i laqueũ. ¶ D eci
mo versu.delectabitur super salutari suo:ex hebreo/et letabitur in salute sua.et idẽ vult:sed incõ
fusius.nã id salute intelligitur de patre:salutare vero in q̃plurimis appropriate intelligitur Christus.
At salus:apte patri sine allucinationis phantasia accomodatur.et hoc vocabulũ (salutare dico)non
nullis prestitit occasionẽ vt psalmũ hunc de ecclesia ad Christũ exponerẽt:que quidẽ ex tralationis
hebraice inspectione/ilico corruisset. ¶ D uodecimo versu.vbi dicimus eripiens inopẽ de manu for
tiorum eius/et a diripientibus eũ: ex hebreo/nõ pluratiue sed vnice sic/eruens inopẽ a validiore / et
mendicũ a violento.quod ex consequẽtia de principe tenebrarũ dictũ videtur:de quo supra versu
nono.q̃q̃ et id dictũ de corporalibus aduersarijs intelligi:nichil sit incõmodi.nam tũc potestate de
super illis data/imo et a Christo domino illis permissa:fortiores fuere.vt ait dñs in Ioanne ad pila
tum:non haberes potestatẽ aduersũ me vllã/nisi tibi datũ esset desuper.et in luca ad iudeos:hec est
(inquit)hora vestra et potestas tenebrarũ.et prestaret vt dicerem⁹ eripiẽs inopẽ de manu fortiorũ/
missum faciẽdo eius:vt et omittitur ex hebreo.quod si additur:locutionis ratio potius exigit dicen
dum eo q̃ eius. ¶ V ersu septimodecimo.quasi proximũ/quasi fratrẽ nostrũ:legendũ quasi ad proxi
mum quasi ad fratrẽ ex hebreo,nã sine prepositione nullus est sensus,et rectius meũ q̃ nostrũ dicẽ-

dum ex hebreo.nam cū dominus patrē alloquatur qui nulla carnis ſocietate humano generi copulatus eſt/at Chriſtus dñs hominū amator/copulatus eſt:minime dicēdū proximū noſtrū/fratrē noſtrum.quādoquidē patri ad iudeos nulla ꝓximitatis/aut fraternitatis ratio:dño autē erat qua homo factus eſt/& ex iudeis.quare condecet ei dicere:quaſi ad proximū meū/quaſi ad fratrē meum. ¶ Oz in eodē ſeptimodecimo verſu ex hebreo additur/quaſi lugens mater:benigniſſimi dñi viſceralis affectus ſaluādi iudeos oſtenditur.ſed ſequētes verſus eorū immanē ingratitudinē oſtendūt: que etiānū ad tēpora noſtra punitur. O mira ingratitudo:cui⁹ flagella per mille quingentos annos cōtinuata/nondū finē inuenere. ¶ Octauodecimo verſu.tralationis romane in fine & ignoraverunt:dicendum erat & ignorabā.ſed hic error interpreti accidit:q̄ grece dicitur και ουκ εγνωμ id eſt nō cognoſcebā.vbi εγνωμ prima perſona ſingularis eſt ſecūdi indefiniti:ſed ſimilitudinē in ſono habet cum tertia plurali. ¶ Nonodecimo verſu.diſſipati ſunt/nec cōpuncti tentauerūt me:ex hebreo ſcindentes & non tacētes.quod continuatur ad id quod dictū eſt:cōgregata ſunt ſuper me flagella/& ignoraui.& ſenſus eſt.& flagellauerūt me ſcindētes/lamantes/& lacerātes me:& non tacētes/animū non ſatiantes/nō cōpeſcētes/ſed clamātes tolle tolle crucifige eū.quod totum ex euāgelio factum conſpicitur.quare tralatio hebraica fidelius & apertius aperit euangeliū.& dicendū nō eſt: diſſipati ſunt/ſed diſſipauerūt me.id enī diſſipati:aduerſatur ei quod pauloante dictū eſt & conuenerunt.& quo modo etiā ſi diſſipati ſunt/continuo ſubnectitur:nō cōpuncti tentauerunt me/ſubſannauerūt me ſubſānatione/frenduerūt ſup me dentibus ſuis/antecedētia enī & conſequētia aduerſātur:vt dicamus diſſipati ſunt.adde & id diſſipauerūt me:ſatis quadrare ad id ex hebreo ſcindentes.ſed interpretes plerūq; myſteria nō intelligētes:audaciuſcule nonnulla imutauere.vt ſingulare in plurale/vt actiuū in paſſiuū.& aliquando ſuū dātes:ſpiritus ſancti ſenſum euerterūt. ¶ Viceſimo verſu.dñe quādo aſpicies:ex hebreo dñe quanta aſpicies.vbi non tēpus ; ſed magnitudinē perſecutionum in Chriſto et ſuis ſignificatur. ¶ Viceſimoſecundo verſu. Non ſupergaudeant.in romano pſalterio vt nō inſultēt.rectius nos:nō ſupergaudeāt.et illic dicendū:non exultēt / et nequaq̄ nō inſultent.nā ex hebreo habetur:et nō letentur.et in greco μη επιχαρειησαν quod nō inſultent ſed exultēt/ſupergaudeāt ſignificat.romanū autē ex greco affinius etiā deſūptū videtur q̄ noſtrū. verū intētio mea eſt:tralationē gallicā potius conciliare q̄ romanam.nā paſſim eccleſie noſtre:eo vtūtur pſalterio. ¶ Viceſimotertio verſu.quoniā michi quidem pacifice loquebātur. ſenſus huic ex hebreo reſpondet oppoſitus/iſte videlicet.nō enī pacē loquūtur.nā illud affirmat:hoc negat.quare potius dicendū eſſet:quoniā michi non pacifice loquebātur. alioqui quomodo cōtinuo ſubnectitur:et dilatauerūt ſuper me os ſuū et dixerūt vah vah/viderūt oculi noſtri/illa ſane nō pacis:ſed odij et ire verba ſunt. ¶ Et ex eo quod in eodē viceſimotertio verſu adijcitur in tracūdia terre loquētes/dolos cogitabant/et ex viceſimooctauo verſu nō dicant in cordibus ſuis euge/euge:ſpiritus ſanctus inſinuat hanc de Chriſto peculiarē eſſe prophetiā/cui cum patre/et ſancto illo omniſcrutatore ſpiritu ꝓpriū eſt cogitationes cognoſcere.cognoſcebat enī ſemper:et quidquid cogitabant/et quidquid cogituturi erant.cū (inquit Mattheus) vidiſſet IHESVS cogitationes eorū dixit.vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris. Et lucas.obſeruabāt autē eū ſcribe et phariſei/ſi in ſabbato curaret:vnde accuſarēt eū. ipſe vero ſciebat cogitationes eorū. ¶ Viceſimoquarto verſu vbi dicimus euge euge viderunt oculi noſtri:preſtat et ex authoritate euangelij/et ex hebreo/vt dicamus vah vah viderunt oculi noſtri/vocabulo illo non mutato/vt neq; in euangelio mutatū eſt.ſic enī Mattheus/diuinus euangeliſta ſcribit.pretereūtes autem blaſphemabant eum/mouētes capita ſua et dicētes: vah qui deſtruis templū dei/et i triduo illud reedificas/ſalua temetipſū. et Marcus pene cōſimiliter. ¶ Viceſimoſeptimo verſu.iudica me ſecundū iuſtitiā tuā:ex hebreo nō tuā ſed meā dicitur ſic / iudica me ſecundū iuſtitiā meā.quod ſecundū innocentiā meā deſignat.inſons enim et innocēs erat:et agnus abſq; macula et peccato.ſed vtraq; intelligētia:bona.preſtaret tamē dicendū: vt in hebreo. ¶ Viceſimooctauo verſu.nō dicant in cordibus ſuis euge euge:relinqui poteſt vt ex hebreo eſt vah vah loco euge euge/q; in euāgelio interiectio illa imutata maneat. ¶ Triceſimoprimo verſu. dicāt ſēper magnificetur dñs/ qui volūt pacē ſerui eius:ex hebreo / dicāt ſēper magnificeť dñs / qui vult pacē ſerui eius.vbi qui nō refert fideles pios in Chriſtū:ſed deū patrē.cuius beneplacitū fuit/ſaluare Chriſtū ſuū:ex quo omnis noſtra ſalus.cui cū patre et ſpiritu ſancto:ſit omnis honor et gratiarū actio in ſecula ſeculorū. ex concordia nichilominus viceſimiſecūdi verſus pſalmi 39:aptiſſime ſedet/vt dicamus iuxta tralationē noſtrā.dicāt ſēper magnificetur dñs:qui volūt pacē ſerui eius.

¶ In finem ſeruo domi⸗ Dni Dauid.XXXV. Dixit iniuſtus vt dęli⸗

¶ In finem ſeruo domi⸗ Dni Dauid.XXXV. Dixit iniuſtus vt dęli⸗

¶ Pro victoria/ſeruo dñi Dauid. XXXVI. Dixit ſcel⁹ impij i me⸗

GALL.	ROM.	HEB.
quat in ſemetipſo:nō eſt timor dei āte oculos eius	quat in ſemetipſo:nō eſt timor dei ante oculos ei⁹.	dio cordis ei⁹:non eſſe timorē dei ante oculos ei⁹.
2 Qm̄ doloſe ęgit ī cōſpectu eius:vt iueniatur iniquitas eius ad odiū	Quoniā doloſe ęgit ī cōſpectu eius: vt inueniret iniquitatē ſuam & odiū.	Quia doloſe ęgit aduerſū eū in oculſuis:vt iueniret iniqtatē ei⁹ ad odiendū.
3 Verba oris eius iniquitas & dolus:noluit intelligere vt bene ageret.	Verba oris eius iniquitas & dolus noluit intelligere vt bene ageret: iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo.	Verba oris eius iiquitas & dolus:ceſſauit cogitare bene facere.
4 Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo/aſtitit omni vie non bone: malitiam autem non odiuit.	Aſtitit oī vie non bone: malitiā autē non odiuit.	Iniquitatē cogitat in cubili ſuo/ſtabit in via non bona:malū non abięcit.
5 Domine in cęlo miſericordia tua:& vęritas tua vſq; ad nubes.	Domine in cęlo miſericordia tua:& vęritas tua vſq; ad nubes.	Domine in cęlo miſericordia tua:fides tua vſq; ad nubes.
6 Iuſtitia tua ſicut montes dei: iudicia tua abyſſus multa.	Iuſtitia tua ſicut montes dei:& iudicia tua abyſſ⁹ multa.	Iuſtitia tua quaſi mōtes dñe:& iudicia tua abyſſ⁹ multa.
7 Homines & iumēta ſaluabis domine: quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam deus?	Homines & iumēta ſaluos facies domine: quēadmodum multiplicaſti miſericordias tuas deus?	Homines & iumenta ſalua facies domine: q̄ preciosa eſt miſericordia tua domine.
8 Filij autem hominum: in tegmine alarum tuarū ſpęrabunt.	Filij autem hominum: ī protectione alarum tuarum ſpęrabunt.	Et filij adam: in vmbra alarum tuarū ſpęrabūt.
9 Inebriabuntur ab vberte dom⁹ tue:& torrēte voluptatis tue potabis eos.	Inebriabunt ab vberrate dom⁹ tue:& torrētevoluptatis tue potabis eos.	Inebriabūt de piguędie dom⁹ tue:& torrēte dęliciarū tuarū potabis eos.
10 Quoniā apud te eſt fons vite:in lumine tuo vidębimus lumen.	Quoniā apud te eſt fons vite:& in lumine tuo vidębimus lumen.	Quoniam tęcum eſt fōs vite:in lumine tuo vidębimus lumen.
11 Prętende miſericordiam tuam ſcientibus te:& iuſtitiam tuam ijs qui recto ſunt corde.	Prętende miſericordiam tuam ſcientibus te:& iuſtitiam tuā iis qui recto ſunt corde.	Attrahe miſericordiam tuam ſcientibus te:& iuſtitiam tuā rectis corde.
12 Non veniat michi pes ſuperbie: & manus peccatoris non moueat me.	Non veniat michi pes ſuperbie: & manus peccatorum non moueat me.	Ne veniat michi pes ſuperbie:& manus impiorum ne me commoueat.
13 Ibi cecidęrunt qui operantur iniquitatem: expulſi ſunt nec potuęrunt ſtare.	Ibi cecidęrūt omnes qui operantur iniquitatem: expulſi ſūt nec potuęrūt ſtare.	Ibi cecidęrunt operātes iniquitatem:expulſi ſunt & non potuęrūt ſurgere.

TITVLVS. Pro victoria ſeruí dñi Dauid. Pſalmus de Chriſto dño. Propheta in ſpiritu loquitur.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Dixit iniuſtus vt delinquat in ſemetipſo: non eſt timor dei ante ocu
los eius. dixit legis trāſgreſſor quo licentius peccare poſſit in anima ſua: nequaq̄ diuine vltionis for
2 midinē ſibi eſſe cogitandā/ſibi eſſe metuendā. Quoniā doloſe egit in cōſpectu eius: vt inueniatur
iniquitas eius ad odiū. quia in dolo & fraude ante deū operatus eſt: ita vt peccatū eius cōperiatur
3 diuino odio ac reprobatione dignum. Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere vt bene
ageret. ſermones lingue eius iniuſti/preuaricatio legis/& fraus: neq; doceri voluit/non voluit diui-
4 nis attendere preceptis/vt iuſte/pie/ſancteq; viueret. Iniquitatē meditatus eſt in cubili ſuo/aſtitit
omni vie non bone: malitiā autē non odiuit. in ſecreto ſuo/legis tranſgreſſio cogitatio ſua: immiſcuit
5 ſe omni conſilio malo/omni male doctrine: peccatū nō eſt exoſus. Domine i celo miſericordia tua:
& veritas tua vſq; ad nubes. dominator/miſeratio tua vſq; in celū eſt ſublimata/qui captiuā tecū ce-
lis intuliſti captiuitatē: & fides tua ſic vbiq; gentiū extenſa/ſic expaſſa vt ad mundi extrema/& ad
6 mundi altiſſima pertingat. Iuſtitia tua ſicut montes dei: iudicia tua abyſſus multa. precepta iuſtitie
tue/mandata euangelij regni/firma ſtabiliaq;/imobilia & inconcuſſa vt colles eterni: ſententie tue/
7 prediffinitiones tue/decreta tua inſcrutabilia. Homines & iumenta ſaluabis dñe: quēadmodū mul-
tiplicaſti miſericordiā tuā deus/rex regū clementiſſime/dominator eterne inferes numero ſaluādo-
rum & ſtudioſos/& nō ſtudioſos/ratione vſos/& abuſos/ſapientes & ignauos pecudū more/ſolum
ſenſus ſuos voluptateſq; ſecutos: quantum auxiſti miſerationē tuam deus miſerator imenſe/qui ho-
mines & iumenta ſaluas/qui iuſtos nō ex operibus ſaluas/neq; iniuſtos ex operibus dānas/ſed im
8 pios per miſericordiā tuā iuſtificas & vna cū iuſtis per gratiā tuā ſaluas? Filij autem hominum: in
tegmine alarū tuarū ſperabunt. redēptor miſericordiſſime peccatores non deſperabūt: ſed in vela-
9 mento defenſionū miſericordie tue/ſpem venie collocabunt. Inebriabūtur ab vbertate domus tue:
& torrente voluptatis tue potabis eos. & ipſi pre abundantia miſerationis tue veniā cōſecuti exatu-
10 rabuntur opulētia celeſtis habitationis tue: & affluentia deliciarū paradiſi reficies eos. Quoniam
apud te eſt fons vite: in lumine tuo videbimus lumen. quoniā O rex noſter/& redēptor noſter penes
te eſt origo imortalitatis & perpetue vitalis vene: & te agnoſcentes/agnoſcemus patrē/te agnoſcē-
11 tes verā lucē de vera luce/agnoſcemus lucē illā paternā/lucem fontanā & inacceſſibilē. Protende
miſericordiā tuā ſcientibus te: & iuſtitiā tuā ijs qui recto ſunt corde. porrige miſerationē tuā credē-
tibus in te: & legē tuam/precepta/inſtitutaq; iuſtitie tue volentibus pie/ſancte/iuſteq; in te viuere.
12 Non veniat michi pes ſuperbie: & manus peccatoris non moueat me. O fortitudo/confugiū & p-
tectio noſtra/nō accedat ad me motio & ſuggeſtio tentationis ſathane: & potentia diaboli/qui pec
13 cat a principio/a rectitudine cordis & vite pietate nō dimoueat/nō deflectat me. Ibi ceciderunt q̄
operantur iniquitatē: expulſi ſunt nec potuerūt ſtare. hac in re/in ſuperbia ſathane corruerūt ope
rarij nequitiarū āgeli apoſtate/& a celo electi ſūt: nec valuerūt vltra a ſuo caſu/ſuaq; ruina reſurgere.
ADVERTE Circa titulū pro victoria ſeruí dñi. Pro victoria Chriſti dñi pueri patris eterni/qui vi-
cit mundū & ſathanā cōpenſata iuſtitia pro iniuſtitia/obediētia pro perfidia/ſanctimonia pro in-
quinatione/& tandē fuſo ſuo precioſiſſimo ſanguine pro omniū noxa. Confidite inquit: ego vici mū
dum. ¶ Secundo verſu. vbi per paſſiuū dicimus vt inueniatur iniquitas eius ad odiū: ex hebreo di
citur per actiuū/vt inueniret iniquitatē eius ad odiendū. q̄ ſi ſubauditur deus (vt par eſt) & ſenſū eli
ciamus vt deus inueniret iniquitatē eius ad odiendū/dignā ſuo odio/reprobatione & deletione in-
iuſti de libro viuentiū: melior eſſet ſermo in tralatione romana ſi eius q̄ ſi ſuam diceretur ac legere-
mus. vt inueniret iniquitatem eius & odium: ſiue ad odiendū. quod non procul abeſt ab intelligen-
tia eius quod grece habetur του ευρειν την αδομιαν αυτου και μισησαι. vt inueniret
iniquitatem eius/& odiret. ¶ Vndecimo verſu. ſcientibus te. id quidē recte. & non ſitientibus: vt
opinati ſunt nonnulli. nam & grece τοις γινωσκουσιν σε: cognoſcentibus te.

¶ Ipſi Dauid. XXXVI

1 NOli ęmulari in ma
lignantibus: neq; ze
laueris faciētes iniq̄tatē.
2 Quñ tanq̄ fęnū vęlociter
areſcēt: & quēadmodum
olera herbaꝝ cito dęcidēt
3 S pęra in dño & fac boni

¶ Ipſi dauid. XXXVI.

NOli ęmulari iter ma
lignātes: neq; ęmu
lat⁹ fueris faciētes iiq̄tatē
Quñ tanq̄ fęnū vęlociter
areſcēt: et ſicut olera her
barum cito cadent.
S pęra in dño et fac boni

Dd. XXXVII. Aleph.

NOli cōtēdere cū ma
lignis: neq; ęmula
ueris faciētes iniquitatē.
Qñ ſicut herba vęlociter
conterentur: et ſicut olus
viride marceſcent. Beth.
S pęra in domino et fac

GALL.

tatem: & inhabita terrā / & paſcęris in diuitijs eiꝰ.
4 Dęlectare in domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.
5 Reuęla dño viam tuā: & ſpęra in eū & ipſe faciet.
6 Et ęducet quaſi lumē iuſtitiam tuam & iudiciū tuum tanq̄ męridiē: ſubditus eſto domino & ora eum.
7 Noli ęmulari in eo q̄ ꝓſperatur in via ſua: & in hoīe faciente iniuſtitias.
8 Dęſine ab ira & dęrelinque furorem: noli ęmulari vt malignęris.
9 Quoniam qui malignātur exterminabuntur: ſuſtinentes autem dominū ipſi hęręditabunt terrā.
10 Et adhuc puſillum & nō erit peccator: & quęres locum eius & nō inuenies.
11 Manſuęti autē hęręditabūt terrā: & dęlectabuntur in multitudine pacis.
12 Obſeruabit peccator iuſtum: & ſtridębit ſuꝑ eū dentibus ſuis.
13 Dominus autem irridębit eum: quoniam ꝓſpicit qđ veniet dies eiꝰ.
14 Gladium ęuaginauęrūt peccatores: intendęrunt arcum ſuum.
15 Vt dęcipiant pauperem & inopem: vt trucidēt rectos corde.
16 Gladius eorum ītret corda ipſorum: & arcus eo-

ROM.

tatem: & ihabita terrā & paſcęris in diuitijs eiꝰ.
Dęlectare in domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.
Reuęla dño viam tuā: & ſpęra in eo & ipſe faciet.
Et ęducet tanq̄ lumē iuſtitiam tuam: & iudiciū tuum ſicut męridiem.
Subditus eſto domīo & obſecra eum / ne ęmulatꝰ fueris eum qui proſperatur in via ſua: & in homine faciente iniquitatem.
Dęſine ab ira & dęrelinque furorē: ne ęmulęris vt nequiter facias.
Qm̄ qui nequiter agunt exterminabūtur: q̄ vęro expectant dn̄m ipſi hęręditate poſſidębūt terrā.
Puſillū adhuc et non erit peccator: et quęres locū eius nec inuenies.
Manſuęti autē poſſidębunt terrā: et dęlectabuntur in multitudine pacis.
Obſeruabit peccator iuſtum et fremet ſuper eū dentibus ſuis / dominus autem irridębit eū: quoniam proſpicit q̄ veniet dies eius.
Gladium ęuaginauęrūt peccatores tetendęrūt arcum ſuū / vt dęijciant inopem et pauperem: vt trucident rectos corde.
Gladius eorum intret in cor ipſorum: et arcus eo-

HEB.

bonū: peregrinare in terra et paſcere fide.
Dęlectare in domino: et dabit tibi petitiones cordis tui. Gimel.
Volue ſuꝑ dn̄; curā tuā: et cōfide in eo et ipe faciet.
Et ęducet ſicut lumē iuſtitiā tuā: et iudiciū tuū ſicut męridiem. Daleth.
Tace dño: expecta eū.
Noli contędere aduerſꝰ eum qui ꝓficit in via ſua: aduerſus virum / qui facit quę cogitat. He.
Dimitte iram et relique furorem: noli contendere vt male facias.
Quoniā qui male faciūt interibunt: expectantes autem dominū ipſi hęręditabunt terrā. Vau.
Adhuc enī modicū et nō erit impiꝰ: et cogitabis de loco eius et non ſubſiſtet.
Mites autē hęręditabūt terrā: et dęlectabūtur in multitudine pacis. Zai.
Cogitat impius de iuſto: et frendet aduerſus eum dentibus ſuis.
Dn̄s dęridębit eū: vidēs q̄ veniet dies eius.
Heth.
Gladium ęuaginauęrūt impij intendęrūt arcum ſuum / vt percutiant egenum et pauperem: et interficiāt rectos in via.
Gladius eorū ingrediat in cor eorū: et arcus eorū

rum confringatur.
17 Meli⁹ est modicū iusto: super diuitias peccatorū multas.
18 Quoniā brachia peccatorū cōterētur: cōfirmat autem iustos dominus.
19 Nouit dominus dies immaculatorum: et hęrędi tas eorum in ęternū erit.
20 Non confundentur in tē pore malo/et in dieb⁹ famis saturabūt: quia peccatores peribunt.
21 Inimici vero dñi mox vt honorificati fuerit et exaltati: dęficientes quemadmodum fumus dęficient.
22 Mutuabitur peccator et non soluet: iustus autem miserętur et tribuet.
23 Quia benedicētes ei hęręditabunt terrā: maledicētes autem ei disperibunt.
24 Apud dominū gressus hominis dirigentur: et viam eius volet.
25 Cum ceciderit non collidetur: quia dominus supponit manum suam.
26 Iunior fui etenim senui: et non vidi iustum dęrelictum/nec sęmē eius quęrens panem.
27 Tota die miserętur et cōmodat: et sęmen illius in benedictione erit.
28 Dęclina a malo et fac bonum: et inhabita in sęculum sęculi.
29 Quia dñs amat iudiciū

rum conteratur.
Meli⁹ est modicū iusto: super diuitias peccatorū multas.
Quoniā brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos dñs.
Nouit dominus vias immaculatorum: et hęrędi tas eorū in ęternum erit.
Non confundentur in tē pore malo/et in dieb⁹ famis saturabuntur: quoniam peccatores peribunt.
Inimici autem dñi mox honorati et exaltati fuerint: dęficientes vt fumus dęficient.
Mutuaꝫ peccator et non soluit: iustus autem miserętur et comodat.
Quoniam benedicentes eum possidębūt terram: maledicentes autem illū disperient.
A domino gressus hominis diriguntur: et viā eius cupit nimis.
Cum ceciderit iustus nō conturbabitur: quia dñs firmat manum eius.
Iunior fui et senui: et nō vidi iustum dęrelictū nec sęmen eius egens pane.
Tota die miserętur et cō modat: et sęmen eius in benedictione erit.
Dęclina a malo et fac bonum: et inhabita in sęculum sęculi.
Qm̄ dñs amat iudicium

confringantur. Teth.
Meli⁹ est parum iusto: q̄ diuitie peccatorū multe.
Quoniam brachia ipiorum confringętur: sublevat autē iustos dñs. Ioth
Nouit dominus diē im maculatorum: et hęrędi tas eorum ęterna erit.
Non cōfundentur in tē pore malo: et in dieb⁹ famis saturabūtur. Caph.
Quia impij peribunt: & inimici domini gloriātes
Vt monocerotes/consumentur: sicut fumus consumitur. Lamech.
Fenus accipit impius et non reddit: iustus autem donat et tribuit.
Quia qui benedicti fuerint ab eo hęrędităbunt terram: et qui maledicti interibunt. Mem.
A domio gressus viri firmabitur: et viam eius volet.
Cum ceciderit nō allidętur: quia dominus sustentat manū eius. Nun.
Puer fui/siquidem senui: et non vidi iustū dęrelictum/neq; sęmē ei⁹ quęrens panem.
Tota die donat et cōmodat: et sęmen eius in benedictione. Samech.
Recęde a malo et fac bonum: et inhabita in sempiterno.
Quia dñs diligit iudiciū

GALL.

et nō dęrelinq̄t ſ̄actos ſuos:i ęternū cōſeruabunť.
30 Iniuſti punientur: & ſęmen impiorum peribit.
31 Iuſti autem hęręditabūt terram: & inhabitabunt in ſęculū ſęculi ſuper eā.
32 Os iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquętur iudicium.
33 Lex dei eius in corde ipſius:& non ſupplantabū tur greſſus eius.
34 Cōſiderat pctōr iuſtū:& quęrit mortificare eum.
35 Dominus autē non dęrelinquet eum in manus eius:nec damnabit eum cum iudicabitur illi.
36 Expecta dñm & cuſtodi viā ei⁹/& exaltabit te vt hęręditate capias terrā: cū pierit pctōres vidębis.
37 Vidi impium ſuperexaltatum: & ęleuatum ſicut cedros libani.
38 Et trāſiui & ecce nō erat: & quęſiui eum & non eſt inuentus locus eius.
39 Cuſtodi innocentiam & vide ęquitatē:quoniā ſūt reliquie homini pacifico.
40 Iniuſti autem diſperibūt ſimul:reliquie impiorum interibunt.
41 Salus autem iuſtorum a domino:& ꝓtector eorū in tēpore tribulationis.
42 Et adiuuabit eos dñs & liberabit eos/& ęruet eos a peccatorib⁹/& ſaluabit eos:qa ſpęrauęrūt in eo.

ROM.

& nō dęreliquet ſctōs ſuos:i ęternū cōſeruabunť.
Iniuſti autē puniētur: & ſęmen impiorū peribit.
Iuſti vero hęręditate poſſidębūt terrā:& ihabitabūt in ſcłm ſcli ſuper eā.
Os iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquętur iudicium.
Lex dei eius in corde ipſius:& non ſupplantabū tur greſſus eius.
Conſiderat peccator iuſtū & quęrit perdere eū/ dominus autem non dęrelinquet eum in manib⁹ eius:nec damnabit eum cum iudicabitur illi.
Expecta dñm & cuſtodi vias ei⁹/& exaltabit te vt inhabites terram: cū perient peccatores vidębis.
Vidi impium ſuperexaltatum: & ęleuatū ſuper cedros libani.
Tranſiui & ecce nō erat: quęſiui eum/& nō eſt inuentus locus eius.
Cuſtodi vęritatē & vide ęquitatē: quoniam ſunt reliquie homini pacifico.
Iniuſti autem diſperiēt: ſimul reliquie impiorum peribunt.
Salus autem iuſtorum a dño eſt: & ꝓtector eorū eſt in tēpore tribulatiōis.
Et adiuuabit eos dñs & liberabit eos/& ęripiet eos a pctōrib⁹/& ſaluos faciet eos:qñ ſpauęrūt i eo

HEB.

& non dęrelinquet ſanctos ſuos/in ęternum cuſtoditi ſunt:& ſęmen impiorum peribit. Ain.
Iuſti hęręditabūt terrā: & habitabūt in ſęculum ſuper eam.
Os iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquętur iudicium. Phe.
Lex dei eius in corde ei⁹: non dęficient greſſ⁹ eius. Sade.
Conſiderat impi⁹ iuſtū/ & quęrit vt occidat eum/ dominus non dęrelinquet eum in manu eius: & non condemnabit eū cum iudicatur. Cof.
Expecta dñm & cuſtodi viā eius/& exaltabit te vt poſſideas terrā:cum interibunt impij vidębis.
Vidi impium robuſtū: & fortiſſimū ſicut indigenam virentem. Res.
Et trāſiui & ecce nō erat: & quęſiui eum & non eſt inuentus. Sin.
Cuſtodi ſimplicitatē & vide rectum:quia erit ad extremum viro pax.
Iniqui autem dęlębuntur pariter:& nouiſſimū impiorum peribit. Tau.
Salus iuſtorum a domino:fortitudo eorum in tēpore tribulationis.
Et auxiliabit eis dñs & liberabit eos/& ęruet eos ab ipijs & ſaluabit eos: quia ſpęrauęrunt in eo.

TITVLVS. Dauid. instructio custodientium mandata dei/et deterritio transgredientium. Propheta in spiritu instruit et deterret impios.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Noli emulari in malignantibus:neq; zelaueris facientes iniquitatem.inter malos noli certare/noli contendere malū agere: neq; imiteris eos qui legē dei diuinaq;
2 transgrediuntur precepta. Q uoniam tanq̄ fenū velociter arescent:& quemadmodū olera herbarū cito decident.noli eos emulari/quia preuaricatores mandatorū dei ilico marcescēt/sicut herba paulo post cōcidet eorū gloria : & velut hortorū legumina ad momentū virent/ocyus mors illos
3 diripiet. S pera in domino & fac bonitatē & ihabita terrā:& pascēris in diuitijs eius. spem omnis boni tui/cuncte felicitatis tue in deo colloca & operare bonū/& tanq̄ colonus & peregrinus con-
4 uersare in hoc terreno seculo:& enutrieris gratijs & beneficijs eius. D electare in domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.gaudia tua & voluptates tuas repone in deo & Christo eius superbe-
5 nedicto:& elargietur tibi postulationes & desideria animi tui. R euela domino viam tuā & spera in eo:& ipse faciet. aperi domino in petitione tua curam & solicitudinem tuam & confide in eo:
6 & ipse petitioni tue annuet. E t educet quasi lumen iustitiā tuā:& iudiciū tuū tanq̄ meridiē subdit⁹ esto dño & ora eum. cōfide & delectare in dño/nude aperi illi cor tuū & dñs lucere faciet vt diurnā lucē ante alios vitā tuā/& qđ iudicaueris ,pbaueriq; faciet alijs illucere tanq̄ lumē solis in meridie:
7 subijcere deo & mentē tuā supplex orans eleua in eū. N oli emulari in eo qui prosperaī i via tua: in hoie faciēte iusticias.nō te desideriū capiat assimilari viro ,psperāti/faciētiq; desideria sua i vita
8 sua:viro operāti transgressiones & agenti quidquid mente volutat. D esine ab ira & derelinque furorem: noli emulari vt malignerīs.sit procul a te vindicte appetitus/abijce abs te excandescen-
9 tiam irrationabilem: neq; quenq̄ imiteris vt opereris mala. O uoniam qui malignantur exterminabuntur:sustinentes autem dominū ipsi hereditabūt terram. non opereris mala/quoniā qui malos emulantes mala similiter operātur in eterna detrudentur supplicia:contra vero a domino bo-
10 nū expectantes/possidebūt regna celestia. E t adhuc pusillū & non erit peccator: & queres locū eius et nō inuenies.& tu qui in patientia obedientie mandatorū ,expectas dominū/sustine parūp & patientiam habe & quem videbas prosperantem in via sua/secundū sensum suū ambulantem & transgredientem diuina mandata non subsistet/non erit amplius:& queres vbinā ille est:& ne-
11 quaq̄ reperies/quia morte dissipatus est & iudicatus ad eterna supplicia. M ansueti autem heredi tabunt terram:& delectabuntur in multitudine pacis.sed contra/mites & pacifici/non post desideria sua ambulantes sed in preceptis domini/hereditate capient regnū celorū:& abundantia sem-
12 piterne pacis perfruentur. O bseruabit peccator iustū:& stridebit super eū dentibus suis. impius & transgressor insultabit viro deū timenti & legem seruanti:& indignabitur & infrendet dentibus
13 suis in eum. D omin⁹ autem irridebit eum:quoniam prospicit q⁹ veniet dies eius.verū deus iustitie amator & vltor peccati/peccatorem contemnet & subsannabit:quoniā agnouit q⁹ in procinctu
14 est dies vltionis eius. G ladiū euaginauerūt peccatores:intenderunt arcū suum. impij& transgres-
15 sores persecutionem parauerūt: vires suas aptauerūt. V t decipiant pauperem & inopem:vt trucident rectos corde..gladiū eduxerūt/arma parauerunt/vt in dolo feriant eū qui dei desiderio & ce-
16 lestiū bonorū pauper & inops factus est:vt delcāt & enecent eos qui dei viam sequūtur. G ladius eorum intret in corda ipsorū:et arcus eorum confringatur.mors quā iusto pauperi & inopi inten-
17 tant/abscindat & separet animas eorū:et vires sue penitus eneruentur. M elius est modicū iusto: super diuitias peccatorū multas.melior est paupertas & inopia viri iusti:q̄ trāsgressorū legis ingēs
18 terrenarū opum multitudo/aceruatiq; cumuli.Q uoniā brachia peccatorū conterenī:cōfirmat autem iustos dñs.melior et eligibilior pauptas iusti q̄ peccatorū opes cumulate/qm̄ peccatorū potē
19 tia cōfringetur:& iusti in bonis confirmabunī.N ouit dominus dies immaculatorum : & hereditas
20 eorū in eternū erit. cognoscit deus iudex iustus dies egressus incōtaminatorū /quise immaculatos in hoc seculo custodierūt:& premiū/merces & retributio eorum eterna manebit. N on confunden-
tur in tēpore malo:& in diebus famis saturabūtur.iusti nō condēnabuntur in die nouissimo/in quo mali peribunt:& post hanc vitā quando non erit amplius tēpus operandi & sibi viaticū cōparandi
21 ad vitam eternā/vbertate deliciarū paradisi satiabūtur/peccatores autē perpetuo deficient,I nimici vero domini mox vt honorificati fuerint & exaltati:deficientes quēadmodū fumus deficiēt.pec-
catores deū/iustaq; ei⁹ cōtemnētes vbi i fastigio humane glorie eleuati fuerint:cōtinuo euanescēt
22 tanq̄ tenuis nebula vanescit. M utuabitur peccator & non soluet:iustus autē miseretur & tribuet.
transgressor credita sibi bona nō reddet:legis autē obseruator erogat/& si quid aliorū habet fideli-
23 ter restituet. Q uia benedicētes hereditabūt terrā: maledicentes autē ei disperibunt.iustus erogat & repēdit/quia erogātes & benefacientes/ terrā viuentiū possidebūt:& qui iusto mala imprecanī
24 interibūt. A pud dominū gressus hois dirigētur:et viam eius volet.diuina ope viri iusti oēs motus

rectificabunt: & acceptabit deus legē qua incedet. Cum ceciderit nō collidet:quia dominus sup- 25
ponit manū suam. si forte exinfirmitate in peccatū labetur nō ad mortē illū perducet:quia diuinū
auxiliū illi adest ad resurgendū. Iunior fui eteni senui:& nō vidi iustū derelictū nec semē eius que- 26
rens panē. a iuuenta in senectā deueni:& nullū mandata dei seruantē agnouit diuino presidio diui-
naq; ope destitutū. nec quos ex se reliquerit iustos a deo destitutos vite sue mendicātes victū. Tota 27
die miseretur & cōmodat:& semē illius in benedictiōe erit. vir iustus omni tēpore bona sua in ope-
ra misericordie dispensat:& opera eius a deo benedicētur. Declina a malo & fac bonū:& inhabita 28
in seculū seculi. viru iustū imitare. diuerte a nequtia & operare iustitiā & quod dei mādat preceptū:
& in celesti habitatione vitā viue sempiternā. Quia dns amat iudicium & nō derelinquet sanctos 29
suos:in eternū cōseruabuntur. quia deus diligit remunerationē iustorum & non deseret imaculatos
suos:sed in eterna vita seruabunt. Iniusti punietur:et semē impiorū peribit. trāsgressores e diuerso 30
perpetuo cruciabunt:& opera eorū dispebūt. Iusti autē hereditabūt terrā:& inhabitabunt in se- 31
culū seculi super eā. diuine legis & mandatorū eius seruatores. terrā viuentiū. immortaliū regionē re
gnum celorū possidebūt:& cōmorabunt in eo sine fine ac in perpetuū. Os iusti meditabit sapien- 32
tiā:& lingua eius loquetur iudicium. studebit iustus de deo quantū fas est pro dignitate & pmedi-
tate loqui:et ex diuina lege depromet sententiā. Lex dei eius in corde ipsius:et nō supplātabunt 33
gressus eius. eloquia et mādata domini in penetralib⁹ mētis eius:et nō pualebit tētatio peruertere
volūtatē eius. Considerat peccator iustū:et querit mortificare eū. volutat animo. dei legisq; deser- 34
tor vitā iusti:et modū perdendi eum explorat. Dominus autē nō derelinquet eum in manib⁹ eius: 35
nec dānabit eū cū iudicabit illi. at equissim⁹ deus remanere nō sinet iustū in potestate ipij:nec iustū
condēnabit cum condēnabit impius. Expecta dominū et custodi viā eius. et exaltabit te vt heredi 36
tate capias terrā:cū perierint peccatores videbis. pstolare auxiliū tuū a domino et obserua māda-
ta eius. et magnificabit te vt immortalitatis locū possideas:tu autē ipse agnosces cū in eterna supplī-
cia exterminati trāsgressores fuerint. Vidi impiū superexaltatū et eleuatū:sicut cedros libani. noui 37
ego blasphemū goliā. noui dei contēptorē magnificatū et eleuatū:in summū honoris fastigiū. Et 38
trāsiui et ecce non erat:quesiui eū et nō est inuētus locus eius. paruū tēporis exactū est et ecce nusq
cōparebat: scisitatus sum vbi est dei contemptor et exprobrator. vbi est qui tāta estimatione ha-
bitus est. et nullibi gentiū cōparebat. Custodi innocentiā et vide equitatē:quoniā sunt reliquie ho 39
mini pacifico. retine vite puritatē et simplicitatē. et ante mētis conspectū iugiter habe legis ipletio
nē:quia innocētia et equitas supstites viro iusto. comitabunt eū ad diuinā pacē et eternā trāquillitatē
euntē. Iniusti autē dispebūt simul:reliquie impiorū interibunt. cōtra vero. flagitiosam sectati vitā 40
vna interibūt:et vite impuritas et iniqua opera cōcomitabunt in eterna exterminia. Salus autē iu 41
storum a dño:et protector eorū in tēpore tribulationis. saluatio iustorū est a misericordi deo:et prote
get eos in nouissimo iudicio. Et adiuuabit eos dominꝰ et liberabit eos. et eruet eos a peccatoribꝰ: 42
et saluabit eos quia sperauerunt in eo. et in nouissimo die auxiliabit et subueniet eis misericors deꝰ
et pseruabit eos a penis pparatis peccatoribus et trāsgressoribꝰ:et eterna salute donabit eos. quia
non in se. suisq; viribus et operibus sed in deo spem suam vniuersam collocarunt.

ADVERTE. Tertio versu inhabita terrā et pasceris in diuitijs eius:rectius dicit inhabita terrā et
pascere in diuitijs eius ex hebreo. vt pascere imperatiuū intelligat. Et quis in greco habeatur κα-
τασκηρου την γην και ποιμαρθησηι:ratio tñ cōiunctiōis et sermōis latini magis efflagitabat
conuertendum pascere potius certe q pasceris. Eodē tertio versu in diuitijs eius:ex hebreo in fi-
de eius. et datur ex hebreo intelligi diuitias in hoc mūdo esse fidē dei. tolle fidē:ois ex hoc mundo
discedit miser. quas eni maiores in hac vita possumꝰ nobis cōparare diuitias:q que ad diuitias per-
ducūt eternas? quod vel prima oim ipsa fides operat. Sed queres quo pacto quis fide pascat in hoc
mūdo? Non alto modo crediderim q meditatiōe diuine legis. et sacra diuinorū contēplatione. sed
heu nō est. aut vix est qui sciat quid sit cōtēplari cogitare. sic tribuli et lolia iplerūt sic oīa lape. quis
contēplatiua vita prima et lōge diuinissima sit. et qua vel maxime sola vixisset primꝰ parēs:si αμα-
μαρτητον et. vt sic dicā. a pctō insontē se custodisset. Quinto versu vbi dicimꝰ reuela dño viā
tuā:hieronymꝰ ex hebreo volue super dñm curā tuā. quod magis quadrat ad vltimā particulā qua
dicit:et ipse faciet. simile eni alibi dicit. ppheta:iacta sup dñm curā tuā et ipse te enutriet. Sexto
versu. vbi dicimꝰ subditꝰ esto dño et ora eū:aliū ex hebreo hieronymus desumpsit tace dño et ex-
pecta eum. quasi id velit. tacitꝰ cōuersare ante deū absq; murmuratiōe. incusatiōe et querela. in pa
tiētia sust:ne:et certꝰ expecta cū pmiatorē in altero seculo. et vtraq; intelligētia hic et illic bona est.
Duodecimꝰ versus et sequētes ad octauū decimū:cōes intelligi pūt. et ppriꝰ de christo dño. qd
vel maxie ex 23 versu iuxta tralationē hebraicā itelligi pōt. vbi ille cōditiōes de bñdictiōe et male-
dictiōe: primo loco. christo dño cōpetūt. secūdo autem et lōgo interuallo:alijs iustis. Vicesimo

primo versu. ĩimici vero dñi mox vt honorificati fuerit & exaltati: ex hebreo / & ĩimici dñi gloriãtes vt monocerotes. qđ significare videt: ĩimici dñi in gloria & potestate sua gloriãtes vt vnicornes / id est putãtes se ĩsuperabiles / vt vnicornes. est eni vnicornis idomabile animal: & nulli alteri cedẽs. sed lõge ꝓfecto abutũtur: gloriãtes se insuperabiles esse in sua virtute. nã deficiẽtes sicuti fum⁹ deficient. hãc similitudinẽ superborũ hui⁹ seculi cũ vnicornib⁹ / tacuerũt interptes: & illius loco posuerũt exaltati. sed insuperabile & indomabile: magis nature illi⁹ feræ / ex hist̃ris respõdere videtur. ¶ Vicesimotertio versu vbi legim⁹ / qa bñdicẽtes ei hereditabũt terrã / maledicẽtes autẽ ei disperibunt: ex hebreo / sẽsus est cõuersus / sic. qa qui bñdicti fuerit ab eo hereditabũt terrã: & q maledicti / interibũt. qui versus & hic & illic / maxime de Christo itellect⁹ verus est. de alijs autẽ secũdo loco. ex quo dar intelligi quantũ amor iusti est magnipẽdẽd⁹: quãtũ odiũ & iprecatio eius timẽda / siue quis faciat / siue patiatur. neq; exemplis assertionẽ munire difficile esset. ¶ Vicesimo sexto versu. particula nec semẽ ci⁹ querẽs panẽ: debet ex superiori intelligi derelictũ scilicẽt a deo. & de semine magis secundũ spiritũ non secundũ carnẽ. nã alioqui: vsus sacrarũ litterarũ est inopẽ & mẽdicũ in bonã partẽ accipere. vt huius psalmi versu quintodecimo / & psalmi 39 versu 23 dñs de se per ꝓphetã: ego autẽ mẽdicus sũ & paup / dñs solicitus est mei. mẽdici igit̃ ij soli sũt vituperãdi: qui se aut flagitijs aut ignauia vite nichil operari sciẽtes aut nolẽtes / prouidẽtia dei (secus q̃ ceteri) se fecere indignos / & miserabilẽ vitã trahentes victũ emendicãt. si quid tamẽ illis (etsi idignis) ꝓpter deũ porrigit̃: nõ perit operis merces. nã & de⁹ nobis indignis: suã misericordiã porrigere nõ dedignat̃. et mẽdicus i hac significatione que ferme vulgata est: in malã partẽ & probrosã accipi solet. & sũt qui hũc locũ de spirituali pane intelligi volunt. & certũ est semẽ iustorũ nõ esse doctrina / pane vite & intellectus inops. sed qui nõ habent: emẽdicare illũ / nequaq̃ probrosũ aut iniuriũ est / neq; in malã partẽ sumit̃. & vtinã iudei & agareni inopes & fame (indigẽtia panis illius) quotidie pereũtes: illũ emẽdicarẽt. tantũ eni abest vt illis hunc querere panẽ imperio daretur: quantũ virtus / quantũ salus animarũ lõge abest a reꝑhẽsione & vituperio. ¶ Triceſimosexto versu. cũ perierit pctores videbis: recti⁹ ex hebreo & romano psalterio dicẽdũ ꝑ indicatiuũ cũ peribũt pctores videbis. nã tãetsi idẽ sẽsus sit: anceps tamẽ subiũctiuum perierint ad ꝓteritũ & futurũ. & ꝑ indicatiuũ: clarius datur intelligi ꝓphetie sẽsus. ¶ Triceſimusnonus & quadrageſimus versus licet ab hebreo parũ discedere videant̃: in eandẽ tamẽ cõspirãt sententiã. vltima eni sũt: q̃ nobiscũ post hãc vitã trahim⁹ / siue bona siue mala. & intepretes reliqas appellauerũt: qa forte nobiscũ i morte / comites relinquũt aie migrãti & aut ad loca lucis aut tenebrarũ eũti.

C̃ps Dđ in remẽoratiõe die sabbati. XXXVII.

1 DOmine ne in furorẽ tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.
2 Quoniã sagitte tue infixe sunt michi: & cõfirmasti super me manũ tuam
3 Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: nõ est pax ossibus meis a facie peccatorum meorũ.
4 Quoniã iiquitates mee supgresse sunt caput meum: sicut onus graue grauate sunt super me.
5 Putruerunt & corrupte sũt cicatrices mee: a facie insipiẽtie mee.
6 Miser factus sũ & curua-

C̃ps Dđ in cõmẽoratione sabbati. XXXVII.

DOmine ne in ira tua arguas me: neq; i furore tuo corripias me.
Quoniã sagitte tue ifixe sunt michi: & cõfirmasti super me manum tuam.
Nec est sanitas in carne mea a vultu ire tue: & nõ est pax ossibus meis a facie peccatorum meorũ.
Quoniã iniquitates mee superposuerũt caput meum: sicut onus graue grauate sunt super me.
Cõputruerunt & deteriorauerũt cicatrices mee: a facie insipientie mee.
Miserijs afflictus sum &

Psalmus Dđ in cõmemoratione. XXXVIII.

DOmine ne in ira tua arguas me: neq; i furore tuo corripias me.
Quia sagitte tue infixe sunt michi: & tetigit me manus tua.
Nõ ẽ sanitas i carne mea a facie idignationis tue.
Nõ est pax ossibus meis: a facie peccati mei.
Quia iniqtates mee trãsierunt caput meũ: quasi onus graue aggrauate sunt super me.
Cõputruerunt & tabuerunt cicatrices mee: a facie insipientie mee.
Afflictus sum & incur-

GALL.	ROM.	HEB.
tus ſum vſq; in finē: tota die cōtriſtat⁹ igrediębar.	turbat⁹ ſū vſq; ī finē: tota die cōtriſtat⁹ igrediębar.	uatus ſū nimis: tota die merens ambulaui.
7 Quoniā lūbi mei implę- ti ſunt illuſionib⁹: & non eſt ſanitas in carne mea.	Quoniā aia mea cōplę- ta eſt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea.	Qm̄ lūbi mei impleti ſūt ignominia: & nō eſt ſani- tas in carne mea.
8 Afflictus ſū & humiliat⁹ ſum nimis: rugiębam a gemitu cordis mei.	Incuruatus ſū & humi- liatus ſū vſq; quaq; : rugię bā a gemitu cordis mei.	Euigilaui & afflictus ſū nimis: rugiębā a gemitu cordis mei.
9 Dñe ante te oē dęſideri- um meū: & gemitus me⁹ a te non eſt abſconditus.	Et ante te eſt oē dęſideri- um meū: & gemitus me- us a te nō eſt abſcōditus.	Dñe i cōſpectu tuo oē dę ſideriū meū: & gemit⁹ me us a te nō eſt abſcōditus.
10 Cor meū cōturbatū eſt dęreliquit me virt⁹ mea/ & lumen oculorum meo- rum: & ipſū nō eſt męcū.	Cor meū cōturbatū eſt in me & dęſeruit me for- titudo mea: & lumē ocu- lorū meorū nō eſt męcū.	Cor meū fluctuabat dę- reliqt me fortitudo mea: & lux oculorū meorum etiam ipſa non eſt męcū.
11 Amici mei & ꝓximi mei aduerſum me appropin- quauęrunt & ſtetęrunt.	Amici mei & ꝓximi mei aduerſus me appropia - uęrūt & ſtetęrūt: & ꝓxi- mi mei a longe ſtetęrunt.	Chari mei & amici mei quaſi contra leprā meam ſtetęrunt: & vicini mei lō ge ſtetęrunt.
12 Et qui iuxta me erāt de longe ſtetęrunt & vim fa- ciębant qui quęrębāt ani mam meam.	Et vim faciębāt qui quę- rębant animam meam / & qui inquirębant mala michi locuti ſunt vanita- tē: & dolos tota die me- ditabātur.	Et irruębant quęrentes animam meam / & inue- ſtigantes mala michi lo- quębātur inſidias: & do- los tota die meditabanť.
13 Et qui inquirębāt mala michi locuti ſunt vanita- tes: & dolos tota die me- ditabantur.	Ego autē velut ſurd⁹ nō audiębam: & ſicut mut⁹ qui non aperit os ſuum.	Ego autē quaſi ſurd⁹ nō audiębā: & quaſi mutus nō aperiębam os meum.
14 Ego autē tanq; ſurd⁹ nō audiębā: & ſicut mut⁹ nō aperiens os ſuum.	Et factus ſū vt homo nō audiens: & non habēs in ore ſuo icrepationes.	Et eram quaſi homo nō audiens: nec habens in ore ſuo redargutiones.
15 Et factus ſū ſicut homo non audiēs: & nō habēs in ore ſuo redargutiones	Qm̄ ī te dñe ſpaui: dixi tu exaudies dñe de⁹ me⁹.	Te eni dñe expectabā: tu exaudies dñe de⁹ me⁹
16 Qm̄ ī te dñe ſpaui: tu ex- audies me dñe de⁹ me⁹.	Quia dixi ne aliquando inſultēt in me īimici mei: & dum commouerentur pedes mei in me magna locuti ſunt.	Quia dixi ne forte inſul- tent michi: & cum vacilla uerint pedes mei ſup me magnificētur.
17 Quia dixi ne quādo ſu- pergaudeāt michi inimi- ci mei: & dū cōmouētur pedes mei ſuper me ma- gna locuti ſunt.	Qm̄ ego i flagella para- tus ſū: et dolor me⁹ ante me eſt ſemper.	Quia ego ad plagas pa- ratus: et dolor meus cō- tra me eſt ſemper.
18 Qm̄ ego in flagella para tus: & dolor meus in con ſpectu meo ſemper.		

19 Quoniã iiquitatem meã annunciabo:& cogitabo pro peccato meo.
Quoniã iniquitatẽ meã ego pronuncio:et cogitabo pro peccato meo.
Quia iiquitatẽ meã annuncio: ſolicitus ero pro peccato meo.

20 Inimici autẽ mei viuunt et cõfirmati ſũt ſup me: et multiplicati ſunt q̃ odę runt me iique.
Inimici autem mei viuẽt et cõfortati ſunt ſup me: et multiplicati ſũt q̃ odę runt me iníque.
Inimici autem mei viuẽtes cõfortati ſunt:et multiplicati ſũt odientes me mendaciter.

21 Qui retribuũt mala pro bonis dętrahebãt michi: quoniã ſequębar bonitatem.
Qui retríbuebant michi mala pro bonis dętrahebant michi: quoniã ſubſecutus ſum iuſtitiã.
Et qui reddunt malum pro bono aduerſabãtur michi:quia ſeq̃bar bonũ.

22 Ne dęreliq̃s me dñe deꝰ meꝰ:ne diſceſſeris a me.
Ne dęreliq̃s me dñe deꝰ meus ne diſceſſeris a me:
Ne dęreliq̃s me dñe deꝰ meus:ne ęlongęris a me.

23 Intẽde i adiutoriũ meũ: domine deus ſalutis mee
intẽde in adiutoriũ meũ dñe deus ſalutis mee.
Feſtina in auxiliũ meũ: dñe ſalutis mee.

TITVLVS. Pſalmus Dauid in cõmemoratione.in cõmemoratione:in recenſione & cõfeſſione peccatorũ.vt eni baptiſmus michil nobis profuiſſet/niſi eũ dñs ſuo ſãctificaſſet:ita neq; noſtra cõfeſſio & penitẽtia/niſi ſua noſtrã conſecraſſet ac ſanctificaſſet.ſic eni omnẽ impleri oportebat iuſtitiam. Pſalmus de Chriſto domino. Propheta in ſpiritu inducit Chriſtum dominum peccata noſtra vt ſua deo patri pro nobis confitentem.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Dñe ne in furore tuo arguas me:neq; in ira tua corripias me.pater miſericordiſſime ne increpes/ne punias me vltione vindicte eterne/ſed in miſeratione tua:neq; repẽ
2 tina vindicta in hoc mundo ferias me/ſed in patiẽtia & lõganimitate & expectatione venie. Quõm ſagitte tue infixe ſunt michi:& confirmaſti ſuper me manũ tuã. ne in ſeueritate tua punias me/ quõm
3 tela tua oppreſſerũt me:& punitio tua confirmata eſt ſuper me. Nõ eſt ſanitas in carne mea a facie ire tue:nõ eſt pax oſſibus meis a facie peccatorũ meorũ. confitebor pater/pre formidine ſcuęre vltionis tue caro mea/genus meum contabeſcit & languet:nulla requies eſt viribus anime mee in
4 contẽplatione trãſgreſſionũ mearũ. Quia iniquitates mee ſupergreſſe ſunt caput meũ:& ſicut onus graue grauate ſunt ſup me.quia tu pater/omniũ peccata poſuiſti i me:ac veluti ingentiſſimũ põdus/
5 mole ſua obruerũt me. Putruerũt & corrupte ſũt cicatrices mee:a facie inſipiẽtie mee.tã veterate ſunt inuſtiones peccatorũ meorũ/tã neglecte vt tabem iã contraxerit & putrefactionẽ:& facte ſint
6 incurabiles ob inſaniã hoim. Miſer factus ſum & curuatus ſũ vſq; in finẽ:tota die cõtriſtatus ingrediebar. O pater/ſarcina illa/cumulus ille peccatorũ oppreſſit me & incuruauit me penitus: & totí-
7 us vite curſus merore deficiebat. Qm̃ lũbi mei impleti ſunt illuſionibus:& nõ eſt ſanitas in carne mea.qm̃ generaliones cõtinuo in illuſione & peccato e lũbis educunt:& nõ eſt caro que nõ ſit pec-
8 cato obnoxia aut ob peccatũ/infirmitatẽ/penãue ſuſtinẽs. Afflictus ſũ & humiliatus ſũ nimis:rugiebam a gemitu cordis mei. O pater &ſi peccati inſons/ꝓpter peccatũ tamẽ anguſtiatus ſũ & deie-
9 ctus valde:& pre ſuſpiriis cordis ego rugitũ emittebã. Dñe ante te oẽ deſiderium meũ:& gemitꝰ meꝰ a te nõ eſt abſcõditꝰ.O pater miſericordiarum oĩs volũtas mea/oĩs ſitis mea que eſt oẽm hoiem ſal
10 uũ facere in cõſpectu tuo eſt:et rugitꝰ mei cauſa nequaq̃ tibi eſt abſcõdita. Cor meũ cõturbatũ eſt dereliq̃t me virtꝰ mea & lumẽ oculorũ meorũ:et ipſũ nõ eſt mecũ.aia mea anxiata eſt/vires mee elã
11 guerũt eneruate/ſubſtraxit ſe defẽſio tua:& ipſa me ſolũ deſeruit. Amici mei & ꝓximi mei aduerſũ me appropiquauerũt:& ſteterũt.iudei quos amicabiliter doctrina pauĩ/quos curaui/quos(vt me)di
12 lexi ex aduerſo venerũt: & herẽtes i gradu/nõ tulerũt michi auxiliũ. Et q̃ iuxta me erãt de lõge ſteterũt:& vim faciebãt qui q̃rebant animã meã.et apoſtoli/familiares & diſcipuli mei aufugerũt/
& ſteterũt ꝓcul: et ipetũ in me faciebãt/ violẽteq; pertrahebant q̃ ſatagebãt perdere vitã meam.
13 Et qui inquirebant mala michi locuti ſunt vanitates: & dolos tota die meditabantur. et ſcribe/ phariſei & pontifices explorantes mortis mee vias & occaſiones/falſas in me finxerũt accuſatiões:
14 & deceptiones iugiter in corde voluebant. Ego autẽ tanq̃ ſurdus non audiebã:& ſicut mutus nõ aperiens os ſuũ. cũ hec molirẽtur aduerſũ me/non audienti ſimilabar:& elingui nullo ſe tutãti ſermone.
15 Et factus ſum ſicut homo nõ audiens:& non habẽs in ore ſuo redargutiones. & aſſimilatus ſum ho

mini ſurdo:& qui nullos habet in ore ſermones quibus ſe excuſet/& obiecta diluens ſe purget et ap probet inſontē. Q ñ in te dñe ſperaui:tu exaudies me dñe deus meus. qñ O pater ſpes mea in te 16
conuicta eſt:tu O pater iuſtiſſime/tu dñe deus meus acceptabis penā meā/oblationē & ſatiſfactio-
nem meā. Q uia dixi nequādo ſupergaudeāt michi inimici mei:& dū cōmouētur pedes mei ſuper 17
me magna locuti ſūt. nā hoc petij pater ne vnq̄ aduerſarij mei ſupexultēt me gratis afflictū eſſe &
paſſum:et ne dū infima mei natura/dū humanitas mea cōteritur & diſſoluitur magna & ſuperba i
me loquantur. Q ñ ego in flagella paratus ſum:& dolor meus in conſpectu meo ſemp. quoniā O 18
iuſtiſſime pater ego ad patiendū prōptus ſum/ad penas/ad ipſam ferendā mortē accinctus ſum: &
meſtitia/angor & penitudo peccatorū hominū ante oculos meos obuerſatur iugiter. Q uoniā ini- 19
quitatē meā annūciabo:& cogitabo pro peccato meo. quoniā pater cōfitebor tibi & aperiā peccata
generis mei:& ſolicite curabo vt expientur illa ipſa delicta mea. I nimici autē mei viuunt/& confir 20
mati ſunt ſuper me:& multiplicati ſunt qui oderunt me inique. viuentes autē aduerſarij mei for-
tificati ſunt & inualuerunt in me:& multitudine aucti ſunt qui ſine cauſa & iniuſto odio perſequun-
tur me. Q ui retribuunt mala pro bonis detrahebant michi:quoniā ſequebar bonitatē. viri nequam 21
qui pro beneficijs cōpenſant malū ob idipſū obloquebantur & aduerſabantur michi:quia iuſtitiā ſe-
ctabar & operabar bonum. N e derelinquas me dñe deus meus:ne diſceſſeris a me. ne deſeras me 22
pater/dñator & conditor meus:ne abſcedas/ne paſſionis tēpore in petitionibus meis procul fias a
me. I ntende in adiutoriū meū:domine deus ſalutis mee. O pater intentus eſto in auxilium meū: 23
tu pater domine deus meus qui ſaluas me.

ADVERTE. Vndecimo verſu. vbi habemus amici mei & proximi mei aduerſū me appropinqua-
uerunt & ſteterunt:ex hebreo chari mei & amici mei contra leprā meā ſteterunt. quod ſignificare
videtur eos etiā qui viciſſim eū diligebant:inhorruiſſe & ſtetiſſe/neq; cogitaſſe de auxilio afferēdo:
tanta erat lepra/tanta peccati pernicies pro qua ſatiſfacturus erat vt etiā ei⁹ crederent peccatum.
& vt etiam de eo dicat Eſaias: nos putauim⁹ eū quaſi leproſū & percuſſū a deo/ & humiliatum. ipſe
autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras / attritus eſt propter ſcelera noſtra. et ſubdit. &
poſuit dominus in eo iniquitatē omniū noſtrū. ¶ Septimodecimo verſu. quia dixi nequando ſup-
gaudeant michi inimici mei:& dum cōmouentur pedes mei ſuper me magna locuti ſunt. ex hebreo
quia dixi ne forte inſultent michi/& cū vacillauerint pedes mei ſuper me magnificentur. hoc dixit/
hoc orauit pātrē piiſſimus dñs:quia paſſio neceſſaria erat ad redimēdos nos/& ideo ſponte patieba-
tur (ego inquit in flagella paratus ſū)at ille inſultationes nō erant neceſſarie/ſed ſolū perniciē iu-
deis afferētes. iccirco precatur:ne in id mali & ī ſuū quidem malum ſinat eos pater labi/nolens eos
a fructu ſue paſſionis excludi. Et melius hic nequādo q̄ ne forte. nō enim Chriſtus neſciebat aut
dubitabat quid facturi eſſent. & contra ex conſequentia ſermonis & hebreo melius diceremus ſu-
per me magna loquebātur q̄ locuti ſunt. ſic enim in hebreo reſpondet: ſuper me magnificentur.
¶ Viceſimoſecūdo verſu. ne diſceſſeris a me:ex hebreo ne elongeris/& ex precedentis particule ver-
bo derelinquas/aptius diceretur ne diſcedas a me/& rectior eſt ſermo.

¶ In finē p idithū cāticū Dauid. XXXVIII.

1 Dixi cuſtodiam vias meas: vt non dęlin-
quā in lingua mea.
2 Poſui ori meo cuſtodiā: cum conſiſteret peccator aduerſum me.
3 Obmutui & humiliatus ſū & ſilui a bonis:& do-
lor meus renouatus eſt.
4 Concaluit cor meum in-
tra me:& in meditatione mea exardeſcet ignis.
5 Locut⁹ ſū in lingua mea:

¶ In finē idithū canticū Dauid. XXXVIII.

Dixi cuſtodiam vias meas: vt non dęlin-
quam in lingua mea.
Poſui ori meo cuſtodiā: dū conſiſtit peccator ad-
uerſus me.
Obmutui & humiliatus ſum & ſilui a bonis:& do
lor meus renouatus eſt.
Concaluit cor meū intra me:& ī meditatione mea exardeſcit ignis.
Locut⁹ ſū in lingua mea/

¶ Victori p idithū ps Dauid. XXXVIIII.

Dixi cuſtodiam vias meas:ne peccem in lingua mea.
Cuſtodiam os meū ſilen tio:donec eſt impius con tra me.
Obmutui / ſilentio tacui de bono: & dolor meus conturbatus eſt.
Incaluit cor meū in me-dio mei / in meditatione mea incenſus ſum igni: locutus ſū in lingua mea.

notum fac michi dñe fi-
6 nem meum.
Et nūer dierū meor qs
est: vt sciā qd dęsit michi
7 Ecce mēsurabiles posui-
sti dies meos: & substan-
tia mea tanq̄ nichilū an-
te te. Semper.
8 Veruntamē vniuersa va-
nitas: omnis homo viuēs
9 Veruntamē in imagine
pertrāsit homo: sed & fru
stra conturbatur.
10 Thesaurizat & ignorat
cui congregabit ea/et nūc
quę est expectatio mea/
nonne domin9: & substā
tia mea apud te?.
11 Ab omnibus iniquitati-
bus meis ęrue me: oppro
briū insipiēti dedisti me.
12 Obmutui et nō apui os
meū: quoniam tu fęcisti
amoue a me plagas tuas
13 A fortitudine man9 tue
ego dęfęci: in ĩcrepationi-
b9 ꝓpter iniquitatē cor-
ripuisti hominem.
14. Et tabescere fęcisti sicut
araneā animā ei9: verūta
mē vane cōturbat omnis
homo. Semper.
15 Exaudi orationē meam
dñe/& dępcationē meā:
auribus pcipe lachrimas
meas.
16 Nesileas quoniā aduena
ego sū apd te: et pegrin9
sicut omnes patres mei.
17 Remitte mihi vt refrige-
rer priusq̄ abeam & am-
plius non ero.

notū michi fac domine fi
nem meū/et numerū di-
ęrū meorum quis est: vt
sciam quid dęsit michi.
Ecce veteres posuisti di-
es meos: et substātia mea
tanq̄ nichil ante te est.
Dp̄.
Veruntamē vniuersa vā-
nitas: omnis homo viuēs
Quanq̄ in imagine dei
ambulet homo: tamē va-
ne conturbabitur.
Thesaurizat & ignorat
cui congreget ea/et nunc
q̄ est expectatio mea nō-
ne dñs? & substātia mea
tanq̄ nichil ante te est.
Ab omnib9 iniquitatib9
meis ęripe me: opprobri-
um insipienti dedisti me.
Obmutui & non aperui
os meū: qm̄ tu fęcisti me.
Amoue a me plagas tu-
as: a fortitudie eni man9
tue ego dęfęci in increpa-
tionibus.
Propter iiq̄tatē corripui-
sti hoie: & tabescere fęci-
sti sicut araneā animā ei9
Veruntn̄ vniuersa vani-
tas: ois homo viuēs. Dp̄.
Exaudi deus oronē meā
& dępcationē meā/ auri-
b9 percipe lachrimas me-
as: ne sileas a me.
Qm̄ icola ego sū apd te
in terra: & peregrin9 sicut
omnes patres mei.
Remitte michi vt refrige
rer priusq̄ eam: et ampli-
us non ero.

Ostende michi dñe finē
meum/ & mensurā dięrū
meorum quę sit: vt sciam
quid dęsit michi.
Ecce breues posuisti di-
es meos: & vita mea qua-
si non sit in cōspectu tuo.
Sela.
Omnia eni vanitas: ōnis
homo stans.
Tántum in imagine am
bulat homo: tantum fru
stra turbatur.
Cōgregat & ignorat cui
dimittat ea: nūc ergo qd
expecto domine? pcito-
latio mea tu es.
Ab oib9 iiquitatib9 me-
is libera me: opprobriū
stulto ne ponas me.
Obmutui nō aperui os
meū/ quia tu fęcisti/ tolle
a me plagas tuas: a contē
tione manus tue ego con
sumptus sum.
In increpationibus pro
iiquitate corripuisti virū/
& posuisti quasi tineam
desiderabilia eius: verun-
tamen vanitas omnis ho
mo. Sela.
Audi orationē domine
et clamorem meum exau
di: ad lachrimā meam ne
obsurdescas.
Quia aduena ego sum
apud te: & peregrin9 sicut
omnes patres mei.
Parce michi vt rideā an
teq̄ vadam: & non subsi
stam.

TITVLVS. Ad victoriã ipsi idithum psalmus Dauid. Psalmus super populo fideli. Propheta in spiritu loquitur in persona cuiusq; sancti qui caducis rebus spretis eterna concupiscit.

EXPOSITIO CONTINVA. Dixi custodiã vias meas: vt non delinquã in lingua mea. statui ꝓ- 1
misi me obseruaturũ precepta quibus incedam & circũspicere quonã modo michi erit viuendum: & primũ vt non peccem in verbo. Posui ori meo custodiã: cum consisteret peccator aduersũ me. 2
custodiui infrenauit os meũ non laxaui in maledicentiã: dũ maledicus & transgressor impeteret & lacesseret me. Obmutui & humiliatus sum & silui a bonis: & dolor meus renouatus est. conticui & 3
spretui habitus sum sustinens improperia & non me in memorandis benefactis iustificaui: & noua michi superuenit anxietas cupienti a vinculis mortalitatis absolui. Incaluit cor meum in medio 4
mei: in meditatione mea exardescet ignis. inflãmatũ est cordis mei desideriũ intra meipsum: & in hac ipsa cogitatione mea in hoc desiderio absoluẽdi a rebꝰ terrenis tanq̃ igni succensus sum. Locutus sum in lingua mea: notũ fac michi domine finem meũ. aperui os meũ & dixi: O domine deꝰ 5
manifesta michi exitũ huius laboriose vite & meam ab ijs mortalitatis angoribus liberationẽ. Et 6
numerũ dierum meorũ quis est: vt sciam quid desit michi. & tu domine deus meꝰ ostẽde mihi quot dies michi adhuc supersunt in hac erumnosa vite calamitate: vt intelligã que michi pro tantillo re
quirenda erunt. Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substãtia mea tanq̃ nichilũ ante te. ecce 7
domine in certo numero statuisti tempora presentis vite mee: & vita mea presens perinde atq; nichilũ est in contemplatione eternitatis tue. Veruntamen vniuersa vanitas: omnis homo viuens. 8
& q̃q̃ sic statueris certis terminis dies hominis attamen per omnia vanitati subiacet omniq; mutationi est obnoxius omnis homo hanc mortalẽ vitam degens. Veruntamen in imagine pertransit homo: sed & frustra conturbatur. veruntamen in quadã imitatione percurrit homo dies quos il 9
li statuisti: sed & in illis homo vanis subiacet perturbationibus. Thesaurizat & ignorat cui cõgregabit ea & nunc que est expectatio mea nõne domin9: & substantia mea apud te est. homo in sta- 10
turis sibi diebus congregat diuitias & eũ fugit quis post eum habiturus sit eas & nunc quenã mihi hec tam vana cognoscenti spes mea esse debet que prestolatio mea nõne tu domine deus meus:
& vita mea apud te est & non in hoc vano mortali caducoq; mundo? Ab omnibus iniquitatibus 11
meis erue me: opprobriũ insipienti dedisti me. dimitte michi domine omnes offẽsas meas quas cõtra te qui es expectatio & desideriũ meũ adnusi: tu fecisti vt peccator michi improperaret exprobraret & me contumelijs afficeret. Obmutui & non aperui os meũ qm̃ tu fecisti: amoue a me plagas 12
tuas. conticui et non respondi ei verbũ quoniã fecisti vt peccator aduersũ me consisteret vt me merito molestia afficeret: aufer igitur a me flagella que inculsisti. A fortitudine manꝰ tue ego de- 13
feci: in increpationibꝰ propter iniquitatẽ corripuisti hominẽ. pre magnitudine vltionis tue ego redactus sum in nichilũ: ꝓpter trãsgressionẽ meã tu sic pressuris tu hostiũ molestijs hunc in modũ cor
ripuisti me. Et tabescere fecisti sicut araneam animã eius: veruntamen vane conturbatur omnis 14
homo. emarcescere et deficere fecisti velut arancorũ telam vitam meã: attamen vana est hec mea et ceterorũ hominũ conturbatio. Exaudi orationẽ meã domine et deprecationẽ meam: auribꝰ perci 15
pe lachrimas meas. domine deus admitte precem meã et supplicationẽ meã: neq; fletibꝰ meis tue exauditionis auditũ occludas. Ne fileas quoniã aduena ego sum apud te et peregrinꝰ: sicut omnes 16
patres mei. ne reprobũ me habeas ne indignũ me ducas exauditione tua quia ego aduena sum apud te et qui anhelo ad te peregrinando peruenire: sicut et omnes antecessores mei qui ex hac
mortali peregrinatione ad te peruenẽre. Remitte michi vt refrigerer priusq̃ abeam: et amplius nõ 17
ero. dimitte michi domine iniquitates meas vt parumper respirem et quiescã anteq̃ ex hac mortali vita emigrem: ad quam rursus degendam nunq̃ redibo.

ADVERTE. Circa titulũ ad victoriã ipsi Idithum. Ἀληθουμ Idithum vnus fuit diuine melopœie qui in cithara prophetabat: vt legitur in paralipomenis. et hec laus in spiritu Dauid monstrata illi ad canendũ cõmissa est aut illi et Dauid cõmuniter est inspirata. pulsabat eni Dauid citharã nõnunq̃ cũ prophetis eodẽ spiritu agitatus et simul aut alterne diuinã continuans harmoniã. Et Idithum: transiliens interpretatur. quo nichil forte absurdum fuerit: si hic psalmus pro populo transmigranti id est sola supramundana bona gliscenti et hec infima calcanti intelligatur. Quarto versu in meditatione mea exardescet ignis: huic particule ex hebreo respondet in meditatione mea incensus sum igni. quod clariorẽ prebet intelligentiã: siue id vocabulũ igni additũ vehementiã desiderij indicet siue spiritus sancti ad calcanda terrena et ad horam labentia bona impulsum. et forte in tralatione nostra quid intelligibilius diceretur: si diceremꝰ exardescet ad vehementiã motus animi et fortis affectus exprimẽdam. et melius adhuc si legeremus: et in meditatione mea exarsit ignis. id eni magis quadrat huic: et in meditatione mea succensus sum: igni. Octauo versu. ve-

runtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. hic vniuersa neutrū plurale est/non epithetū sequē tis vocabuli vanitas. quod ex hebreo et greco cognoscitur. nam ex hebreo dicit omnia enī vanitas omnis homo stans. et in greco πλην τα συμπαντα ματαιοτης πας ανθρωπος ζων. quare prepositio videtur intelligenda. vt sit sensus: veruntamen per vniuersa/per omnia/per vniuer sos affectus suos vanitas omnis homo viuens. aduerte etiam dictiunculam enim ex hebreo redditi= uam causę superioris littere: aptiorē esse ꝙ veruntamen. ¶ Nono versu. Veruntamen in imagine per= transit homo/sed et frustra conturbatur. ex hebreo tantū in imagine ambulat homo: tantum frustra conturbaꝝ. quasi intelligamus: in hoc mundo non est veritas vite hominis/sed quedā vmbra/quod= dam vestigiū et tenuis imago in cōparatione ad eam vitā quam finita peregrinatione habiturus est apud deum. ideo ꝓ ijs que huic accidunt vmbratili vite: frustra conturbatur omnis homo. sed debet mentē suā quidquid acciderit imperturbatā/in expectatione vere vite fixā tenęre. nam nondū appa ruit/vt dilectus inquit apostolus: quid erimus. et cū apparuerit: similes filio dei erimus/neq; amplius vlli obnoxij vanitati/vniuersęq; corruptioni et perturbationi. ¶ Vndecimus et duodecimus versus respondent secundo et tertio: et eos latius explicant. ex quib⁹ āmonemur patientie et tolerantie: quoties nos malis/opprobrijs/molestijs aut cōtemptib⁹ ab aliquib⁹ afficimur/arbitrantes nos illa iure pati ob transgressiones nostras/et deum nos his castigationib⁹ vt increpationibus aut emēda= rę aut ꝓbare. et satius emendare putare: q̄ ꝓbare. nam probatio iustorū est. et quis se putare iustū ante deum audeat? ¶ Tertiodecimo versu. distinctionis punctus: post defeci/faciendus. quod cogno scit ex hebreo. ¶ Quintodecimo versu. auribus percipe lachrimas meas: id magis consentanee di= citur ex hebreo/ad lachrimas meas ne obsurdescas. Quo fit vt id auribus percipe/ad precedens vo cabulū deprecationē/reuocandū esset: et ne sileas principium versus sequentis identidem reuocan= dum/in finē ꝓcedentis/et lachrimas meas accusatiuū in datiuum casum mutandū atq; ita pro quinto decimo versu legendū. exaudi orationē meam domine et deꝓcationem meā aurib⁹ percipe: lachri= mis meis ne sileas. deinde sextusdecimus incipiendus quoniā aduena ego sum apud te. et tunc cōci liata erit nostra et hebraica tralatio.

¶ In finem psalmus Dauid. XXXVIIII.

1 Expectans expectaui dominū: & intendit michi.
2 Et exaudiuit p̄ces meas: & ęduxit me de lacu miserie & de luto fecis.
3 Et statuit supra petrā pedes meos: & direxit gressus meos.
4 Et immisit in os meū cāticū nouū: carmē deo nr̄o
5 Videbunt multi & timębunt: & spęrabūt in dño.
6 Beat⁹ vir cuius est nomē domini spes eius: & nō respexit in vanitates & insanias falsas.
7 Multa fęcisti tu domine deus me⁹ mirabilia tua: & cogitationibus tuis nō est qui similis sit tibi.

¶ In finem psalmus Dauid. XXXVIIII.

Expectans expectaui dominum: & respexit me.
Et exaudiuęit dꝓcationē meā: & ęduxit me de lacu miserie & de luto fecis.
Et statuit supra petrā pedes meos/& direxit gressus meos: & immisit in os meum canticū nouū/hymnū deo nostro.
Videbunt multi & timębunt: & spęrabūt in dño.
Beat⁹ vir cuius est nomē domini spes eius: & non respexit in vanitatē & insanias falsas.
Multa fęcisti tu domine deus me⁹ mirabilia tua: & cogitationib⁹ tuis non est quis similis tibi.

¶ Pro victoria psalmus Dauid. XXXX.

Expectans expectaui dominū & inclinatus est ad me: & audiuit clamorem meum.
Et ęduxit me de lacu fa= moso/de luto ceni/& sta= tuit supra petram pedes meos: stabiliuit gressus meos.
Et dedit in ore meo cāti= cū nouū: laudē deo nr̄o.
Videbunt multi & timę= bunt: & spęrabūt in dño.
Beatus vir qui posuit do minū confidentiā suā: & nō est auersus ad supbi= as pompasq; mendacij.
Multa fęcisti tu domine deus me⁹ mirabilia tua: & cogitationes tuas pro nobis

GALL.	ROM.	HEB.
8 Annunciaui & locut⁹ ſũ: multiplicati ſũt ſuper numerum.	Annũciaui & locutus ſũ multiplicati ſunt ſup̃ numerum ſacrificiũ et oblationem noluiſti: corp⁹ autem perfeciſti michi.	Non iuenio ordinẽ corã te ſi narrare voluero et numerare: plura ſũt q̃ vt narrari queant.
9 Sacrificiũ et oblationem noluiſti: aures autem p̃fęciſti michi.	Holocauſta etiã pro delicto non poſtulaſti: tũc dixi ecce venio.	Victima et oblatione nõ idiges: aures fodiſti mihi
10 Holocauſtũ et pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi ecce venio.	In capite libri ſcriptũ eſt de me vt faciã voluntatẽ tuã deus me⁹ volui; et lęgem tuam in medio ventris mei.	Holocauſtũ et p̃ peccato non petiſti. tunc dixi ecce venio.
11 In capite libri ſcriptũ eſt de me vt facerẽ volũtatẽ tuã deus meus volui: et lęgem tuã in medio cordis mei.	Bene nunciaui iuſticiam tuã in eccleſia magna: ecce labia mea nõ p̃hibębo	In volumine libri ſcriptũ eſt de me vt facerẽ placitũ tibi: de⁹ me⁹ volui et lęgem tuam in medio ventris mei.
12 Annunciaui iuſtitiã tuã in eccleſia magna: ecce labia mea non prohibębo domine tu ſciſti.	Domine tu cognouiſti iuſtitiã tuã non abſcõdi in corde meo: vęritatẽ tuam et ſalutare tuum dixi.	Annunciaui iuſtum tuũ in eccleſia multa: ecce labia mea non p̃hibębo domine tu noſti.
13 Iuſtitiam tuã non abſcõdi in corde meo: vęritatẽ tuã et ſalutare tuũ dixi.	Non cęlaui miſericordiã tuam et vęritatẽ tuã: a ſynagoga multa.	Iuſtitiam tuã non abſcõdi in medio cordis mei: fidem tuã et ſalutare tuũ dixi.
14 Non abſcondi miſericordiam tuã et vęritatẽ tuã: a concilio multo.	Tu autẽ domine ne lõge facias miſerationes tuas a me: miſericordia tua et vęritas tua ſemp̃ ſuſcępęrunt me.	Non abſcondi miſericordiam tuã et vęritatẽ tuã: ĩ eccleſia multa.
15 Tu autẽ domine ne lõge facias miſerationes tuas a me: miſericordia tua et vęritas tua ſemper ſuſcępęrunt me.	Quoniã circundedęrũt me mala quorũ nõ eſt numer⁹ comp̃hendęrũt me iniquitates mee: et nõ potui vt vidęrem.	Tu dñe nõ p̃hibebis miſericordias tuas a me: miſericordia tua et vęritas tua iugiter ſeruabũt me.
16 Quoniã circundedęrũt me mala quorũ nõ eſt numer⁹ cõprehendęrũt me iniquitates mee: et nõ potui vt vidęrem.	Multiplicati ſunt ſup̃ capillos capitis mei: et cor meum dęreliquit me.	Circundedęrunt enĩ me mala quorũ nõ eſt numerus comp̃hẽdęrũt me iniquitates mee: et nõ potui vidęre.
eorum.sub pedibus suis habebunt eos fideles in resurrectione/& in seculorũ regeneratione: cum re-
16 sumpto corpore oi destituti auxilio tabescent in penis gehenne/videntes gloriã iustorũ. Verũtamẽ
deus redimet animã meã de manu inferi:cũ acceperit me.attamen non ita erit vt ipsi cogitãt perpe
tuo mortificare me/sed pater meus celestis eruet animã meã a potestate mortis:cum ex morte in vi
17 tam reuocauerit me. Ne timueris cũ diues factus fuerit homo:& cum multiplicata fuerit gloria do
mus eius. Exhortatio Christi benignissimi dei nostri ad quẽuis fidelẽ/terrenã potentiã ne formida-
18 ueris cum virũ locupletatũ videris:& cum auctus fuerit splendor familie eius. Quoniã cũ interierit
non sumet omnia:neq; descendet cũ eo gloria eius.quia cum morietur nichil secũ, asportabit: neq;
19 comitabitur eum ad inferna euntẽ illa eius famulantiũ pompa. Quia anima eius ĩvita ipsius bene-
dicetur:confitebitur tibi cum benefeceris ei.et hec ei cõtinget calamitas/ quia fruetur in vita sua bo
20 nis:laudabit te cũ ipse similia feceris. Introibit vsq; in progenies patrum suorũ:vsq; in eternũ nõ vi-
debit lumen.descendet ad inferos vsq; ad generationes predecessorũ suorũ:detinebitur in tenebris
21 exterioribus vsq; in perpetuũ. Homo cũ in honore esset non intellexit.resumit duodecimũ versum:
eiq; similis adpretur intelligẽtia/sed nunc vniuersaliter ad omnes insipientes/qui similiter honorẽ
visitationis filij dei nõ intelligentes/vt Iudas/Annas/Caiphas/& amẽtes iudei in perpetuũ punient.
ADVERTE. Secundo versu.quiq; terrigene & filij hominũ:ex hebreo tam filij Adam/q̃ filij singu
lorum.quod significare videtur audite filij hominũ tam simul omnes q̃ singuli seorsum.alij volũt tã
plebei q̃ nobiles & inclyti. ¶ Quarto versu.aperiã in psalterio propositionẽ meã:ex hebreo/aperi-
am in cithara ænigma meũ.vbi vt psalterio antiqua lex significatur ob decalogum:ita cithara lex
noua ob trine beatitudinis cognitionẽ.sic igitur id/aperiã in cithara ænigma meũ/significare vide-
tur:aperiam in euangelio parabolas meas/vt & alibi scriptum est/aperiã in parabolis os meũ.quod
in eius aduentu apertissime est cognitũ.nam ex Marco:sine parabola nõ loquebatur eis.si igitur ci-
thara legitur & ænigma:forsitan clariorẽ habet ad mysteria que secuta sunt itelligentiã. ¶ Septimo
versu.quod dicimus frater nõ redimit redimet homo:Hieronymus ex hebreo/fratrẽ redimens non
redimet vir.vnde patet negationẽ non primo verbo redimit/sed secundo redimet adiciendam/& a
negatione suspensam orationẽ ad mediũ sequentis versus.vbi non sue sed eorũ videtur ex hebreo
legendũ.talisq; ex precedentiũ sequela videtur sensus:qui iuxta litterã expositus est/Christũ videli-
cet redimentẽ genus humanũ fraternitate carnis sibi sociatũ/non daturũ deo placationẽ suã & pre-
cium redẽptionis ,p anima Iude & eorum scilicet qui captauerũt in animã iusti.quorũ iniquitas cir-
cundedit eum:& qui confidebant in virtute sua/& in multitudine diuitiarum suarũ gloriabãtur. Ad-
de & id iniquitas calcanei mei intelligi posse iniquitas proditoris Iude.de quo erat prophetia/ & le
uabit cõtra me calcaneũ suũ.sed & eadẽ erat Anne/Caiphe/pricipũ sacerdotũ/scribarũ & phariseo-
rum & consilij eorũ.Quis eni Iudã/Annã/Caiphã & multos complices eorũ:non credit eterna mor-
te mulctatos/& mortẽ Christi saluandos redimẽtis/nõ fuisse propiciationẽ deo pro ipsis & precium
redemptionis anime eorũ:saltem vel ex hoc loco intelligat. ¶ Eodẽ septimo versu.nec dabit deo
placationẽ suã:Hieronymus ex hebreo/nec dabit deo propiciationẽ pro eo.vbi apte videtur intelli-
gi Iudas pro quo Christus dñs propiciationẽ non dedit.& de quo/eius dãnationẽ significans dixe-
rat:ve autem homini illi per quẽ filius hominis tradetur.bonũ erat ei/si natus non fuisset homo il-
le. Et ex hebreo æque verti poterat & intelligibilius fratrẽ redimens nõ redimet virũ/ Iudã scilicet
intelligendo/nec dabit deo propiciationẽ pro eo.id precedentẽ particulam explicat.& prophetia
apertior. ¶ Octauo versu.& preciũ redẽptionis anime sue/legẽdũ ex hebreo(vt dictũ est)anime eo-
rũ. ¶ Et subsequẽter & laborabit ĩ eternũ:ex hebreo nõ laborabit sed quiescet qđ illi oppositũ est/le-
gendum est.id eni ad Christũ redimentẽ respicit/& ad id quod sequitur & viuet adhuc in finẽ/siue
viuet vltra in sempiternũ conspirat.at non æque/laborabit. ¶ Nono versu.id / non videbit interitũ:
identidẽ respicit Christũ.quod autẽ sequitur:illos de quibus superior sermo/crucifixores suos id est
machinatores & mortis eius iuẽtores.sũt autẽ qui & septimũ & hunc nonũ versũ / cum interrogatio-
ne intelligũt:at illi extingunt prophetie spiritũ. ¶ Decimo versu.& sepulcra eorũ domus illorũ in
eternũ.domus recti casus est ex greco οικιαι αυτωρ εισ τορ αἰωρα. & id pretendere videtur
de sepulturis & domibus eorum apud iferos.quod & consequens sermo insinuat.sicut oues in infer
no positi sunt:mors depascet eos.& deinceps/introibit vsq; in progenies patrum suorũ:vsq; in eter-

num non videbit lumen. Hieronymus autē cum dixit domos suas/retulit in verbū precedens dereliquent:& de terrenis possessionibus intellexisse videtur. ¶Vndecimo versu.vocauerūt nomina sua in terris suis.illud vocauerunt nō respicit eos qui alienis reliquerunt diuitias suas & tabernacula sua vsq; ad mundi consumationem:sed alienos qui a captiuitate eorū nouissima/terras eorū acceperūt/ & possessiones eorū nominibus suis nuncupauerunt.quare clarior patet intelligētia:si in fine vbi legimus in terris suis dicatur in terris eorum vt ex greco/aut ipsorum vt in psalterio romano.q̄q̄ siue suis siue eorum idem sit sensus:sed ex modo loquendi/illud ancipitius. ¶Tertiodecimo versu. hec via illorum scandalum ipsis:ex hebreo Hieronymus hec est via insipientie eorum.& est intellectus q̄ assimulentur iumentis insipientibus/gentibus omni libidine defluentibus/ignorantibus deum/ hec via est insipientie eorū q̄ non cognouerunt honorem quo deus honorificauit eos/mittendo eis Christum suum.& hic & illic intelligentia bona. ¶Secunda eiusdē tertiidecimi versus particula/& postea in ore suo cōplacebunt:apertius Hieronymus ex hebreo/& post eos iuxta os eorum current quo manifeste spiritus sanctus eloquitur:posteritatē iudeorum secuturos eos/ qui Christum dominum nece affecerunt.& vt illi dominum glorie negauerūt:ita & isti negabūt.id enim aperte signat/ & post eos iuxta os eorum current/in sermones oris eorum conspirabunt.que prophetia ad presētia vsq; tēpora impleri videtur.& hec est causa:quare vt greges animaliū in infernum & perditionē per tanta tempora descendunt.& vtinam spiritum haberent quo valerent scripturas de se intelligere:& ad vitam respirarent.nam vita in dei voluntate est:& mors in indignatione eius. ¶Quintodecimo versu.& auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum:aliquid apertius Hieronymus ex hebreo/& figura eorum conteretur in inferno post habitaculum suum.quod significare videtur & anima eorum que diuina effigie fuerat insignita cruciabitur in inferno/posteaq̄ resūpserit corpus suum/habitaculum suum.quo modo eni ibi intelligitur auxiliū veterascere:vbi nullum vnq̄ auxilium/nullum subsidium/vbi ne guttula quidem aque lugubriter petita concederetur ad refrigerium? interpretes vero forte rationem habuerunt sequentiū particularū in versibus 17 & 18:vbi dicitur cū multiplicata fuerit gloria domus eius/& neq; descendet cum eo gloria eius.quare habitaculū:gloriam interpretati sunt.& in greco & in romano psalterio ad complendā sententiā vocabulū expellor adiecerunt dicentes:& a gloria sua expulsi sunt/quasi id explicet quod premissum fuerat auxilium eorum veterascet in inferno.sed & id minus q̄ ex hebreo accōmode:videbitur dictum. ¶Decimonono versu.quia anima eius in vita ipsius benedicetur:Hieronymus ex hebreo/ quia anime sue in vita sua benedicet.& q̄uis hoc & illud idē velit:vt tamē ex hebreo habetur promptiorē habet itelligentiam.benedicere eni anime sue in hac vita:est indulgere ei in voluptate.benedicebat eni anime sue diues ille in euangelio:cuius ager vberes fructus attulit & dicebat anime sue.anima mea habes multa bona posita in annos plurimos:requiesce/comede/bibe/epulare.at dei censurā: huiusmodi hac in vita benedictionē maledictione ferientē audiuit.stulte hac nocte animā tuam repetunt a te:que autē parasti cuius erunt? ¶Eiusdē 19 versus secunda particula.cōfitebitur tibi cum benefeceris ei:ex hebreo alius sensus/laudabunt te cum benefeceris tibi.qui sensus est:diuites huius seculi laudabunt te: q̄diu diuitie affluxerint tibi.nā qui in deo pauperes/studeant diuites esse in hoc seculo:nullam laudem nisi a diuitijs ducunt/atq; solos sibi similes laudant. Et ex his/satis euasit perspicuum in nostra huius ad vniuersos & singulos altissime prophetie psalmodia/multa ad hebraice veritatis incudem(id est ad eum ipsum qui per spiritum sanctū eā cōposuit authorē)esse reuocāda.

¶Psalmus Asaph. XXXXVIIII.

1 DEus deorū dns locut⁹ est:& vocauit trā.
2 A solis ortu vsq; ad occasum:ex sion species decoris eius.
3 Deus manifeste veniet: deus noster & nō silębit.
4 Ignis i cōspectu eius exardescet:& in circuitu ei⁹ tempestas valida.

¶Psalmus Asaph. XXXXVIIII.

DEⁱ deorū dns locut⁹ est:& vocabit terrā.
A solis ortu vsq; ad occasum:ex sion species decoris eius.
Deus manifestⁱ veniēt: deus noster & nō silębit.
Ignis in cōspectu eius ardębit:& i circuitu eius tēpestas valida.

¶Psalmus Asaph. L.

FOrtis deⁱ dns locut⁹ est:& vocauit terram
Ab ortu solis vsq; ad occasum eius:de sion perfecto decore deⁱ apparuit.
Veniet deus noster et nō tacębit:ignis corā eo vorabit/& in circuitu eiⁱ tēpestas valida.

GALL.

5 Aduocauit cęlum desur sum: et terram discernere populum suum.

6 Congregate illi sanctos eius: qui ordinant testamentū eius sup sacrificia.

7 Et annunciabunt cęli iustitiam ei⁹: quoniam de⁹ iudex est. Semper.

8 Audi populus meus & loquar / israel & testificabor tibi: deus deus tuus ego sum.

9 Non in sacrificijs tuis arguam te: holocausta autē tua in cōspectu meo sunt semper.

10 Non accipiam de domo tua vitulos: neq; de gregibus tuis hircos.

11 Quoniam mee sunt omnes ferę siluarum: iumenta in montibus et boues.

12 Cognoui oīa volatilia cęli: et pulchritudo agri męcum est.

13 Sięsuriero non dicam tibi: meus est enī orbis terre et plęnitudo eius.

14 Nūquid māducabo carnes taurorū: aut sanguinem hircorum potabo?

15 Immola deo sacrificium laudis: et redde altissimo vota tua.

16 Et iuoca me indie tribulationis: et ęruam te et honorificabis me.

17 Peccatori autē dixit de⁹ quare tu ęnarras iustitias meas: et assumis testamētum meum per os tuum?

ROM.

Aduocauit cęlū sursum: & terrā vt discerneret populum suum.

Cōgregate illi sctōs eius: qui ordinauęrūt testamē tum eius super sacrificia.

Annunciauęrunt cęli iustitiam eius: quoniā deus iudex est. Dp̄.

Audi populus me⁹ & loquar / israel et testificabor tibi: quoniam deus deus tuus ego sum.

Non super sacrificia tua arguā te: holocausta autē tua in cōspectu meo sunt semper

Non accipiam de domo tua vitulos: neq; de gregibus tuis hircos.

Quoniam mee sunt omnes ferę siluarum: iumenta in montibus et boues.

Cognoui omnia volatilia cęli: et speciēs agri męcum est.

Si ęsuriero non dicā tibi: meus est enim orbis terre et plęnitudo eius.

Nūquid māducabo carnes taurorū: aut sanguinem hircorum potabo?

Immola deo sacrificium laudis: et redde altissimo vota tua.

Inuoca me in die tribulationis tue: ęripiā te et magnificabis me.

Peccatori autē dixit de⁹ quare tu ęnarras iustitias meas: et assumis testamētum meum per os tuum?

HEB.

Vocauit cęlū desursum: et terram vt iudicet populum suum.

Congregate michi sctōs meos: qui feriunt pactū meum in sacrificio.

Et annunciabunt cęli iustitiam eius: quia deus iudex est. Sela.

Audi populę meus & loquar / israel & cōtestabor te: deus de⁹ tu⁹ ego sum.

Nō ꝓpter victimas tuas arguam te: et holocausto mata tua coram me sunt semper.

Non accipiam de domo tua vitulum: neq; de gregibus tuis hircos.

Mea sunt enī omnia animalia siluarum: pecudes in montibus milium.

Scio omnes aues montium: & vniuersitas agri męcum est.

Si ęsuriero non dicam tibi: meus est enim orbis & plęnitudo eius.

Nunquid comedam carnem taurorū: aut sanguinem hircorum bibam?

Immola deo laudem & redde altissimo vota tua.

Et iuoca me in die tribulatiōis: liberabo te et glorificabis me.

Impio autem dixit deus quid tibi est cū narratiōe ꝑceptoꝝ meoꝝ: et vt assumas pactū meū i ore tuo?

GALL.	ROM.	HEB.
18 Tu vero odisti disciplinam: proiecisti sermones meos retrorsum.	Tu vero odisti disciplinam: & proiecisti sermones meos post te.	Qui odisti disciplinam: & proiecisti verba mea post te.
19 Si videbas furē currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuā ponebas.	Si videbas furē simul curebas cū eo: & cū adulteris portionē tuā ponebas	Si videbas furem consentiebas ei: & cum adulteris erat pars tua.
20 Os tuum abundauit malitia: et lingua tua concinnabat dolos.	Os tuum abundauit nequitia: & lingua tua concinnauit dolum.	Os tuū dimisisti ad malitiam: & lingua tua concinnauit dolum.
21 Sedēs aduersus fratrem tuum loquebaris / & aduersus filium matris tue ponebas scandalum: hec fecisti & tacui.	Sedēs aduersus fratrem tuum detrahebas: & aduersus filium matris tue ponebas scandalum. Hec fecisti & tacui: existimasti iniquitatem quod ero tibi similis.	Sedēs aduersus fratrem tuū loquebaris: & aduersus filiū matris tue fabricabaris opprobriū. Hec fecisti & tacui: existimasti me futurum similem tui.
22 Existimasti inique quod ero tui similis: arguā te & statuam contra faciē tuā.	Arguā te & statuā illā cōtra faciē tuā: itelligite hec q obliuiscimini dn̄s nequā rapiat & nō sit q̄ eripiat.	Arguā te et ꝓponā te ante oculos tuos / itelligite hec q obliuiscimi deū: ne forte capiā et nō sit q liberet
23 Intelligite hec qui obliui scimini deū: nequādo rapiat & nō sit qui eripiat.	Sacrificium laudis honorificabit me: et illic iter in quo ostendam illi salutare dei.	Qui immolat cōfessionē glorificat me: & qui ordinat viam ostēdam ei salutare dei.
24 Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter quo ostendam illi salutare dei.		

TITVLVS. Psalmus asaph. psalmus de christo domino, propheta in spiritu loquitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Deus deorū dominus locutus est: & vocauit terram. deus / deitatis 1
participū dns in primo aduētu suo vocē suā dedit: et accersiuit orbis habitatores in vnius fidei cōspirationem & concordiā. A solis ortu vsq; ad occasum: ex sion species decoris eius. ab oriente ad 2
occidentē: ex hierusalē pulchritudo / decorq; legis eius. Deus manifeste veniet: deus noster & nō 3
silebit. christus dns secūdo suo aduentu cunctis vidētibus ad iudicandū venturus est: sese deū nostrum esse declarans / in maiestate & potestate magna veniet / & potentiam suā non dissimulabit.
Ignis in conspectu eius exardescet: & in circuitu eius tēpestas valida. machina mūdi ante eum cō 4
flagrabit: & eam per circuitū vehemens turbo inuoluet. Aduocauit celum desursum: & terrā discer 5
nere populū suum. acciuit virtutes celorū: & ex terre monumētis hoies ad iudiciū / ad discussionem operum / ad segregationē bonorū & malorū. Congregate illi sanctos eius: qui ordinant testamen 6
tū eius sup sacrificia. angeli eius adducite illi duodecim apostolos coassessores eius ad iudiciū: qui disposuerūt legē eius ad sacrificandū ei / ad colendū eū. Et annūciabūt celi iustitiā eius: quia deus 7
iudex est. archangeli / in iussu / in tuba dei iudiciū ꝑconizabūt / virtutes celorum sentētiam probabunt: quia ad christū dn̄m spectat iudiciū. Audi populus meus & loquar / israel & testificabor tibi: 8
deus deus tuus ego sum. hic cōuertit sermo & inducit deus adhortās populū israeliticū ad eū suscipiendū & pactū ei⁹ in primo ei⁹ aduētu seruādū / quo nō pereāt sed saluent in secūdo / ausculta ergo nunc plebs mea israelitica / & alloquar te in primo aduētu meo / & ꝓtestabor tibi: quia ego sum quē tu audire / colere & adorare teneris. Non in sacrificijs arguā te: & holocausta tua in conspectu 9
meo sunt semp. cū aduenero nō reprehendā te ꝓpter sacrificia veteris legis: neq; michi imolatiōes victimarū / incensiones capitum / pedū / adipū / iecusculorū / renūculorum / & id genus placēt in perpetuum. Non accipiā de domo tua vitulos: neq; de gregib⁹ tuis hircos. Quoniā mee sunt oēs fe- 10
re siluarum / iumenta in mōtibus & boues. cū aduenero nō petam vt michi imoles de possessione 11
tua iuuencos: neq; de armētis tuis pro expiatione peccati tui olidos capros. nam omnia anima-

lia saltuum mea sunt: omnes pecudes & armenta montium/omnes homines agrestium mo=
12 rum mei sunt/et qui mansuetiores ad alta contendunt. C ognoui omnia volatilia celi: et pulchritu
13 do agri mecum est. agnoui omnes spiritus celorum: et decor vniuersi apud me est. S i esuriero non
dicam tibi: meus est enim orbis terre et plenitudo eius. si me rei alicuius capit desiderium non ve=
14 niam ad te vt a te recipiã: nam terre circuitus et quicquid eius continet amplitudo/mea sunt. N ũ=
quid manducabo carnes taurorum: aut sanguinem hircorum potabo? nunquid in sacrificio tuo an
tiquo cibus meus erunt carnes victimarum tuarum: aut potus meus cruor earum? nequaq; .et iccir
15 co ostendo tibi nouum sacrificium. I mmola deo sacrificium laudis: et redde altissimo vota tua. sa=
crifica deo eucharistie sacramentum/memoriam et confessionem beneficiorum que tibi impẽdit:
16 et offer domino deo tuo que voueris et promiseris. E t inuoca me in die tribulationis: et eruam te/
et honorificabis me. auxilium a me pete cum afflixeris: et ego de tribulatione tua eruam te/et sa=
17 crificio laudis votorũq; horum redditione honore afficies me. P eccatori autem dixit deus: quare
tu enarras iustitias meas/et assumis testamentum meum per os tuum? ad impium autem et pecca
catorem locutus est dominus: quare audes meum sacrificiũ laudis attrectare/et recitare in eo pre=
cepta mea et recensere mea ad iustificandos homines beneficia/et polluto ore quod meo nouo et
18 eterno testamento sancitum est assumere? T u vero odisti disciplinam: et proiecisti sermones meos
retrosum. tu vero serue nequã accedere audes ad sacrificium meũ/et exosus es legem meam: & re=
19 pulisti procul a te precepta mea. S i videbas furem currebas cum eo: et cum adulteris portionem
tuam ponebas. si quem intuebaris precepta mea transgredientem tu te illi socium adiungebas/cũ
20 fure furabaris: et cum mecho mechabaris/et tu audes accedere ad sacrificiũ meum? O s tuum abũ
dauit malitia: et lingua tua concinnabat dolos. abunde laxasti os tuum ad loquendum mala: & ser
21 mones tuos adaptabas ad fallendum. S edens aduersus fratrem tuum loquebaris/et aduersus filiũ
matris tue ponebas scandalũ: hec fecisti & tacui. tu cum alijs stans detrahebas proximo tuo/& ad=
22 uersus filium ecclesie machinabaris ignominiam: tu hec patrasti / et distuli vindictam. E xistimasti
inique q; ero tui similis: arguã te/et statuam contra faciẽ tuã. perfide/flagiciose/et serue nequã cre=
didisti q; similiter ac tu delectabor malis: ego in vindicta mea corripiam te / et ponam peccatum
23 tuum ante te in confusionem tuam. I ntelligite hec qui obliuiscimini deum: nequando rapiat et nõ
sit qui eripiat. ad vos hi sermones qui auditis ad sacrosanctas accedere dei institutiones / et negli=
gitis precepta eius facere/hec verba oris dei diligenter aduertite: ne forte nisi penitentia conuersi
24 fueritis/vos rapiat ad tormenta gehenne/et non sit qui vos possit inde eruere. S acrificium laudis
honorificabit me: et illic iter quo ostendã illi salutare dei. non amplius victime et holocaustomata
vetera/sed sacrificium laudis in memoria et confessione beneficiorum meorum michi impendetur
pro cultu et honorificatione: et in eo est via qua me colenti manifestem saluatorem deum.

ADVERTE. Circa titulum psalmus asaph. Asaph vnus fuit de choro psallẽtium: et ipse prophe=
ta. vt psalmo. 77. sup versu secũdo dicet. qui et primo paralipomenon constitutus est a dauid prin
ceps canentiũ ad confitendum domino. ¶ Primo versu vbi dicimus deus deorum dominus locut⁹
est: hieronymus traduxit fortis deus domin⁹ locutus est. et in hebreo tria consequenter ponuntur
nomia dei EL. ELOHIM. et IHVH. id est ioth he vau he/tetragrãmaton nomẽ ineffabile/ pro
quo dicunt ADONAI id est dominus. quare legendum esset: deus/deus/dominus locutus est. ex
quo datur in mysterio intelligi: in primo aduẽtu manifestatio deifice trinitatis. nam et pater in pri=
mo aduentu locutus est: hic est filius meus dilectus. et filius habitu iuuentus vt homo: locutus est
mandata patris. E t spiritum suum misit spiritum veritatis: qui locutus est per apostolos/et sug=
gessit eis omnia/planaq; et peruia fecit/que locutus fuerat filius. quare non ab re legendum esset
deus/deus/dominus locutus est. deus/deus/dominus: trinitatis insinuatio. locutus autẽ & vocauit:
insinuatio vnitatis. quod si aduertisset (alioqui diligentissimus) hieronymus/ EL hic interpretatus
fuisset deus: vt & versu primo psalmi 21. & in hoc oraculo hieremie prophete. paruulus enim na=
tus est nobis/et filius datus est nobis: et factus est principatus super humerũ eius. et vocabitur no
men eius: admirabilis/cõsiliarius/deus/fortis/pater futuri seculi. vbi hic dicitur deus: in hebreo EL
habetur. iuste igitur et in hoc loco EL interpretaretur deus. vt etiam et vbiq; septuaginta fecere.
quod et vt ipse ad marcellam testis est: primum est inter decem noia dei/quibus hebrei deum ap
pellãt. & maluisset ad sacramẽti detectionẽ deũ dixisse: q; iuxta Aquile etymologiã sacramẽtũ oc=
culuisse. qđ dico/nõ vt hieronymũ carpã (absit enī a me: tã execrãdũ facin⁹. nã et ipse post deũ: me
in hac meditatiõe mea illuminat) sed ne lateat ꝓphetie mysterium/qđ ego in enigmate/ipse vero
nũc reuelata facie veneraẽ. ¶ Scdo versu ex siõ spẽs decoris ei⁹: ex hebreo dixit hieronym⁹ de sion
pfecto decore. qđ cõtinuaẽ ad id qđ subiũgiẽ de⁹ apparuit. quare si nr̃am editionẽ ad hieronymia=
nã cõcinnare vellem⁹: dicendũ eẽt de⁹ manifestat⁹ ẽ vbi dicim⁹ manifeste. & id apparuit/et manife=

statꝰ est:respicit primũ aduẽtũ.vt et id/in principio:locutꝰ est/et vocauit.veniet autẽ/et nõ silebit:secundũ aduentũ. Et talis videt sensus.ex sion pfectõ decore deus apparuit: ex iudea/christus dñs speciosus forma pre filijs hoim apparuit.et idem erit sensus si legemꝰ: ex sion species decoris eius deus manifestatus est.sed paulo sermo hieronymi accõmodatior. ¶ Nono versu. holocausta autẽ tua:forte melius et holocausta tua.nam ex hebreo:et holocaustomata tua. melius dico:quia si legimus autẽ:particulam illam prorsus intelligi facit aientem. at si legimus et/continuamusq; lectionẽ: ex superiore negatio cõcipitur/vt intelligamus et holocausta tua nõ semp sunt in conspectu meo/non michi sunt semper accepta.at si particula aiens est atq; assertoria:quomodo subiũgitur non accipiam de domo tua vitulos/neq; de gregibus tuis hircos? quomodo aliud sacrificiũ precipit: immola deo sacrificium laudis? quod in fine confirmat.sacrificiũ laudis honorificabit me:et illic iter quo ostendam illi salutare dei. ¶ Vltimo/id est vicesimoquarto versu. et illic iter quo ostẽdam illi salutare dei:ex hebreo/qui ordinat viam ostendã illi salutare dei. sunt et qui habent qui ordinate ambulat:ostendam illi salutare meum. et idem sensus pretendi videtur. vt ei/qui se digne parat ad sacrificium laudis:polliceatur deus se ostensurũ salutare suum.quod nemo facit:nisi qui ordinate/recteq; incedit in mandatis eius. et hoc ipsum est ordinare viam ad hoc augustissimũ eterne vite viaticum. at dei spũs 23 versu periculũ gehẽne(a quo nullus eripit)temere accedẽtibꝰ cõminat. hic vero cõtra:digne et apparate se cõmittentibus salus eterna(que est visio salutaris dei)premium promittitur. concedat igitur nobis diuina benignitas/ita reuerenter/ita apparate sacrificium laudis et gratiarum actionum accedere:vt tandem ad salutaris domini nostri IHESV christi visionem admissi/ipsum valeamus sine fine/perẽniterq; laudare. amen.

¶In finem psalmus dauid cũ venit ad eũ nathã ꝓpheta quando intrauit ad bersabee. L.

1 Miserere mei deus:secundũ magnam misericordiam tuam.
2 Et secundũ multitudinẽ miserationum tuarũ: dele iniquitatem meam.
3 Amplius laua me ab iniquitate mea:et a peccato meo munda me.
4 Quoniã iniquitatẽ meã ego cognosco: et peccatũ meũ contra me est semp.
5 Tibi soli peccaui et malũ coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas cum iudicaris.
6 Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum:et in peccatis concepit me mater mea.
7 Ecce enim veritatẽ dilexisti:incerta et occulta sapiẽtie tue manifestasti mihi.

¶In finẽ psalmus dauid cum venit ad eũ nathan propheta quãdo intrauit ad bersabee. L.

1 Miserere mei deus:secundũ magnam misericordiam tuam.
2 Et secundũ multitudinẽ miserationum tuarũ:dele iniquitatem meam.
3 Amplꝰ laua me ab iniustitia mea: & a delicto meo munda me.
4 Quoniã iniquitatẽ meã ego agnosco: et delictum meũ coram me est semp.
5 Tibi soli peccaui et malũ coram te feci:vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas cum iudicaris.
6 Ecce enim iniquitatibus conceptus sum: & in delictis peperit me mater mea.
7 Ecce enim veritatẽ dilexisti:icerta et occulta sapiẽtie tue manifestasti michi

¶Victori cãticum dauid quãdo venit ad eũ nathã propheta / cum intrauit ad bersabee. LI.

1 Miserere mei deus:secundũ misericordiã tuam.
2 Iuxta multitudinem miserationum tuarum:dele iniquitates meas.
3 Multum laua me ab iniquitate mea:& a peccato meo munda me.
4 Quoniã iiquitates meas ego cognoui: & peccatũ meũ contra me est semp.
5 Tibi soli peccaui et malũ coram te feci:vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas cum iudicaberis.
6 Ecce in iniquitate conceptus sum:& ĩ peccato peperit me mater mea.
7 Ecce eni veritatẽ diligis: abscõditũ et arcanũ sapiẽtie tue manifestasti mihi.

8 Asperges me hyssopo et mūdabor: lauabis me et super niuem dealbabor.
9 Auditui meo dabis gaudium & lętitiam: & exultabunt ossa humiliata.
10 Auerte faciem tuā a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dęle.
11 Cor mūdum crea in me deus: et spiritum rectū in noua in viscęribus meis.
12 Nę proijcias me a facie tua: et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.
13 Redde michi lętitiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me.
14 Docębo iniquos vias tuas: et ipij ad te cōuertent.
15 Libera me de sanguinibus deus dei salutis mee: et exultabit lingua mea iustitiam tuam.
16 Domine labia mea aperies: et os meum annūciabit laudem tuam.
17 Quoniā si voluisses sacrificiū dedissem: vtiq; holocaustis non dęlectaberis.
18 Sacrificiū deo spūs cōtribulatus: cor cōtritū & humiliatū deus nō despicies
19 Benigne fac dñe in bona voluntate tua sion: et ędificentur muri hierusalem
20 Tunc acceptabis sacrificiū iustitie oblationes & holocausta: tūc imponēt super altare tuū vitulos.

Asperges me hyssopo & mūdabor lauabis me: & super niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium et lętitiam: & exultabunt ossa humiliata.
Auerte faciem tuā a peccatis meis: et omnes iiqui tates meas dęle.
Cor mūdum crea in me deꝰ: et spiritū rectum innoua in viscęribus meis.
Nę proijcias me a facie tua: et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.
Redde michi lętitiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me.
Doceā iiquos vias tuas: et impij ad te conuertent.
Libera me de sanguinibus deus deꝰ salutis mee: et exaltabit lingua mea iustitiam tuam.
Domine labia mea aperies: et os meum annūciabit laudem tuam.
Quoniā si voluisses sacrificiū dedissem: vtiq; holocaustis non dęlectaberis.
Sacrificiū deo spūs cōtribulatus: cor cōtritū & humiliatū deus nō spernit.
Benigne fac dñe in bona volūtate tua siō: vt ędificentur muri hierusalem
Tunc acceptabis sacrificiū iustitie oblationes & holocausta: tūc imponēt super altare tuū vitulos.

Asperges me hyssopo et mūdabor: lauabis me & super niuem dealbabor.
Auditū michi facias gaudium & lętitiam: & exultent ossa que confręgisti.
Abscōde faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dęle.
Cor mūdum crea michi deus: et spiritū stabilē renoua in viscęribus meis.
Nę proijcias me a facie tua: et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.
Redde michi lętitiam iesu tui: et spiritu potēti cōfirma me.
Docębo iiquos vias tuas: et pctōres ad te reuertent
Libera me de sanguinibus deꝰ deus salutis mee: laudabit lingua mea iustitiam tuam.
Domine labia mea aperies: & os meum annūciabit laudem tuam.
Non enim vis vt victimā feriam: nec holocaustum tibi placet.
Sacrificiū dei spūs cōtribulatus: cor cōtritū et humiliatū deꝰ nō despicies.
Benigne fac dñe in volūtate tua sion: et ędificētur muri hierusalem.
Tunc suscipies sacrificiū iustitie oblatiōes et holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

TITVLVS. Ad victoriam psalmus dauid: cum venit ad eū nathan propheta quando intrauit ad bersabee. pro titulo: legatur vndecimū & duodecimum caput secūdi regū. psalmus de dauid. humana deprecatio. dauid loquitur. Et cum hic psalmus quid humanum contineat/nō prophetiam:

non est in eius intelligentia multum laborandum.

EXPOSITIO CONTINVA. Miserere mei deus: secundum magnam misericordiam tuam, ma- 1
gnam quia multum peccaui. Et secundū multitudinem miserationum tuarū: dele iniquitatē meā, 2
multitudinem miserationum: quia multa est mea iniquitas / multe sunt trāsgressiones mee. Amplius 3
laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me. ab iniquitate mea quia legem tuam trās-
gressus sum / et a peccato meo / quia eo inquinat⁹ sum / et ante te difformis & imūdus. Quoniā ini- 4
quitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper. cognosco me commisisse
adulteriū / dolo malo tradidisse insontem vriam / cōmisisse homicidium: et peccatum meum iugiter
ante oculos meos obuersat / eius recordatio me affligit iugiter / et displicet admisisse. Tibi soli pec 5
caui et malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis / et vincas cum iudicaris. tibi soli / quia
tu solus me superior es cui peccati mei ratio sit reddēda / et qui me punire potes: coram te quia oc
culte feci sed nichil te latere potest / vt iustificeris in sermonibus tuis quos dixisti per nathan pro-
phetam scilicet quare contēpsisti verbū domini vt faceres malum in conspectu meo; vriam etheū
percussisti gladio / et vxorem illius accepisti in vxorem tibi / et interfecisti eum gladio filiorū amon.
hec ipsa feci: et veri et iusti sunt sermones tui / promerui penas quas adijcis / et vincas cum iudica-
ris et digne punias cum sententiā tuleris. iusto enim dei iudicio bellis lacessitus est dauid post illa
pctā sua / et eum filiⁱ absalō persecutⁱ / et in aperto ab eodē ablalone filio cubile eiⁱ violatū. sic vicit
dei iudiciū. sic eni oraculū ad eū per nathan. ecce ego suscitabo super te malū de domo tua / & tol
lam vxores tuas in oculis tuis / et dabo proximo tuo / & dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis
huius. tu enim fecisti abscondite / ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis israel / & in
conspectu solis huius. Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum: & in peccatis cōcepit me mater 6
mea. in iniquitatibus noxe originalis / in obligatione transgressionis primi parentis: secūda particu
la eandem habet sententiā. neq; id in peccatis ad matrē: sed ad ipsum qui cōcipitur referendū. non
enim matris: sed sua confitetur peccata. Ecce enim veritatē dilexisti: incerta et occulta sapiētie tue 7
manifestasti michi. quia diligis veritatē / vera erunt que per nathan michi reuelasti & quia transla-
tum est peccatū meum: que abscondita et arcana sunt tue sapientie. Asperges me hyssopo & mū- 8
dabor: lauabis me et super niuem dealbabor. irrorabis me dñe gratia tua / dignaberis venia tua et
mundus ero a peccati mei inquinamento: et ero renouata mente / niue candidior. Auditui meo da 9
bis gaudiū et letitiam: et exultabunt ossa humiliata. interno auditui / conscientie cui peccatū semp
murmurat / consolationē reparabis et tranquillitatē: et omnes vires mee ob peccatum dejecte / de
solate / vilesq; effecte confortabūtur / resurgentq; ad suam dignitatem. Auerte faciem tuam a pec- 10
catis meis: et omnes inquitates meas dele. noli amplius attendere peccata mea / vultū irāq; amo-
ue / abrade illa / et perpetue manda obliuioni. Cor mundū crea in me deus: et spiritum rectū inno- 11
ua in visceribus meis. animā puram & incontaminatā recrea in me deus: et spiritualē rectitudinem
legisq; tue obedientiā repara in me / ne ad carnalia labēs / iterato in te peccē. Ne ,pijcias me a facie 12
tua: et spiritum sanctū tuum ne auferas a me. ne deleas me de libro viuentiū et ne me reprobum
a te efficias: et ne tollas a me spiritū tuum bonū / spiritū prophetarū. Redde michi letitiam saluta- 13
ris tui: et spiritu principali confirma me. consolare me in manifestatione messie tui: et spiritu sancto
tuo / spiritu diuino & omnipotēti / in me restituta puritate / ne rursus cadam stabili me. Docebo ini- 14
quos vias tuas: et impij ad te conuertentur. monstrabo iniquis voluntates tuas: et transgressores /
ad te meo exemplo & documento reuertent. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: & 15
exultabit lingua mea iustitiā tuam. ignosce michi pro effusione sanguinis que a me aut mea causa
facta est deus deus qui solus me saluare potes: et lingua mea exultanter iustitiā tuam collaudabit /
quia me in misericordia tua iudicaueris. Domine labia mea aperies: et os meū annunciabit laudē 16
tuam. exultabit lingua mea iustitiam tuam / nō quod ex meipso ad id sufficiam / sed tu dñe aperies
labia mea / et os meum organum efficies ad concinendam laudem tuam. Quoniam si voluisses sa- 17
crificium dedissem: vtiq; holocaustis nō delectaberis. si voluisses vt pro peccato meo victimas tibi
immolassē / ego sane immolassem: sed immolatio victimarū et holocaustomata / ,p satisfactione delictorū
meorū non tibi placent. Sacrificiū deo spiritus contribulatus: cor contritū et humiliatū / deus non 18
despicies. pro venia peccati oblatio accepta deo / tribulatio spiritus / penitentia et afflictio ob dolo
rem offense admisse contra dei preceptū: animā contritam et sibi ipsi vilem et despicabilem factā
ob dolorē recordationēq; peccati tu miserator immense venia & miseratione tua non dedignaberis.
Benigne fac domine in bona voluntate tua sion: vt edificentur muri hierusalem. propter peccatū 19
meū ne differas respicere synagogam et fidelem populum tuum / sed benefac illi in bona volunta
te tua: extruatur templū tuum & muniatur vrbs tua hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iusti 20
tie oblatiōes & holocausta: tunc imponēt sup altare tuū vitulos. cū vrbs tua exedificata munitaq;

fuerit/& extructū templū/tunc tibi accepta erūt sacrificia legis/victimarū īmolationes & incensa: tunc imponēt super altare tuum in templo tuo immolationes & holocaustomata.

ADVERTE·Secūdo versu. dele iniquitatē meam: hieronymꝰ ex hebreo dele iniquitates meas. quod magis quadrare videt ad id quod supra dicit secūdū multitudinē miserationū tuarū. neq; da uid vniꝰ tm̄:sed multarū iiquitatū reus extitit. ¶ Quarto versu. quoniā iniquitatē meā:hieronymꝰ quoniā iniquitates meas. ¶ Quinto versu. & vincas cū iudicaris:hieronymus & vincas cū iudicaberis. Et paulus burgēsis gēte & lingua a puero hebreus/grādeuus tamē christi dñi/sui salutaris agnitor:hāc particulā vertit. & emēdes cū iudicabis/id actiue explicās quod hieronymꝰ p passiuum. & accōmodata admodū videt sentētia:vt sit sensus. tibi soli peccaui & malū corā te feci:vt iustificeris in sermonibꝰ tuis/vt iustitiā facias īplendo sermōes tuos dictos p nathan & emēdes me/ purges & expies me/cū iudicabis/cū implebis iudicia tua quę per nathan ,pnūciasti in me. sic enī dauid se oino humiliat volūtati diuine/neq; dēpcatur iudicia dei nunciata p nathan. & ipleuit oia illa deꝰ. & suscitauit ei bellū ex ,pprio filio. & a ,pprio filio cubile eius violatū. quē cū fugeret sciēs dauid id diuino iudicio factū & īproperaret ei semei/& malediceret egredere egredere vir sanguinū & vir belial/reddidit tibi dñs vniuersum sanguinē domꝰ saul/quoniā inuasisti regnū ,p eo/& dedit dñs regnū in manu absalon filij tui. & ecce p̄munt te mala tua:quoniā vir sanguinū es/& vellet absalō maledicū interficere:dauid dicebat/quid michi & vobis est filij saruie. dimittite eū vt maledicat. dñs enī p̄cepit ei:vt malediceret dauid. & quis est qui audeat dicere:quare sic fecerit. & ait rex absalō & vniuersis seruis suis. ecce filius meꝰ qui egressus est de vtero meo:querit aiam meā. quāto magis hic filius Iemini:maledicet michi. dimittite eū/vt maledicat iuxta p̄ceptū dñi: si forte respiciat deus afflictionem meā/& reddat michi dominus bonum pro maledictiōe hac hodierna. Et alius hunc locum & vincas cū iudicaris sic ex hebreo intellexit & mundes in iudicio tuo. & hoc superiori astipulatur sententie. nam id iudicium dei apte intelligitur : quo ipse iudicat non quo iudicatur. quare iterum potius legendum videtur iudicabis q̄ iudicaris. Sed & quia cum dicimus & vincas cum iudicaris:id iudicaris anceps vocabulum ad actionem iudicaueris & passionem iudicatꝰ es/circa litteram expositionē actiue sumpsimꝰ/vt is p̄tenderet sensus. & vincas cum iudicaris:& verax in iudicio appareas cū iudicaris/cū sententiā per nathan prophetā tuleris. Verū intētio interpretum fuit nō actiue sed passiue trāsferre. nā & grece habet passiue εν τω κριθεσθαι σε. quod forte equius transtulissent cū iudiceris & vocabuli tulissent ambiguitatē. at cum passiue iudicaris aut iudicaberis dicit:sudant admodū pro intelligētia eruēda. ¶ Sexto versu. ecce enī in iniquitatibꝰ cōceptus sum/& in peccatis cōcepit me mater mea:ex hebreo/ ecce in iniquitate cōceptus sum/& in peccato peperit me mater mea. cū hic de noxa originali habeat sermo:accōmodatius dici videt vt ex hebreo/in iniquitate & in peccato/q̄ vt habemus/in iniquitatibꝰ & in peccatis. item. si dicimꝰ vt ex hebreo peperit me mater mea:secūda versus particula/nō(vt in nostra) coincidit cū pria. de hieremia legit deū dixisse priusq̄ te formarē in vtero/noui te/& anteq̄ exires de vulua sanctificaui te/& prophetam in gentibus dedi te. sic et ioannes baptista(quo ex testimonio saluatoris/nullus surrexit maior inter natos mulierum)sanctꝰ ex vtero processisse creditur. sed cum ex hebreo legitur dixisse dauid/& in peccato peperit me mater mea: confitetur se non fuisse in vtero sanctificatum/sed & in peccato conceptum & in peccato natum. & hec vehementior cōfessio & humiliatio ante deū:q̄ vt legere solemus. ¶ Octauo versu. asperges me hyssopo:hec metaphora desumpta est ex ritu qui fiebat super curatis a lepra. scribit enim 14. leuitici. leprosus qui egressus de castris inuenerit lepram esse mundatam/precipiet sacerdos ei qui purificatur:vt offerat duos passeres viuos pro se/quibꝰ vesci ei licitum est/& lignum cedrinum/vermiculūq; & hyssopon. & vnum ex passeribus īmolari iubebit in vase fictili super aquas viuentes: alium autem viuum cum ligno cedrino & cocco & hyssopo tinget in sangnine passeris īmolati/quo asperget illum (qui mundatus est)septies/vt iure purgetur. deinde iubet lotionem vestium & nonnulla alia. ita dauid confitens se ex peccato/spiritus lepram contraxisse:petit se spirituali hyssopo aspergi/& spirituali lotione ablui. ¶ Item hoc octauo versu. legere solent asperges me dñe hyssopo. verū id dñe/in vetustis codicibus neq; ex tralatione nostra/neq; romana neq; hebraica neq; in greco habetur . vbi solum legitur/ραντιεισ με υσσωπω asperges me hyssopo. quare domie/hoc loco veru trāsfigendū. ¶ Quintodecimo versu. & exultabit lingua mea. grece etiā habetur exultabit αγαλλιασεται non vt in romana tralatiōe exaltabit. ¶ Verū omisserā quod cū tertiodecimo versu dicit. redde mihi letitiam salutaris tui/& spiritu principali cōfirma me. hyperagiam triada confiteri & inuocare videtur. nam cum redde dicit:inuocat patrem. cum salutaris tui:filium. cum vero spiritu principali: spiritum sanctum. qui deꝰ trinus & vnus inuocantibus nobis/sit propicius:a nobis autem semper benedictus/semper exaltatus & glorificatus in secula. amen.

GAL.

¶ In finē itellect⁹ Dauid cū vęnit Doęc Idumeus & annunciauit Saul & dixit. vęnit Dauid ī domū Abimelech. LI.

1  Vid gloriaris in malitia: qui potens es iniquitate?

2 Tota die iniuſtitiam cogitauit lĩgua tua: ſicut nouacula acuta fęciſti dolū.

3 Dilexiſti malitiā ſup benignitatē: iniquitatē magis q̄ loqui ęquitatē. Sęp

4 Dilexiſti omnia verba pręcipitatiōis: lingua doloſa.

5 Propterea deus dęſtruet te in finē/ęuellet te & ęmigrabit te de tabernaculo tuo: & radicem tuam de terra viuentium. Semp

6 Vidębunt iuſti & timębunt / & ſuper eum ridębunt & dicēt: ecce homo qui non poſuit deum adiutorem ſuum.

7 Sed ſpęrauit in multitudine diuitiarum ſuarum: & pręualuit in vanitate ſua.

8 Ego autē ſicut oliua fructifera in domo dei: ſpęraui ī miſericordia dei ī ęternum & in ſęculum ſęculi.

9 Confitębor tibi in ſęculū quia fęciſti: & ęxpectabo nomen tuum / quoniam bonum in conſpectu ſanctorum tuorum.

ROM.

¶ In finem intellectus dauid cum vęnit doęc idumęus et annunciauit ſaul & dixit vęnit dauid in domo abimelech. LI.

 Vid gloriaris in malitia: qui potens es iniquitate?

Tota die iniuſtitiam cogitauit lĩgua tua: ſicut nouacula acuta fęciſti dolū.

Dilexiſti malitiā ſup benignitatē: iniquitatē magis q̄ loqui ęquitatē. Dp̄.

Dilexiſti omnia verba pręcipitationis: in lingua doloſa.

Propterea dęſtruet te deus in finē/ęuellet te et ęmigrabit te de tabernaculo tuo: & radicem tuam de terra viuentium. Dp̄.

Vidębunt iuſti & timębunt: et ſuper eum ridębunt et dicent.

Ecce homo: qui non poſuit deū adiutorem ſibi.

Sed ſpęrauit in multitudine diuitiarum ſuarum: & pręualuit in vanitate ſua.

Ego autē ſicut oliua fructifera in domo dn̄i: ſpęraui in mia dei mei ī ęternum et in ſęculum ſęculi.

Cōfitębor tibi dn̄e in ſęculo quia fęciſti: et ęxpectabo nomen tuum/quoniam bonum eſt ante cōſpectum ſanctorū tuorū.

HEB.

¶ Victori ęruditio dauid cum vęnit doęc idumęus & annunciauit ſaul et dixit illi. vęnit dauid in domo abimelech. LII.

 Vid gloriaris in malitia: potẽs mia dei tota die.

Inſidias cogitauit lingua tua: quaſi nouacula acuta faciens dolum.

Dilexiſti malū magis q̄ bonū: mēdaciū magis q̄ loqui iuſtitiam. Sela.

Dilexiſti oñia verba ad deuorandum: linguā doloſam.

Sed de⁹ dęſtruet te ī ſępiternū/torrębit te et ęuellet de tabernaculo tuo: & ęradicabit te de terra viuentium. Sela.

Vidębunt iuſti & timębunt: & ſuper eum ridębunt.

Ecce vir qui non poſuit deū fortitudinem ſuam/ſed ſpęrauit in multitudine diuitiarum ſuarū: confortat⁹ eſt in inſidijs ſuis.

Ego ſicut oliua virens in domo dei: ſpęraui in miſericordia dei in ſęculum ſempiternum.

Confitębor tibi in ſęculum quoniā fęciſti: & ęxpectabo nomen tuū/quoniam bonum in cōſpectu ſanctorum tuorum.

TITVLVS. Ad victoriã ęruditio Dd cũ ãnũciasset Doęc Idumæ⁹ veniſſe Dd i domũ Achimelech. Pro titulo legãt capita 21 22 primi regnorũ. vt prim⁹ pſalm⁹ cõtinet deſcriptionẽ iuſti & beati: ita hic iiuſti & miſeri/q figurat p doęc idumæũ. per Dd vero: figurat iuſt⁹. Propheta loqt i iſtructiõe ſpũs.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Quid gloriaris in malitia: q potẽs es iniquitate? O nequã/iniuſte/fla
gitioſe/miſer qui potẽs es ad trãſgrediẽdum/infirmus autẽ ad bene agendũ: qd gaudes & ſuperbis cũ
2 malefeceris? Tota die iniuſtitiã cogitauit lingua tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolũ. aſſidue linguã
3 tuã laxaſti ad trãſgrediẽdũ: & aptaſti vt gladiũ acutũ ad fallẽdum. Dilexiſti malitiã ſup benignitatẽ:
iniqtatẽ magis q̃ loqui equitatẽ. p̃poſuiſti malũ bono: & maluiſti dicere mendaciũ q̃ legis veritatem.
4 Dilexiſti oĩa verba pcipitationis: lingua doloſa. amaſti ſermones ad perdendũ: ore nefario & dece-
5 ptorio. Propterea deus deſtruet te in finẽ/euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo: & radicem
tuã de terra viuentiũ. hac de cauſa qa hec facis & amas o miſer/iniuſte/inique pdet te de⁹ in ppetuũ/
6 extirpabit te & trãſire faciet te ex hoc ſclo: & delebit partẽ tuã de libro viuẽtiũ. Videbũt iuſti & time
bunt/& ſup eũ ridebũt & dicẽt: ecce homo q nõ poſuit deũ adiutorẽ ſuũ. beati/inſpectores erũt iuſte
cõdẽnationis iniuſti & ipij/& reuerebunt deũ & gaudebũt ſup iuſto iudicio interitus ipij & inquient:
7 ecce homo qui ſpem auxilij ſui/qui fiduciã ſalutis ſue in deo ſuo nõ collocauit. Sed ſperauit in mul
titudine diuitiarũ ſuarũ: & p̃ualuit in vanitate ſua. nõ poſuit deũ adiutorẽ ſuũ/ſed collocauit fiduciã
8 ſuã in abundãtia trãſitoriarũ opum: & in his vanis labẽtibuſq; rebus obtinuit deſideria ſua. Ego ve
ro ſicut oliua fructifera in domo dei: ſperaui in miſericordia dei in eternũ & in ſeculũ ſeculi. hic p-
pheta in pſona iuſti loquit̃/at ego ſicut oliua ſẽper virens & onerata fructibus in eccleſia ſanctorũ:
ſpem meã nõ repoſui i cõgregatione opũ ſed i miſerationibus dei omni tẽpore & i ſclo ĩtermini eui.
9 Cõfitebor tibi in ſeculũ qa feciſti: & expectabo nomẽ tuũ qm̃ bonũ eſt. in cõſpectu ſanctorum tuorũ
laudabo te in perpetuum/quia vt in miſericordia tua ſperem in eternum & in ſeculum ſeculi michi
dediſti: p̃ſtolabor verbũ tuũ/ſanctũ tuũ/Chriſtũ tuũ: qm̃ bonũ eſt oĩb⁹ ſãctis p̃ſtolari & expectare ipſũ

ADVERTE. Primo verſu. quid gloriaris i malitia q potẽs es iiqtate: Hieronym⁹ ex hebreo/qd glo-
riaris i malitia/potẽs miſericordia dei tota die. vbi iterp̃tes alij particulã de miſericordia dei tacue-
runt. et eſt ſermo iuſti ad ipiũ. qd exultas quaſi victor tu q in malitia potẽs es/ne glorieris/ne effera
ris: miſericordia dei/tua iniqtate potẽtior tota die parata eſt ad me ꝓtegẽdũ/liberãdũ ac ſaluãdum.
¶ Scdo verſu. ſicut nouacula acuta feciſti dolũ: meli⁹ ex hebreo faciẽs q̃ feciſti. vt id/faciẽs: linguã re-
ſpiciat nõ pſonã/et cõparatio nouacule ad liguã nõ pſonã intelligat̃. ſic eni vſus frequẽs ꝓphete eſt:
liguã accictiſſimã ad nocendũ cõparare gladio ad ſcindẽdũ et ſauciandũ paratiſſimo: cuiuſmodi no-
uacule tõſorũ cultri/vel maxime ſũt. ſic eni pſalmi 56 verſu 6 filij hoim dẽtes eorũ arma et ſagitte: et
lingua eorũ gladi⁹ acut⁹. et pſalmi 63 verſu 3. quia exacuerũt vt gladiũ liguas ſuas. ¶ Quarto verſu.
i fine/lingua doloſa: ſeptimo caſu dicit̃/nõ caſu vocãte. ex romana tralatione: vbi dicit̃ i ligua doloſa.
et poſſum⁹ tũ ex greco tum ex hebreo accuſãte caſu ꝓferre. ex greco quidẽ. nã greç⁹ habet. Γλωσ-
σαν δολιαν vt integer verſus legat̃. dilexiſti oĩa verba p̃cipitationis: linguã doloſã. et p ecthelin
ſit ſẽſus. dilexiſti oĩa verba p̃cipitatiõis: id eſt dilexiſti liguã doloſã. Ex hebreo etiã. nã ex ei⁹ tralatiõe
ita legit̃. dilexiſti oĩa verba ad deuorãdum: liguã doloſã. itaq; aut accuſãte/aut ſeptimo caſu legatur.
¶ Octauo verſu. ego autẽ ſicut oliua fructifera. ex hiſtoriis: natura feracis oliue. ſemp virẽs eſt. ſẽper
onuſta oleis. nouis eni ſuboriri incipiẽtibus veteres adhuc viſunt̃. arbor pacis. nã p̃tenſus oliue ram⁹
vbiq; pacis ſignũ. miſericordie p̃figuratrix. vt pote ex qua elicit̃ oleũ. ſed et penitẽtie. quippe cũ fru-
ctus amarus ex quo tã dulcis elicit̃ liquor/tãq; dulce oleũ. et inumera in ſe habet/q̃ nobiliſſimã ad al
legoriã aut anagogen pre ſe ferũt intelligentiã: ex quibus figura iuſti intelligitur. quare nõ ab re fa-
ctum eſt: ſi iuſtus oliue fructifere a propheta comparetur.

¶ In finẽ p Amalech itel
ligentia Dauid. LII.

1 DIxit inſipiens in cor-
de ſuo: non eſt deus.
2 Corrupti ſunt & abomi-
nabiles facti ſunt in ini-
quitatibus: nõ eſt qui fa-
ciat bonũ.
3 De⁹ de cęlo ꝓſpexit ſup
filios hominũ: vt videat
ſi eſt intelligẽs aut requi-

¶ In finẽ p Amalech in-
tellectus Dauid. LII.

DIxit inſipiens in cor-
de ſuo: non eſt deus.
Corrupti ſũt & aboiabi
les facti ſũt i volũtatib⁹ ſuis
Nõ eſt qui faciat bonũ:
nõ eſt vſq; ad vnum.
Dñs de cęlo ꝓſpexit ſup
filios hominũ: vt videat
ſi eſt intelligẽs aut requi-

¶ Victori per chorũ ęru-
ditio Dauid. LIII.

DIxit ſtultus in corde
ſuo: nõ eſt deus.
Corrupti ſunt & abomi
nabiles facti ſunt in iniq;
tate: non eſt qui faciat bo
num.
De⁹ de celo ꝓſpexit ſup
filios hominũ: vt videat
ſi eſſet intelligens requi-

GALL.	ROM.	HEB.
rens deum.	rens deum.	rens deum.
4 Omnes dęclinauęrunt/simul inutiles facti sunt:nō est qui faciat bonum non est vsq; ad vnum.	Omnes dęclinauęrunt/simul inutiles facti sūt: nō est qui faciat bonum non est vsq; ad vnum.	Omnes auersi sunt/pariter adhęsęrūt:non est qui faciat bonum nō est vsq; ad vnum.
5 Nonne scient omnes qui operantur iniquitatē:qui dęuorant plębem meam vt cibum panis?	Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem/qui dęuorant plębē meā sicut escā panis?	Nūq̄d nō cognouęrunt: q̄ operanť iniquitatem? Qui comedunt populū meum vt cibū panis/deū non inuocauęrunt:ibi timuęrunt timore vbi non est timor.
6 Deum nō inuocauęrūt: illic trepidauęrunt timore vbi nō fuit timor.	deum nō inuocauęrūt:illic trepidauęrunt timore vbi non erat timor.	
7 Qm̄ deus dissipauit ossa eorū q̄ hoīb⁹ placēt:cōfusi sūt/qm̄ de⁹ spręuit eos.	Qm̄ de⁹ dissipat ossa hominū sibi placētiū:cōfusi sūt qm̄ deus spręuit eos.	Quoniā de⁹ dispsit ossa circūdātiū te: cōfundęris quia deus ꝓiecit eos.
8 Quis dabit ex sion salutare israel? cum conuerterit deus captiuitatem plębis sue:exultabit iacob & lętabitur israęl.	Quis dabit ex sion salutare isrl? dū auertet dns captiuitatē plębis sue. Exultabit iacob:& lętabit israęl.	Quis dabit ex sion salutare isrl? cū reduxerit de⁹ captiuitatē populi sui. Exultabit iacob: lętabitur israęl.

TITVLVS. Ad victoriā per chorū eruditio Dauid. Psalmus de Christo domino. Propheta i instructione spiritus loquitur de antichristo.

nisi probata adducat hiſtoria. C Q uinto versu. & venefici incantātis sapiēter. grece nō incantātis
sed incantata siue que incantatur vt in tralatione romana legitur & refertur ad aspidē φαρμα-
κευομερη παρα σοφου incantata a sapiente/ aut si mauis cū incātatur a sapiente. C Octauo
versu: sicut cera que fluit auferentur: hieronymus ex hebreo/ sicut vermis tabefactus pertransient.
& vtraq; similitudo pulcra & accōmoda. nā cera vbi in lichno liquefacta fuerit: nichil illi⁹ ampli⁹
apparet. similiter vbi vermis cōrabuerit: nichil nisi terra reperiť/ & ne quidem vestigiū vermis. ita
pctōres vbi interierint: nichil ipsorū ampli⁹/ neq; in hoc mūdo/ neq; in lumine viuentiū apparebit/
nō secus ac si nunq̄ fuissent. aie autē eorū: ppetuo rotabunť/ crucia būturq; tormēto/ dēsissimarū te
nebrarū horrorib⁹ obsite. C Secūda pticula eiusdē octaui versus supececidit ignis & nō viderūt so-
lem: hieronym⁹ ex hebreo habet/ quasi abortiuū mulieris quod nō vidit solē. quod respicit supe-
rius verbū ptransiēt. qui enī in hoc mūdo sic moriunť vt ad visionē supramūdani & supintellectua
lis iustitie solis nō admittanť: assimilanť ijs qui sic in aluo materna emoriunť vt nūq̄ videāt sensibi-
lē solē. qđ enī est esse in vtero matris ad sensibilē solē: hoc est esse in hoc mundo ad supintelligibile
lumē. quare mūdus iste iustos parit ad alterā vitā/ & ad dulce supspūalis lucis spectaculū: iniustos
autē & pctōres abortit mortuos/ ad triste & funestū horrendarū tenebraꝝ sepulcrū. nec iniuria. nā
aie sanitas: iustitia. morb⁹ autē eiusdē vel extremus & letalis: iniquitas. atqui fetū sanū & equabilē
oēm mater parit ad hūc contuendū vi sibilē solē: morbidū autē & extreme largientē abortit/ solis
ipis dānatū tenebris. & accōmoda hec admodū pctōrib⁹ ,pportio: etsi altera vera sit. nā & alibi scri
ptū est. pluet sup pctōres laqueos: ignis/ sulfur & spūs ,pcellarū pars calicis eorū. C Nono versu.
priusq̄ intelligerēt spine vestre rhamnū: legendū poti⁹ intelligāt/ ex hebreo & romano. nā ex he-
breo anteq̄ crescāt spine vestre in rhamnū. ex romano priusq̄ ,pducat spinas vester rhamnus. & cū
legiť intelligāt/ melior sermo: attamē vt ex hebreo habeť intelligibilior. E t diffiniūt rhamnū rubū
esse candidiorem & fructuosiorē ceteris: eūq; florere & ramos spargere rectis aculeis non vt ceteri
aduncis/ folijs maioribus. E t hieronym⁹ diffiniuit rhamnū: vnū esse e generibus sentiū asperrimū/

& flore gratissimū. ¶ Eodē nono versu. sicut in ira absorbet eos: melius absorbebit / vt cognoscat facilius esse futurꝝ. vt ex hebreo cognoscit vbi dicit: quasi in ira tēpestas rapiet eos. Et q̄ romana tralatio habet priusq̄ ꝓducat spinas vester rhamnus: ex greco προ του συνιεναι τας ακαρ θας υμων την ραμνον potiꝰ esset legendū / vestra rhānus q̄ vester. q̄q̄ & verti potest priusq̄ intelligāt spine vestre rhamnū & priusq̄ intelligat spinas vestra rhamnus. anceps eni illic sensus. Et sunt qui habēt sicut in ira sic viuētes absorbet eos. sed codex grecus ostēdit vtrobiq; eodē vocabulo vtēdum / non in vno sicut in altero sic: qui hoc modo habet ωσει ζωντας ωσει εν οργη καταπιεται αυτους quasi viuētes quasi in ira absorbebit eos. ¶ Decimo versu. letabit iustus cum viderit vindictā / manus suas lauabit in sanguine peccatorū. hec prophetia impleta videt cū post interfectionē Christi dñi / lapidationē stephani obturātibus & claudētibus iudeis aures suas ne verba vite exaudirent / post ꝑcipitationē iacobi / post fugā apostolorū: per Titum in impios iudaeos digna vidicta secuta est. etsi possit vniuersaliter sup iustis dei iudicijs in ipios & pctōres interpretari. ¶ Vndecimo versu. & dicet homo si vtiq; est fructꝰ iusto: ex hebreo sine cōditionis nota / & dicet homo vere fructus est iusto: & est sensus cū patebit vindicta peccatorū & innocētia iustorū: tunc cōfitebitur homo quicūq; siue ex iustis fuerit siue ex iustis / confitebitur inquā vere fructus est iusto / vere est deus iudicans in terra. et planior rationabiliorq; assertorius sensus q̄ cū conditione quē in modum legere solemus. quare si concordiam maluerimus: legēdum nobis erit. Et dicet homo vtiq; est fructus iusto: vtiq; est deus iudicans in terra.

¶In finem ne disperdas Dauid in tituli inscriptione quando misit Saul & custodiuit domum eiꝰ vt interficeret eum. LVIII.

1 ERipe me de inimicis meis deꝰ meꝰ: et ab insurgētibꝰ i me libera me.
2 Eripe me de operātibus iniquitatē: & de viris sanguinum salua me.
3 Quia ecce cępęrūt aīam meam: irruęrunt in me fortes.
4 Neq; iniquitas mea neq; peccatum meum domie: sine iniquitate cucurri & direxi.
5 Exurge i occursum meū & vide: & tu domine deꝰ virtutum deus israęl.
6 Intende ad visitādas oēs gētes: nō miserearis oibꝰ qui operantur iniquitatē
7 Conuertent ad vesperā & famem patientur vt canes: & circuibūt ciuitatē.
8 Ecce loquētur in ore suo & gladius in labijs eorū:

¶In finem ne disperdas Dauid in tituli inscriptione quando misit Saul & custodiuit domum eiꝰ vt eum interficeret. LVIII.

ERipe me de inimicis meis deꝰ meꝰ: & ab insurgētibꝰ i me libera me.
Eripe me de operantibꝰ iniquitatē: & de viris sanguinum salua me.
Quia ecce occupauęrunt animam meam / irruęrūt in me fortes: neq; iniquitas mea neq; peccatum meum domine.
Sine iniquitate cucurri et dirigębar / exurge in occursum michi & vide: & tu domie deus virtutum deus israęl.
Intende ad visitādas oēs gētes: nō miserearis oibꝰ qui operantur iniquitatē
Conuertent ad vesperū & famem patientur vt canes: & circuibūt ciuitatē.
Ecce ipi loquēt i ore suo: & gladiꝰ est i labijs eorꝝ.

¶Victori ne disperdas Dauid humilē & simplicem quando misit Saul & custodiuit domū eius vt eū interficeret. LIX.

ERipe me de inimicis meis deꝰ meꝰ: & a resistētibꝰ michi ꝓtege me.
Libera me ab operarijs iniquitatis: & a viris sanguinum salua me.
Quia ecce insidiati sunt anime mee cōgregantur aduersum me fortissimi: absq; iniquitate mea & absq; peccato meo dñe.
Nō ęgi iniquę: & illi currunt & pręparantur.
Surge ex aduerso ꝓ me & respice: & tu dñe deus exercituum deus israęl.
Euigila vt visites oēs gētes: nō miserearis vniuersis qui opant iniquitatē.
Reuertantur ad vesperā & latrent vt canes: & circūeant ciuitatem.
Ecce loquunt in ore suo / et gladij in labijs eorum:

GALL.	ROM.	HEB.
quoniam quis audiuit?	Quoniam quis audiuit?	quasi nemo audiat.
9 Et tu domine dęridębis eos: ad nichilum dęduces omnes gentes.	& tu dñe dęridębis eos: & ꝓ nichilo habebis omnes gentes.	Tu autē dñe dęridębis eos: subsannabis omnes gentes.
10 Fortitudinē meam ad te custodiā/quia deus susceptor meus es: deus meus mīa eius pręueniet me.	Fortitudinē meam ad te custodiam: quia tu deus susceptor meus es miserī cordia eius pręueniet me	Fortitudinem meā ad te seruabo/quoniā tu deus ęleuator meꝰ: dei mei misericordia pręueniet me.
11 Deus ostendit michi sup ĩimicos meos/ ne occidas eos: nequando obliuiscātur populi mei.	Deus meꝰ ostēde michi bona iter ĩimicos meos: ne occideris eos nequādo obliuiscantur legis tue.	Deus ostēdit michi ꝓ insidiatoribus meis/ ne occidas eos: ne forte obliuiscantur populi mei.
12 Disperge illos in virtute tua: & dępone eos protector meus domine.	Disperge illos in virtute tua: & destrue eos protector meus domine.	Disperge eos in fortitudine tua: & dęstrue eos ꝓtector meus domine.
13 Dęlictum oris eorum sermonem labiorum ipsorum: & comprehendantur in superbia sua.	Dęlicta oris eorū sermo labiorum ipsorum: & cōprehendantur in superbia sua.	In peccato oris sui in sermone labiorum suorum: & capiantur in superbia sua.
14 Et de execratione & mēdacio annunciabūtur in consumatione: in ira consumationis & non erunt.	Et de execratione & mēdacio compellātur: in ira cōsumationis & nō erūt.	Maledictionem & mendacium narrantes consume in furore: consume vt non subsistant.
15 Et scient quia deus dominabitur iacob: & finiū terre.	Et scient quia deus dominabitur iacob: & finiū terre.	Et sciant quoniam deus dominator iacob: in finibus terre.
16 Conuertētur ad vesperā & famē patient vt canes: & circuibunt ciuitatem.	Conuertētur ad vesperū & famē patient vt canes: & circuibunt ciuitatem.	Conuertant ad vesperā & latrent vt canis: & circūeant ciuitatem.
17 Ipsi dispergentur ad mā ducandum: si vęro non fuerint saturati & murmurabunt.	Ecce ipsi dispergētur ad manducādum: si vęro nō fuerint saturati & murmurabunt.	Ipsi vagabūtur vt comedant: & cum saturati nō fuerint murmurabunt.
18 Ego autē cantabo fortitudinem tuā: & exaltabo mane misericordiā tuā.	Ego autem cantabo virtutem tuam: & exaltabo mane misericordiā tuam	Ego autē cantabo ímperium tuū: & laudabo mane misericordiam tuam.
19 Quia factus es susceptor meus: & refugium meū in die tribulationis mee.	Quia factus es susceptor meus: & refugium meū in die tribulationis mee.	Quoniā factꝰ es fortitudo mea: & refugiū meū in die tribulationis mee.
20 Adiutor meꝰ tibi psallā quia deus susceptor meꝰ es: deus meus mia mea.	Adiutor meꝰ tibi psallā quia tu deꝰ susceptor meꝰ es: deus meus mia mea.	Tibi cantabo qm̄ deus adiutor meꝰ es: fortitudo mea deus mia mea.

TITVLVS. Ad victoriam vt non disperdas Dauid humilem ac simplicem/ quando misit Saul & custodierunt domum eius vt interficeret eum. Pro titulo lege caput 19 primi Regnorum. Dauid: Christi domini. Saul: populi hebraici. domus Dauid: sepulcri domini. missi ad custodiam: custodum sepulcri. demissio Dauid per fenestram: egressionis domini sepulcro clauso figuram gessit. & eo tempore quo Saul misit satellites suos nocte in domum Dauid vt custodirent eum & interficeretur mane/ & per fenestram depositus (vt illic scribitur) aufugit & saluatus est: hoc spectaculum in spiritu Dauid monstratum est. Psalmus de Christo domino. Propheta in spiritu inducit Christum ad patrem.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentibus in me
2 libera me. pater erue me de iudæis: & de periculis irruentium in me substrahe me. Eripe me de
operantibus iniquitatem: & de viris sanguinum salua me. pater eterne libera me de manibus pec-
3 catorum: & de manibus volentium fundere sanguinem innoxium protege me. Quia ecce cepe-
runt animam meam: irruerunt in me fortes. eripe me pater iustissime/ quia ecce insidijs occupa-
4 uerunt vitam meam: impetum in me fecerunt violentissimi hostes. Neq; iniquitas mea neq; pec-
catum meum domine: sine iniquitate cucurri et direxi. pater eterne neq; transgressio mea est/ neq;
reatus meus in causa est vt me prosequantur: sine transgressione et dolo in mundo sum conuer-
5 satus/ & alios ad sancte pieq; conuersandum induxi. Exurge in occursum meum & vide: & tu do-
6 mine deus virtutum deus israel. Intende ad visitandas omnes gentes: non miserearis omnibus
qui operantur iniquitatem. veni in adiutorium meum aduersus hostes meos et attende innocenti-
am meam et eorum iniustitiã: et tu pater mi/ domine deus celestiũ agminũ/ deus te agnoscentium.
excitare ad purificãdas omnes nationes: ne parcas cũctis qui me vltro afficiũt/ qui doctrine pacis et
7 annunciationi regni tui obsistunt et qui me persequuntur. Conuertẽtur ad vesperã et famẽ patien-
tur vt canes: et circuibunt ciuitatem. aduersarij mei ad te reuertentur in nouissimis diebus/ in occasu
mundi famelici erunt doctrine vt canes cibi: et ad doctrinam exhauriendã circuibũt cetum sancto-
rum/ Hierusalem sãctam/ montem sion/ speciosum germen/ latera aquilonis/ ciuitatem regis magni.
8 Ecce loquentur in ore suo et gladius in ore eorum: quoniam quis audiuit/ ecce aduersarij mei qui
execrantur me verbo suo/ et morti me adiudicant sermone suo/ blasphemauit inquiunt/ reus est mor
9 tis/ tolle tolle/ crucifige eum: quasi nullus sit qui nequitiam eorum aduertat. Et tu domie deridebis
eos: et ad nichilum deduces omnes gentes. et tu pater eterne ludibrio habebis eos: et delebis de ter
10 ra omnium gentium errores/ et alia eis indes nomina. Fortitudinem meam ad te custodiam/ quia
deus susceptor meus es: deus meus misericordia eius preueniet me. fortem populum meum ad te
honorificandum patrem meum/ protegam/ quia tu es deus exaltator meus: et miseratio tua antici-
11 pabit me. Deus ostendit michi super inimicos meos/ ne occidas eos: nequando obliuiscantur po-
puli mei. pater meus manifestauit michi de iudæis insultatoribus meis dicens nefunditus de terra
12 eradices eos: ne forte penitus memoria deleatur/ q̃ fuerit populus meus. Disperge illos in virtu-
te tua: et depone eos protector meus domine. ventila eos per terras/ gentes/ et nationes in poten-
13 tia tua pater eterne: et abijce eos/ destrue eos defẽsor meus/ dominator eterne. Delictum oris eo-
rum/ sermonem labiorum ipsorum: et comprehendantur in superbia sua. destrue eos pater ob pec-
catum oris eorum/ quia me negauerunt Christum tuum/ sanguinem meum super se et filios suos
popoſcerunt/ blasphemias et conuicia addiderunt: deꝑhendanꝫ in elatione sua qua contra te/ se ele-
14 uauerunt. Et de execratione et mendacio annunciabuntur in consumatione: in ira consumationis
et non erunt. et de execrabili improperio/ quia et de me dixerunt demonium habet/ in beelzebuth
principe demoniorum eijcit demonia/ quia negauerunt me a te esse missum/ et doctrinam meam es
se a deo/ et clam contra me falsa testimonia commentati sunt: accusabuntur in nouissimo die/ accu-
15 sabuntur in die vltionis vltime/ et de morte ad vitam non respirabunt. Et scient quia deus domina-
bitur iacob: et finium terre. id intelligant anteq̃ consumantur/ priusq̃ dies vltionis veniat quia deus
quem annunciaui/ pater/ verbum/ et spiritus cognoscetur dominus iudæorum: et gentium vsq; ad vl-
16 timum terre. Conuertentur ad vesperam/ et famem patientur vt canes: et circuibunt ciuitatem. re-
17 sumptio septimi versus et sensus idem. Ipsi dispergentur ad manducandum: si vero non fuerint
saturati et murmurabunt. diuagabuntur ad varios cetus fidelium vt doctrina salutari pascãtur: si ve-
18 ro illis non satisfiat non tacebunt/ non contenti erunt. Ego autem cantabo fortitudinem tuã: et ex-
altabo mane misericordiam tuam. sed O pater laudans magnificabo insuperabilem iustitiam tuam:
19 et in nascente ecclesia tua magnificabo miserationem tuam. Quia factus es susceptor meus: et re-
fugium meum in die tribulationis mee. exaltabo et magnificabo miserationem tuam/ quia tu pa-
20 ter factus es adiutor meus: et portus refugij mei in tempore calicis et excessus mei. Adiutor me-
us tibi psallam quia deus susceptor meus es: deus meus misericordia mea. pater iuste confitebor

tibi in psalmo/in laude quia tu es auxiliator meus:protector meus/deus meus et miseratio que suscepit me.

ADVERTE Quarto versu.sine iniquitate cucurri & direxi:Hieronymus non egi iniquę et illi currunt & preparantur.hic cursū & p̄parationē ad aduersarios:interpretes ad eum quem propheta induxit retulerunt. ¶ Octauo versu. ecce loquentur:ex hebreo ecce loquuntur.& accōmodatius presens illud respicere videtur/quo dominū afficiebant in terris:non autem vesperā illā/qua ad deū redituri sunt cum ipse dominabitur Iacob & finū terre.legatur igitur authore Hieronymo:ecce loquūtur in ore suo. ¶ Vltima eiusdē octaui versus particula/quoniam quis audiuit? ex Hieronymo/quasi nemo audiat.& hoc quidē clarius et dilucidius. ¶ Decimo versu. deus meus misericordia eius preueniet me:Hieronymus ex hebreo/dei mei misericordia preueniet me.aptior sermo:& lingue romane conspirātior.quid eni prohibet:quod magis consentaneū ex hebreo nos mutuare/quod sepe mutuamus ex romano vel romanum ex nostro/presertim vbi aut eadem aut verior tenetur sententia.legamus igitur.fortitudinē meā ad te custodiā quia deus susceptor meus es:dei mei misericordia preueniet me. ¶ Tertiodecimo versu.delictū oris eorū sermonē labiorum ipsorū:nullus sensus sine p̄positionis intellectu.vbi & Hieronymus habet in peccato oris sui/in sermone labiorum suorum.& tunc apta est intelligentia.adiungitur enim cum eo quod prepositum fuerat:destrue eos protector meus domine.quare ad eandē normā legendū esset:in delicto oris eorum et in sermone labiorū ipsorum. Alioqui si sēsum extorquere vis ex precedenti versu verbum depone accōmodavt audias/ depone delictum oris eorum/ sermonem labiorum ipsorum. ¶ Quartodecimo versu.et de execratione et mendacio annunciabuntur in consumatione/in ira cōsumationis & nō erunt:Hieronymus ex hebræo/ maledictionem & mendacium narrantes cōsume in furore/consume vt non subsistant.vbi nō tam vltime q̄ e vicino diuine iustitie inuocatio est in blasphęmos & mendaces:et qui in spiritū sanctum peccauerant/ indignos et presenti et futura venia. ¶ Quintodecimo versu.et scient : rectius videtur et sciant/ex hebreo & ex precedenti sentētia.qui fit enim vt vbi dictum est et nō erunt: continuo adiungatur & scient:rectius itaq; vt Hieronymus habet:et sciant velint nolint dominū dominaturum toti orbi terrarum:quem eos visitantem ad salutem/persequebantur/ maledictis et execrationibus appetentes. ¶ Septimodecimo versu.si vero non fuerint saturati et murmurabunt. et: superfluit.quod et ex hebręo liquęre potest.

¶In finē p̄ iis qui īmutabuntur in tituli īscriptione Dā in doctrinā cū succendit Syriā Mesopotamie et Syriā Sobal et cōuertit Ioab et pcussit Idumæā in valle Salinarum xij milia. LIX.

1 DEus repulisti nos et dęstruxisti nos:iratꝰ es et misertus es nobis.

2 Cōmouisti terram et cō turbasti eam:sana contritiones eius quia commota est.

3 Ostēdisti populo tuo dura:potasti nos vino compunctionis.

4 Dedisti metuentibus te significationē: vt fugiant a facie arcus.

¶In finē p̄ ijs qui īmutabuntur in tituli īscriptione Dā in doctrinā cū succendit Syriā Mesopotamie & Syriam Sobal & conuertit Ioab & percussit Edom in valle Salinarum xij milia. LIX.

DEus repulisti nos & dęstruxisti nos:iratꝰ es et misertus es nobis.

Commouisti terram cōturbasti eam:sana contritiones eius quia mota est

Ostēdisti populo tuo dura:potasti nos vino compunctionis.

Dedisti metuentibus te significationē vt fugiant a facie arcus: vt liberen-

¶Victori pro lilijs testimoniū humilis & simplicis Dā qn̄ pugnauit aduersus Syriā Mesopotamie et aduersus Syriā Sobal et reuersus est Ioab et pcussit Edom in valle Salinarū xij milia. LX.

DEus p̄iecisti nos et scidisti:iratus es/ cōuertisti nos.

Commouisti terram et disrupisti eam:sana contritiones eius quoniā mota est.

Ostēdisti populo tuo duritiam: potasti nos vino consopiente.

Dedisti metuentibus te signum:vt fugerent a facie arcus.

5 Vt liberentur dilecti tui: saluū fac dextera tua & exaudi me.
6 Deus locutus est in sancto suo/lętabor & partibor siccimam: & conuallē tabernaculoꝝ mętibor
7 Meus est galaad & meus est manasses: & effraim fortitudo capitis mei.
8 Iuda rex meus: moab olla spei mee.
9 In idumęā extendā calciamētum meum: michi alięnigene subditi sunt.
10 Quis dęducet me in ciuitatem munitā: quis dęducet me vsqꝫ in idumęam?
11 Nonne tu deus qui repulisti nos: & non ęgredięris deus in virtutibꝰ nr̄is?
12 Da nobis auxiliū de tribulatione: quia vana salꝰ hominis.
13 In deo faciemus virtutē: & ipse ad nichilum dęducet tribulantes nos.

tur ęlecti tui.
Saluum me fac dextera tua & exaudi me/deus locutus est in sancto suo: lętabor & diuidā siccimā/ & conuallem tabernaculorum mętibor.
Meus est galaad & meus est manasses: & effrem fortitudo capitis mei.
Iuda rex meus: moab olla spei mee.
In idumęam extendam calciamētum meum: michi allophyli subditi sūt.
Quis dęducet me in ciuitatē munitā: aut quis dęducet me vsqꝫ ī idumęā?
Nonne tu deus qui repulisti nos: & nō ęgredięris deus in virtutibus nr̄is?
Da nobis auxiliū de tribulatiōe: & vana salꝰ hominis.
In deo faciemus virtutē: & ipse ad nichilū dęducet tribulantes nos.

Vt liberentur amici tui: salua dextera tua & exaudi me.
Deus locutus est in sanctuario suo: lętabor diuidam siccimam/& vallem soccot dęmętiar.
Meus est galaad et meus est manasse: et effraim fortitudo capitis mei.
Iudas lęgifer meus: moab olla lauacri mei.
Super idumęam incędā calciamento meo: michi palestina fęderata est.
Quis dęducet me ad ciuitatē munitā: qs dęducet me vsqꝫ ad idumęā?
Nonne tu deus qui proiecisti nos: et non ęgredięris deus ī exercitibꝰ nr̄is?
Da nobis auxiliū in tribulatione: vana est enim salus ab homine.
In deo faciemus virtutē: et ipse conculcabit tribulantes nos.

TITVLVS. Ad victoriā pro lilijs testimoniū humilis & simplicis Dauid/quādo pugnauit aduersus Syriam Mesopotamie & aduersus Syriā & Sobal & reuersus est Ioab & percussit in valle Salinarum duodecim milia. Pro titulo legatur caput octauum secundi Regnorum. Psalmus: humana deprecatio. Dauid in persona populi loquitur.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Deꝰ repulisti nos/destruxisti nos: iratꝰ es & misertꝰ es nobis. tu deus hactenus visus proijcere nos populū tuū fidelē israeliticū & disperdere hactenus: succēsuisti no-
2 bis/nunc autē miseratus es nos & nos ad te cōuertis. Cōmouisti terrā & cōturbasti eā: sana cōtritiones eius quia cōmota est. tu deus cōcussisti habitationē populi tui & cōfregisti eā: medęre pressuris
3 & attritionibus eius quia cōquassata est. Ostēdisti populo tuo dura: potasti nos vino cōpunctionis.
tu hactenus durus & austerus nobis apparuisti/vt aut ob delicta punires aut ī testamēto/pbares: po-
4 tus noster lachrime penitudinis & tristitie. Dedisti metuētibus te significationē: vt fugiāt a facie arcus. viuentibus in timore tuo signū suggessisti/prouidisti/secreta tua prouidētia ididisti: vt effugerēt
5 vidicte tue plagā. Vt liberēt dilecti tui: saluū fac dextera tua & exaudi me. nūc ergo deus vt saluē-
6 tur timētes te: fortitudine tua fer auxiliū & precē meā admitte. Deus locutus est in sancto suo. deus in propheta suo oraculū suū aperuit. letabor & partibor siccimā: & conuallē tabernaculorū metibor.
7 8 Meus est galaad & meus est manasses: & effraim fortitudo capitis mei. Iuda rex meus: moab olla
9.10 spei mee. In idumæā extendā calciamentū meū: michi alienigene subditi sunt. Quis deducet mē in ciuitatē munitā: quis deducet me vsqꝫ in idumęā? hoc totū dei oraculū cōtinet/ gaudebo & diuidam terrā Siccem populo meo/cōuallē tabernaculorū illis dimetiar in sortē. terra galaad & manasses mea est ad illis tribuendū: effraim robur est regni populi mei. de iuda/rex meꝰ ī populo: moabite

michi erunt in delitijs & obsequio.in Idumæã extendã pedes populi mei:allophyli michi seruiẽt.
quis deducet populum meum in ciuitatem munitã in Mesopotamiã:quis deducet vsq; in Idumæã?
Nõne tu deus qui repulisti nos:& non egredieris deus in virtutibus nostris? Respondet propheta 11
vltime particule oraculi/in qua spiritus interrogare videbaẽ/quis deducet in ciuitatẽ munitã quis deducet me vsq; i Idumæã?certe nullus deducere nos potest/nisi tu deꝰ q hactenꝰ precisti nos/& nõne tu deus presens aderis exercitibus potentiisq; nostris cũ hec efficiẽtur? Aderis. D a nobis auxiliũ 12
de tribulatione:quia vana salus hominis,releua nos ab ijs que nos hactenus pssere:quia inanis est
expectatio saluationis nostre ab homine. I n deo faciemus virtutẽ:& ipse ad nichilũ deducet tribu- 13
lantes nos,in virtute/presidioq; diuino victoria hostium potiemur/Mesopotamiã/Idumæos/& Philisteos nobis subijciemus:& ipse funditus disperdet eos qui nobis aduersantur.

ADVERTE. Quarto versu.vt fugiant a facie arcus:ex hebreo vt fugerent a facie arcus/& melius:
vt preteritũ indicetur de quo & propheta loquitur/non futurũ. nã futurã victoriã & pacẽ deus illis
erat allaturus. ¶ Vndecimo versu. & nõ egredieris deus in virtutibus nostris.quia ex vltimo versu videtur per interrogationẽ legi debere:clarius & minus ambigue totus legeretur/nonne tu deus qui
repulisti nos/& nonne egredieris deus in virtutibus nostris? ¶ Duodecimo versu. & vana salus ho-
minis:Hieronymus ex hebreo vana est enim salus ab homine.quare hic versus decentius legeretur.
da nobis auxilium de tribulatione:quia vana salus hominis,aptius enim hic quia q̃ &:sermone partter & intelligentia meliore.

¶In finẽ in hymnis Dauid. LX.

1 EXaudi deus deprecationem meam;intende orationi mee.
2 A finibus terre ad te clamaui:dũ anxiaretur cor meũ i petra exaltasti me.
3 D eduxisti me quia factꝰ es spes mea : turris fortitudinis a facie inimici.
4 I nhabitabo in tabernaculo tuo in secula:protegar in velamento alarum tuarum. Semper.
5 Quoniam tu deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hereditatem timentibus nomen tuũ.
6 D ies sup dies regis adijcies:ãnos eiꝰ vsq; i diẽ generationis et gnationis.
7 P ermanet in eternum in conspectu dei:misericordiam & veritatem eiꝰ qs requiret?
8 S ic psalmũ dicã noi tuo

¶In finẽ in hymnis Dauid. LX.

EXaudi deus deprecationem meam; intẽde orationi mee.
A finibus terre ad te clamaui:dũ anxiaretur cor meũ i petra exaltasti me.
D eduxisti me quia factꝰ es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici.
I nhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamẽto alarum tuarum. Dp̃.
Quoniam tu deus exaudisti orationem meã:dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.
D ies sup dies regis adijcies annos eius vsq; in diem seculi & i secula:pmanebit in eternum in conspectu dei.
M isericordiã & veritatẽ quis requret eorũ?sic psallam nomini tuo deꝰ in se-

¶Victori in psalmis Dauid. LXI.

EXaudi deꝰ laudationem meam : intende orationi mee.
D e nouissimo terre ad te clamabo:cum triste fuerit cor meum.
C ũ fortis eleuabitur aduersũ me:tu eris ductor meus.
F uisti spes mea:tris munitissima a facie inimici.
H abitabo in tabernaculo tuo iugiter: sperabo in protectione alarum tuarum. Sela.
T u enim deus exaudisti orationem meam : dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.
Dies sup dies regis adijcies annos eius:donec est generatio & generatio.
Sedebit semper ante faciem dei:misericordia & veritas seruabunt eum.
S ic canã nomini tuo iu-

in ſęculū ſęculi:vt reddā vota mea de die in diem.

ſęculū ſęculi:vt reddā vota mea de die in diem.

giter: reddens vota mea per ſingulos dies.

TITVLVS. Ad victoriā in pſalmis/pſalmus Dauid. Pſalmus de Chriſto domino. Propheta in ſpiritu inducit populum fidelem.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Exaudi deus deprecationē meā:intende orationi mee. celeſtis pa-
2 ter eterne exaudire dignare precē meā:admoue aurē tuam ſupplicationi mee. A finibus terre ad te clamaui dū anxiaretur cor meū:in petra exaltaſti me. a terminis terre oriēte & occidente/ſeptētrione & meridie ad te p̄ces meas effudi/dū aia mea aut offenſa in te commiſſa aut hoſtilibus cateruis
3 preſſa meręret & turbarē:tu vero eleuans me ad refugiū Chriſti tui/ſaluaſti me. Deduxiſti me quia factus es ſpes mea:turris fortitudinis a facie inimici. pater miſericordiſſime dux meus fuiſti/attraxiſti me/quia in te deo meo ſperaui:factus es michi arx inexpugnabilis et munitiſſima ab inuaſione
4 hoſtili/a poteſtate maligni. Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſecula:protegar in velamento alarū tuarū. manebo in regno tuo in perpetuū:tutabor & defendar in vmbraculo diuinitatis tue in tegmi-
5 ne miſericordie & iuſtitie tue in ſempiternū. Quoniā tu deus meus exaudiſti orationē meā: dediſti hereditatē timentibus nomē tuū. quoniā tu creator & factor meus exaudiſti me ad te orantem:feciſti
6 me timentē Chriſtū dñm verbū tuū/Chriſti tui coheredē. Dies ſuper dies regis adijcies: & annos
7 eius vſq; in diē generationis & generationis. durationi preſentis ſeculi futurā addes imperio Chriſti tui:extenſionē annorū eius a p̄ſenti generatione in futuri ſeculi generationē. Permanet in eternum in conſpectu dei:miſericordiā et veritatem eius quis requiret? rex noſter Chriſtus dñs aſſidet in perpetuū preſentie dei patris:miſerationē eius qua nos redemit/& veritatē qua nos inſtruxit/quis cō
8 prehendere ſufficeret? nullus ſane. Sic pſalmū dicā nomini tuo in ſeculū ſeculi:vt reddā vota mea de die in diem. hac igitur cauſa celeſtis pater/laudabo verbū tuū Chriſtū regē eternū aſſidue:vt per ſingulos dies laudationes meas/memoriā beneficiorū eius offeram.

ADVERTE. Secūdo verſu & tertio que proferimus per preteritum: Hieronymus ex hebræo ꝓfert per futurū. ¶ Secūda ſecundi verſus particula in petra exaltaſti me: Hieronymus/cū fortis eleuabitur aduerſū me. quod cū particula adiungit:tu eris adiutor meus. & hec/ſiue hoc ſiue illo modo dicantur:dignā preferunt intelligentiā. ¶ Septimo verſu vbi dicimus permanet in eternū in conſpectu dei/miſericordiā & veritatē eius qs requiret: Hieronymus ex hebræo ſedebit ſemper ante faciem dei/miſericordia & veritas ſeruabunt eum. & hec & interpretū/vtraq; ſcilicet ſententia:digna. ¶ Vltimo verſu vt reddā:ex hebræo reddēs. & id quoq; ſufficiebat:& ſenſus dilucidior/& ſermo melior.

¶ In finem pro idithum pſalmus Dauid. LXI.

1 NOnne deo ſubiecta erit anima mea? ab ipſo enī ſalutare meum.
2 Nā & ipſe deꝰ meꝰ & ſalutaris meꝰ: ſuſceptor meus nō mouębor amplius
3 Quouſq; irruitis in hominē/interficitis vniuerſi vos? tanq̄ parieti inclinato & macerie dępulſe?
4 Vęrūtamen preciū meū cogitauęrūt repellere/cucurri in ſiti:ore ſuo benedicębant & corde ſuo maledicębant. Semper.
5 Vęrūtamē deo ſubiecta eſto anima mea: quoniā

¶ In finem pro idithum pſalmus Dauid. LXI.

NOnne deo ſubdita erit anima mea? ab ipſo enī ſalutare meum.
Eteni ipſe eſt deꝰ meꝰ & ſalutarisme?: adiutor meus non mouębor amplꝰ.
Quouſq; irruitis in homines/interficitis vniuerſos: tanq̄ parieti iclinato & macerie impulſe.
Vęrūtamen honorē meum cogitauęrunt repellere cucurri in ſiti: ore ſuo benedicębant & in corde ſuo maledicębant. Dp̄.
Vęrūtamen deo ſubdita erit anima mea: quoniā

¶ Victori pro idithum pſalmus Dauid. LXII.

ATtamen apud deū ſilębit anima mea: ex eo ſalus mea.
Attñ ipſe eſt ſcutū meū & ſalꝰ mea fortitudo mea nō cōmouębor amplius.
Vſq;quo iſidiamini contra vir̄/iterficitis omnes: quaſi murus iclinatus & maceria corruens?
Partē eni eius cogitauęrunt expellere/placuęrūt ſibi in mendacio: ore ſuo ſinguli bñdicūt & corde ſuo maledicūt. Sela.
Vęruntamen deo retice anima mea: ab ipſo enim

GALL.	ROM.	HEB.
ab ipso patiẽtia mea.	ab ipso est patiẽtia mea.	prestolatio mea.
6 Quia ipse deus meus & saluator meꝰ/adiutor meus:non ẹmigrabo.	Eteni ipse est deus meus & salutaris meꝰ/adiutor meus:non ẹmigrabo.	Ipse est fortitudo mea & salus mea/susceptor meꝰ: non timẹbo.
7 In deo salutare meum et gloria mea: deus auxilij mei & spes mea i deo est.	In deo salutare meum & gloria mea: deus auxilij mei spes mea in deo est.	In deo salutare meũ & glia mea:robur fortitudinis mee & salꝰ mea i deo.
8 Spate i eo ois cõgregatio ppli/ẹffũdite corã illo corda vestra:deꝰ adiutor noster in ẹternũ. Sẽper.	Spẹrate in eo ois cõuentus plẹbis/& ẹffũdite corã illo corda vestra: quia deus adiutor nr̃ est. Dp̃.	Spẹrate in eo omni tempore populi/ẹffũdite coram eo cor vestrum:deus spes nostra est. Sela.
9 Verũtn̄ vani filij hoim/ mẽdaces filij hoim in stateris:vt dẹcipiant ipsi de vanitate in idipsum.	Vẹrũtn̄ vani filij hoim/ mẽdaces filij hoim in stateris:vt dẹcipiant ipsi de vanitate sua in idipsum.	Vẹrũtn̄ vanitas filij adã/ mendaciũ filij viri in stateris dolosis: fraudulenter agunt simul.
10 Nolite spẹrare i iniqtate/ & rapinas nolite cõcupiscere:diuitie si affluãt nolite cor apponere.	Nolite spẹrare i iiqtate: & in rapinis nolite concupiscere. Diuitie si affluant nolite cor apponere:	Nolite cõfidere i calũnia & i rapina ne frustremi. Diuitie si affluxerint:ne apponatis cor.
11 Semel locutꝰ est deꝰ duo hec audiui/quia potestas dei est & tibi dn̄e miseri cordia:qa tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua.	Semel locutus est deꝰ duo hec audiui Quia potestas dei est & tibi dn̄e mia:quia tu reddes singul' scd̄z opa eorũ.	Vnũ locutus est deꝰ:duo hec audiui. Quia iperiũ dei est & tibi dn̄e mia:qa tu reddes vnicuiq; secudũ opꝰ suũ.

TITVLVS. Ad victoriã idithum. Psalmus de Christo dño. Propheta i spiritu inducit ppm̃ sanctũ.

EXPOSITIO CONTINVA. Nõne deo subiecta erit anima mea/ab ipso eni salutare meũ.nõne 1
aduenier hora qua soli deo anima mea subdita sit/a mũdi pressuris & ipietatibus liberata/nã ab ipso
expectatio salutaris mei/& liberationis mee. Nã & ipse deus meus & salutaris meus:susceptor me- 2
us non mouebor amplius.nã ipse idẽ deus meus est/saluator meus est:auxiliator meus a cõcussionibus mundi/nõ fluctuabo/nõ angar amplius vbi illi subditus fuero. Quousq; irruitis i hominẽ/interficitis vniuersi vos:tanq̃ parieti inclinato & macerie depulse/O filij hominum/vanitatum amatores/ 3
quousq; impetũ facitis in populũ salutẽ & liberationẽ suã adeo expectantẽ/quousq; vos omnes molimini illum vestro impetu obruere:tanq̃ prono pariete muroue ruente / et congerie lapidum subita
ruina opprimente. Verũtamen preciũ meũ cogitauerunt repellere cucurri in liti:ore suo benedice- 4
bant & corde suo maledicebant.verũtamen id faciẽtes voluerũt michi mercedẽ meã / futurã gloriã
preripere/cursus huius vite mee in labore fuit & desiderio alterius:ipsi labijs suis bona loquebãtur/
& in mente sua cogitabant execrãda. Verũtamẽ deo subiecta esto aia mea:quoniã ab ipso patientia 5
mea. Quia ipse deus meus & saluator meus:adiutor meus nõ emigrabo.ferme primi & secũdi ver- 6
sus/ad sui consolationẽ resumit intelligentiã. In deo salutare & gloria mea:deus auxilij mei & spes 7
mea in deo est.in deo salus mea/in deo gloria mea:in deo robur defensionis mee/& in deo fiducia
mea est.Sperate in deo omnis cõgregatio populi/effũdite corã illo corda vestra:deus adiutor no- 8
ster in eternũ.fidite in deo omnis cetus populorũ/cõsternite animas vestras/dilatate & tota charitate ante deũ expandite:quia deus auxiliator noster est/& presidiũ nostrũ. Verũtamen vani filij ho 9
minũ mendaces filij hoim in stateris:vt decipiant ipsi de vanitate in idipsũ.q̃q̃ in deo sperandũ/effundenda corda ante eũ/quia ipse solꝰ spes nostra & adiutoriũ esse debet/attamẽ terreni carnalesq;
homines non in deo sed in vanitatibus cõfidunt/subdoli sunt in bilancibus/mensuris/ratiocinijs/om
nibusq; iustitie instrumentis:vt ipsi simul in rebus vanis/caducis/transitoriis & ad horã labentibus in
quibus cõfidunt decipere possint. Nolite sperare in iniquitate/& rapinas nolite concupiscere;diui- 10

tie si affluant nolite cor apponere. O stulti et insipientes filij hominū/carnales viri resipiscite/nolite spem vestrā in rebus iniustitia vestra partis collocare/nolite augere/dolis & fraudibus aliorū bona diripere:alioqui si vobis abunde sunt diuitie/ nolite spem vestrā & animū vestrum in illis figere/
11 nolite finē vestrum in illis constituere. Semel locutus est deus duo hec audiui/quia potestas dei est & tibi domine misericordia:quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua. dei verbum vnum est/ego duo mentis mee auribus hausi/scilicet quia deo potentia est ad malos puniēdos quod maxime ex veteri lege didici/& tibi domine misericordia est qua bonos tuo regno celesti muneras/quod maxime didici ex noua:quia tu iustissime iudex cui datum a patre est omne iudicium facere/retribues bona bonis/& supplicia malis/secundū q̄ cuiusq; merebuntur preterite vite acta.

ADVERTE Primo versu vbi dicimus nonne deo subiecta erit anima mea:Hieronymus/attamen apud deū silebit anima mea. quod designare videtur:cū anima mea apud deum fuerit/tranquillita te fruetur/quiescet/nō amplius anxiabitur/non queretur. ¶Tertio versu/iterficitis vniuersi vos.vos rectus est: cum ex greco vbi dicitur φονευετε παντες υμεις/tum ex hebræo ex quo Hieronymus traduxit interficitis omnes/supprimens vos. quod in verbo interficitis satis intelligitur:quādo rectus est.& casum sequentem id verbum interficitis/virū scilicet/ex precedenti particula satis dilucide datur intelligi. ¶Quod eodē tertio versu subiungitur tanq̄ parieti inclinato & macerie depulse: ex hebreo per rectum melius tanq̄ paries inclinatus & maceria depulsa. habet enim Hieronymus quasi murus inclinatus & macerta corruens. comparantur eni illi impetu suo in vnū/bonos interficere & delere volētes:muro in casu iam prono/& macerie ruenti & opprimenti transeūtes. est eni maceria:congeries lapidum in clausuram aliquam sine cemento & ferrumine compactorum. quod si non placet per rectum dici:non per datiuum sed septimum casum vertēdum fuerat/tanq̄ pariete inclinato & maceria depulsa/vt id quodāmodo instrumentū signet. versum enim per datiuum:nullum sensum/aut ineptū facit. ¶Quarto versu. cucurri in siti:Hieronymus ex hebræo placuerūt sibi in mendacio. vterq; sensus bonus:sed interpretes de orante particulam illam intellexere/ Hieronymus vero de terrenis eius persecutorib⁹. ¶Septimo versu. deus auxilij mei:decentius erat vt anceps vocabulū hoc in loco vertissent fortitudo auxilij mei/vt id respiceret in deo est:quod & cetere per totum versū respexerunt particule. sic etiā Hieronymus ex hebræo traduxit robur fortitudinis mee & salus mea in deo. ¶Octauo versu. omnis congregatio populi:distinctio post populi faciēda. nam genitiuus est.quod ex greco dilucidū est/vbi habetur:πασα συναγωγη λαων omnis congregatio populorum. & ex tralatione romana. sperate in eo omnis conuētus plebis. ¶Eodē octauo versu. adiutor noster in eternū. illud in eternum superfluit/ex hebræo/romano/greco. ex hebreo enim tantum deus spes nostra est. in romano psalterio tantum adiutor noster est. in greco tantum ο θεος βοηθος ημων. & in psalteriis asteriscos/obeloq; signatis:illud obelo cōfossū est. sed hic neuus/hec euenit superfluitas:quod in hoc loco in hebræo ponit sela.que dictio signatur:nō profertur. loco cuius in psalmodia greca ponitur diapsalma:quod similiter non profertur a psallentibus. & in nostris psalteriis/id est gallicane tralationis:in rubrica ponunt semper. quod idētidem nō profertur. satis igitur est nobis psallere. sperate in eo omnis congregatio populi/effūdite coram illo corda vestra:deus adiutor noster/et minio aut alio colore subscribere/semper.

¶Psalm⁹ Dā cū esset in deserto Idumæe. LXII.

1 DEus deus me⁹:ad te de luce vigilo.
Sitiuit in te anima mea:
2 q̄ multipliciter tibi caro mea.
In terra deserta/& inuia
3 & inaquosa sic in sctō apparui tibi:vt videre virtutē tuā & gloriam tuam.
Quoniā melior est mise-
4 ricordia tua super vitas:

¶Psalm⁹ Dā cū esset in deserto Idumæe. LXII.

1 DEus deus me⁹:ad te de luce vigilo.
Sitiuit in te anima mea:
2 q̄ multipliciter & caro mea.
In deserto & inuio & in inaquoso/sic in sctō apparui tibi:vt videre virtutē tuam & gloriā tuam.
Quia melior est miseri-
4 cordia tua super vitas:la-

¶Psalm⁹ Dā cū esset in deserto Iudæe. LXIII.

1 DEus fortitudo mea tu es:de luce cōsurgam ad te.
Sitiuit te anima mea:de-
2 siderauit te caro mea.
In terra inuia et consitiē-
3 te ac sine aqua/sic in sctō apparui tibi:vt videā fortitudinē tuā & gliam tuā
Melior est eni misericor-
4 dia tua q̄ vite: labia mea

GALL.	ROM.	HEB.
labia mea laudabunt te.	bia mea laudabũt te.	laudabunt te.
5 Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.	Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.	Sícbenedicã tibi in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.
6 Sicut adipe & pinguędine repleatur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum.	Sicut adipe & pinguędine repleatur anima mea: & labia exultationis laudabunt nomen tuum.	Quasi adipe & pinguędine implębit anima mea: & labiis laudantibus canet os meum.
7 Sic memor fui tui super stratũ meũ/in matutinis meditabor in te:quia fuisti adiutor meus.	Sic memor fui tui super stratũ meũ / in matutinis meditabor in te:quia factus es adiutor meus.	Recordans tui in cubili meo/per singulas vigilias meditabor tibi quia fuisti auxiliũ meũ:& in vmbra alarum tuarũ laudabo.
8 Et in vęlamento alarum tuarum exultabo/ adhęsit anima mea post te:me susceępit dextera tua.	Et in vęlamento alarum tuarũ exultabo / adhęsit anima mea post te:me susceępit dextera tua.	Adhęsit aia mea post te: me susceępit dextera tua.
9 Ipsi vero in vanũ quęsierunt animã meam/introibunt in iferiora terre/tradentur in manus gladij: partes vulpium erut.	Ipsi vero in vanũ quęsierũt animã meam/ introibunt in iferiora terre/tradentur in manus gladij: partes vulpium erũt.	Ipsi vero interficere quęrunt animam meã / igrediantur ī extrema terre/ cõgregentur ī manꝰ gladij: pars vulpiũ erunt.
10 Rex vero lętabit in deo laudabunt oẽs qui iurãt in eo: quia obstructũ est os loquẽtium iniqua.	Rex vero lętabit in dño laudabunt oẽs qui iurãt in eo:quia obstructũ est os loquentiũ iniqua.	Rex autẽ lętabitur ī deo laudabit ois qui iurat in eo:quia obstruętur os loquentium mendacium.

TITVLVS. Psalmus Dauid cũ esset in deserto Iudæe. Psalmus de Christo domino. Propheta in spiritu inducit Christũ/in desertum a spiritu sancto ductum.

EXPOSITIO CONTINVA. Deus deus meus: ad te de luce vigilo, pater mi/deus meus a tẽpore missionis tue lucis in mundũ: ad te orandũ consurgo. Sitiuit in te anima mea: q̃ multipliciter tibi caro mea. concupiui te toto corde/tota mente/totis viribus anime mee: & assumpta in me mortalis infirmitas/omnibus modis ad te elanguit. In terra deserta/inuia & inaquosa sic i sancto apparui tibi: vt viderẽ virtutẽ tuã & gloriã tuã. in deserto loco/imperuio & arido/sic a spiritu tuo presentatus sũ tibi: vt quadraginta diebus & noctibus ieiuniũ ferens/contẽplarer fortitudinẽ tuã & maiestatem tuã. Q m melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabũt te. O pater/qm̃ prestabiliora sunt que tua miseratione michi donas/q̃ multe transitorie vite: labia mea tibi gratias agẽt. Sic benedicã te in vita mea: & in noie tuo leuabo manus meas. sic psallã tibi q̃diu ero in terra: & orans & nomẽ tuũ inuocãs eleuabo manꝰ meas ad te. Sicut adipe & pinguedine repleatur aia mea: & labiis exultationis laudabit os meũ. replebitur anima mea vt pingui alimento/fecũda laude tua:: & in exultatione te ore meo collaudabo. Sic memor fui tui super stratũ meum/ in matutinis meditabor in te: qa fuisti adiutor meꝰ. pater eterne/i secreto meo memoratꝰ sũ laudis tue: mane exercitabor in tua laude/in bonorũ tuorũ cõfessione: quia tu es michi auxiliatus. Et in velamẽto alarũ tuarũ exultabo/adhesit aia mea post te: me suscepit dextera tua. gaudebo in ꝓtectione misericordie & iustitie tue/cor meũ & mens mea agglutinata est ad te: brachium & fortitudo tua saluauit me. Ipsi vero in vanum quesierũt animã meam/introibũt in inferiora terre/tradẽtur in manus gladij: partes vulpiũ erunt. inimici mei frustra satagũt auferre vitã meã/deturbabunt ad inferos in penetralibus terre: dabunt a te i potestate framee tue/ãgeli pcutiẽtis/portio erũt subdolorũ demonũ. R ex vero letabit in deo/laudabũtur oẽs qui iurãt in eo: qa obstructũ est os loquentiũ iniqua. de se loquit vt de tertio/

quem vero tu constituisti messiam tuum super sion mõtem/exultabit in te deo suo/a te probabũ tur omnes qui iurabunt in eo/ipsum vt incõmutabilem venerantes veritatem:quia clausum & de molitum est os blasphemantium/eum & deum & filium tuum negantium.

ADVERTE. Primo versu. deus/deus meus:pro quo hieronymus ex hebreo traduxit deus fortitudo mea. id deus meus in hebreo habetur idem verbum quo dominus ad patrem in cruce circa horam nonam clamauit deus meus/deus meus. sic enī in hebreo hic psalmus incipit ELOHIM/ELI:vbi reuera ELOHIM plurale est & ELI singulare/ad secretum trinitatis & vnitatis mysterium/ad discretionem hypostaseon/& consubstantialitatem earum. ¶ Sexto versu. sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea:ex hebreo aptiꝰ replebitur. ¶ Septimo versu. sic memor fui tui: ex greco habeī si/nõ sic. vbi dicitur ει εμεμνημοευον σου si memorabar tui. at melius sine nota cõditionis si/aut similitudinis sic:ex hebreo/vbi hieronymus dũtaxat habet recordãs tui. ¶ No no versu. quod nos dicimus per preteritum quesierunt:hieronymus ex hebreo expressit per presens quasi iam imminens. etsi enim iam animam eius quesissent cum fugit in egyptum:in prospectu illi erat etiam de recẽti quesituros eum/ad eũ interficiendũ. ¶ Decimo versu. quod etiam per preteritum pronunciamus/quia obstructũ est:hieronymus ex hebreo exposuit per futurum/quia obstructur. nondum enim obstructum erat:sed futurum/vt cognita eius diuinitate iurarẽt fideles per eum non in vanum/sed in argumentum testimonij fidelis/illesibilis/inuiolabilisq; (vt sic dicam) veritatis. sic enim prius in veteri lege iurabant viuit dominus: in noua etiam dicere possumus viuit Christus. neq; errat qui sic fideliter in eo iurat/cũ id neq; vane facit/neq; blasphemat. attamen in versu siue obstructum siue obstructur dicatur:idem sensus pretenditur.

¶In finem psalmus Dauid. LXIII.

1 EXaudi deus orationẽ meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam.

2 Protexisti me a cõuentu malignantiũ:a multitudine operantiũ iniquitatẽ.

3 Quia exacuerunt vt gladium linguas suas/intenderunt arcum rem amaram:vt sagittent in occultis immaculatum.

4 Subito sagittabunt eum & nõ timebunt: firmauerunt sibi sermonẽ nequã.

5 Narrauerunt vt absconderent laqueos:dixerunt quis videbit eos?

6 Scrutati sunt iiquitates: defecerũt scrutantes scrutinio.

7 Accedet homo & cor altum:& exaltabitur deus

8 Sagitte paruulorum facte sunt plage eorum: &

¶In finem psalmus Dauid. LXIII.

EXaudi deus orationem meam cum tribulor:a timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me a conuẽtu malignantiũ:a multitudine operantiũ iniquitatẽ.

Quia exacuerunt vt gladium linguas suas/intenderunt arcum rem amaram:vt sagittent in occultis immaculatum.

Subito sagittabũt eum & nõ timebunt: firmauerũt sibi verbum malum.

Disputauerũt vt absconderent laqueos: dixerũt quis videbit eos?

Scrutati sunt iniquitatẽ: defecerunt scrutãtes scrutinium.

Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur deus

Sagitte paruulorum facte sunt plage eorũ: & ꝑ

¶Victori psalmus Dauid. LXIIII.

AVdi deus vocẽ meam loquentis: a timore inimici serua vitam meam.

Absconde me a consilio malignorum: a tumultu operantium iniquitatem

Quia exacuerunt quasi gladium linguam suam/tetenderũt sagittã suam verbum amarissimum/vt sagittarẽt in absconditis simplicẽ: subito sagittabunt eũ & nõ timebũt

Cõfortauerũt sibi sermonẽ pessimũ/narrauerunt vt absconderẽt laqueos:dixerunt quis videbit nos?

Scrutati sunt iiquitates: defecerũt scrutantes scrutinio.

Cogitationibus singulorum:& corde profundo.

Sagittabit ergo eos deꝰ iaculo repẽtino/inferẽtur

GALL.	ROM.	HEB.
infirmate ſunt cõtra eos lingue eorum.	nichilo habuerũt contra eos lingue ipſorum.	plage eorum:corruent in ſemetipſos linguis ſuis.
9 Conturbati ſunt omnes qui videbãt eos:et timuit omnis homo.	Conturbati ſunt omnes qui videbãt eos:et timuit omnis homo.	Fugient omnes qui viderint eos/& timebunt omnes homines /& annunciabũt opus dei:& opus eius intelligent.
10 Et annunciauerunt opa dei:& facta eius intellexerũt	Et annunciauerunt opa dei:et facta eius intellexerũt	
11 Lętabitur iuſtus in dño & ſperabit in eo:et laudabũtur omnes recti corde.	Lętabitur iuſtus in dño & ſperabit in eo:& laudabũtur omnes recti corde.	Lętabitur iuſtus in dño & ſperabit in eo:& exultabunt oẽs recti corde.

TITVLVS. Ad victoriã pſalmus Dauid pſalmus de chriſto dño. Propheta in ſpiritu loquitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Exaudi deus orationẽ meã cũ deꝑcor:a timore inimici eripe ani 1
mam meã. ſuſcipe precẽ meã deꝓquã ad te effundo:a metu pſequẽtis libera vitã meã. Protexiſti 2
me a cõuentu malignantiũ:a multitudine operantiũ iiquitatẽ. defendiſti me a cõcilio me pderevo
lentiũ:& a turba trãſgrediẽtiũ tuã legẽ/tuã ſanctã ordinationẽ. Quia exacuerũt vt gladiũ linguas 3
ſuas/intẽderũt arcũ rem amarã:vt ſagittẽt in occultis imaculatũ. hec ego ſum ꝑcatus/quia pctõ=
res velut enſem exacuerunt linguas ſuas/intenderunt neruum ſermonem nequã & felle plenum:
vt ſauciẽt in inſidijs iuſtũ/inſonte meſſiã / ipſum in quo nullũ eſt peccatũ. Subito ſagittabũt eũ & 4
nõ timebũt:firmauerũt ſibi ſermonẽ nequã. cũ feſtinatiõe mortificabũt eũ/deũ nõ reuerebunt:cõ
cluſerũt/fixerũt/determinarũt ſibi peſſimũ conſiliũ. Narrauerũt vt abſcõderẽt laqueos: dixerunt 5
quis videbit eos? deliberauerũt abſcõdere dolos ſuos:dixerũt quis deꝑhendet eos? Scrutati ſunt 6
iniquitates:defecerũt ſcrutãtes ſcrutinio. ſtuduerũt deꝑhendere meſſiã in pctõ:oberrauerunt ex=
plorãtes eo ipſo exploramie ſuo. Accedet homo & cor altũ: & exaltabit deꝰ. oberrauerũt inquã 7
& illuſi ſunt:quia veniet meſſias homo mentis alte:& ipſe glorificabit vt deus. Sagitte paruulorũ 8
facte ſunt plage eorũ:& infirmate ſunt cõtra eos lingue eorũ. ſpicula inſipientiũ facta ſunt vulne
ra eorũmet ipſorũ:& ſermones eorũ cõtra coſmetipſos facti ſunt inualidi. Cõturbati ſunt oẽs qui 9
videbãt eos:& timuit ois homo. cõterriti ſunt vniuerſi qui intuebant cõfuſionẽ eorũ:atq; oẽs ho=
mines qui eos viderũt terrore obriguerũt. Et annũciauerũt opera dei:& facta eius intellexerũt. 10
& omnes qui viderunt/confeſſi ſunt illas eſſe vltiones dei:& facta dei eſſe cognouerũt. Letabitur 11
iuſtus in domino & ſperabit in eo:& laudabuntur omnes recti corde. exultabit meſſias in deo &
ſpem ſuam firmabit in eo:& probabuntur omnes qui illi adheſerint/rectoq; fuerint animo.

ADVERTE. Secũdo verſu. ꝓtexiſti. meliꝰ ꝓtege:cum vt cõtinuet deꝑcatio/& etiã ex hebreo ex
quo habet abſcõde me. ¶ Septimo verſu. accedet homo & cor altũ & exaltabit deus : lõge aliũ
ex hebreo hieronymꝰ colligit ſenſum his verbis/cogitationibꝰ ſingulorũ & corde ꝓfundo/ſupio=
ris verſus intelligẽtie annectẽs/defecerũt ſcilicet ſcrutãtes ſcrutinio ſcrutãtes inquã cogitationibꝰ
ſingulorũ & ꝓfunda cuiuſq; meditatiõe. Paulus hebreꝰ ita hũc ſeptimũ verſum intelligit:interio=
ra hois & cor ꝓfundũ. & tũc ꝑcedẽtis verſus itelligẽtie necti etiã poteſt/defecerũt ſcrutãtes ſcru=
tinio/ſcrutãtes dico interiora hois meſſie & cor eius ꝓfundũ & ab eis inſcrutabile. & hic ſenſus nõ
vſq; adeo abhorret a noſtra tralatiõe. verũ cũ ſeipſum paulus interꝑtatur : recidit in intelligentiã
hieronymi. q; inſup aſſentit libẽter/dictũ de daniele/vt pleraq; alia:olet iudaiſmũ. Et ſi legimꝰ
accedet homo:ſubiũgẽdũ potiꝰ & cor altũ q̃ ad cor altũ. & id ex greco vbi dicit προσελευσε=
ται ανθρωπος και καρδια βαθεια accedet homo & cor ꝓfundum. & ex hebreo:vbi in cõ
page reſpõdente ponit &/cũ dicit & corde ꝓfundo. ¶ Octauo verſu. ſagitte paruulorũ facte ſunt
plage eorũ:hieronymꝰ ex hebreo/ſagittabit ergo eos deꝰ/iaculo repẽtino inferent plage eorum.
¶ Nono verſu. & timuit ois homo:meliꝰ & timuerũt oẽs hoies. quod & ex hebreo & ex verſu ſe=
quenti cognoſcit. ex hebreo quidẽ:quia illic dicit & timebunt omnes hoies. & ex verſu ſequenti:
quia pluratiue ſubnectitur/& annunciauerunt opera dei. quod reſpicit non eos qui ſubita dei pla
ga percuſſi ſunt:ſed eos qui id videntes terrore ſunt perculſi. quod ſi intelligis de plaga illis illa=
ta ꝓ romanos/& de deſolatione ſecundi tẽpli vbi pluſq̃ vndecies cẽtena milia deſiderata ſunt/vbi
mater/pietatis materne oblita proprium mãdit filium/propria coxit & vorauit viſcera / vbi & vt
hieremias in threnis habet qui nutriebãtur in croceis amplexati ſunt ſtercora: vt qui que egere=
De cęlo annunciabis iu-
dicium: terra timens ta-
cębit.
Cū ſurrexerit ad iudicā-
dū deus: vt ſaluos faciat
oēs mites terre. Sela.
Quia ira hominis confi-

GALL.	ROM.	HEB.
cõfitębit tibi : & reliquie cogitationis diem festum agent tibi.	fitębitur tibi: & reliquie cogitationum diem festũ agent tibi.	tębitur tibi : reliquijs ire accinggris.
11 Vouęte & reddite dño deo vestro: oēs q in circuitu eius/afferent munera.	Vouęte & reddite dño deo vestro: oēs q in circuitu eius offertis munera.	Vouęte & reddite dño deo vestro: oēs q in circuitu eius sunt/offerēt dona
12 Terribili & ei qui aufert spiritum principum: terribili apud rẹges terre.	Terribili & ei qui aufert spiritum principum: terribili apud rẹges terre.	Terribili auferenti spiritum ducum: terribili rẹgi bus terre.

TITVLVS. Ad victoriam in carminibus psalmus Asaph canticum. Psalmus de Christo domino. Propheta in spiritu loquitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Notus in iudea deꝰ: in israel magnum nomẽ eius. agnitꝰ Christus dñs in carne in terra iuda: in terra israel celebris fama nois eius. 1
Et factus in pace locus eiꝰ: & habitatio eiꝰ in siõ. in tpe vniuerse pacis aduẽtus eiꝰ: & cõuersatio eius in mõte siõ/in tẽplo dei docẽs & instruẽs populũ. 2
Ibi cõfregit potẽtias: arcũ/scutum/gladiũ & bellũ. in aduẽtu suo sustulit vires 3
bellorũ: & ipse salutis pacisq; author detriuit oimodũ bellãdi machinamentũ/ipmq; cõflictũ. Illuminãs tu mirabiliter a mõtibus eternis: turbati sunt oẽs insipiẽtes corde. tu deus qui in terrã venisti mirabiliꝰ illuminãs q̃ angeli dei/qui illuminarũt/docuerũt & illustrarũt per ꝓphetas: cõcitati 4
sunt in te vniuersi mẽte cæci/vecordes/dei ignari/aioq; impij. Dormierũt somnũ suũ: & nichil inuenerũt oẽs viri diuitiaꝝ in manibꝰ suis. aduersantes iam nato & diuersanti in terris & illuminãti 5
Christo dño ne regnũ tẽporale perderẽt/mortui sunt in peccatis: & nichil in actionibꝰ suis inuentũ est bonorũ operũ. Ab increpatione tua deus iacob: dormitauerũt qui ascẽderũt equos. a corre 6
ptione tua deꝰ custodiẽtiũ legẽ tuã et vicia supprimẽtiũ: ꝓpinquauerũt ad mortẽ principes & potẽtes/qui tibi aduersati sunt. Tu terribilis es & quis resistet tibi/ex tũc ira tua. tu tremẽdus & me- 7
tuendus es/& quis possit tue potẽtie reluctari/ex illo tpe in iudeos indignatio tua. De celo auditũ 8
fecisti iudiciũ : terra tremuit & quieuit. Cum exurgeret in iudiciũ deꝰ: vt saluos faceret oẽs mãsuetos terre. sed & alio aduẽtu veniet/cũ desup lignũ dabit deus/iudicij: in cõspectu eius terremi time 9
bũt & tacebũt nequaq̃ audẽtes tũc mutire et illi aduersari. cũ ipse dñs ad iudicãdum in ꝓpria descẽdet: vt eterna felicitate donet oẽs qui mãsuete illum in terra susceperẽ/eiusq; volũtates precep- 10
taq; seruauerẽ. Quia cogitatio hois cõfitebitur tibi: & reliquie cogitationũ diem festũ agẽt tibi. tunc aduersarij tui horrescẽt/pauebũt & cõticescẽt/quia tũc aperte erũt cogitatiões hoim/& deũ pariter esse agnoscẽt & cõfitebunt/sed sole mitiũ/piorũq; cogitatiões eternitatis indeficientẽ lucẽ cũ festiuitate & gaudio celebrabũt. Vouete & reddite deo vestro: oẽs qui in circuitu eius/afferent 11
mũera. spõdete & q̃ spopõderitis exhibete dño deo vestro: nã oẽs quorũ ille medi⁹ est/laudes illi cõcinnẽt & hymnos. Terribili & ei qui aufert spiritũ principũ: terribili apud reges terre. spõdete 12
& reddite deo vestro tremẽdo & metuẽdo/& qui potestatẽ habet auferẽdi principibꝰ & potestatibus prudẽtie sensum: tremẽdo & metuẽdo omnibus in terra dominantibus atq; regnantibus.

ADVERTE. Secũdo versu. & factus est in pace locus eius: hieronymꝰ & erit in salẽ tabernaculũ eius. exposuissem vt nõnulli erit in hierusalẽ locus eius & cõuersatio eius in sion / quasi huic esaie vaticinio respõderet/de sion exibit lex & verbũ dñi de hierusalẽ/quod & in dñi aduẽtu ipletũ est: nisi q; hieronymꝰ ad euagriũ presbyterũ nõ satis cõsentire videt Iosepho & nostris/qui candẽ credunt ciuitatẽ que olim salẽ & nunc hierusalẽ. verũ salẽ dicit oppidũ esse iuxta scithopolin quod & eius quoq; tẽpore retinebat nomẽ salẽ. in quo nõ satis aperte cõstat dñm nostrũ fuisse. & interpretes nõ ꝓpriũ nomẽ esse hic intellexerũt sed cõmune: ideo trãstulerũt in pace. ¶ Quarto versu. illuminãs tu mirabiliter a mõtibus eternis: hieronymꝰ ex hebreo/lumẽ tu es magnifice a mõtibus captiuitatis. quo designari videt tu es lumẽ magnificẽtiꝰ q̃ mõtes captiuitatis. & hi montes qui a captiuitate humani generis illuminauerũt/ad aduentũ Christi dei & saluatoris/angeli fuerunt & ꝓphete: qui pcertim luxerũt genti hebraice/vt deũ agnoscerent. at vero Christꝰ dñs iuxta oraculũ iusti simeonis: lumẽ est ad reuelationẽ gentiũ vt vniuersi fines terre deũ agnoscerẽt/& gloria plebis sue israel. ¶ Secũda eiusdẽ quarti versus particula. turbati sunt oẽs insipiẽtes corde : hieronymus ex hebreo spoliati sunt superbi corde. quod ꝓpe modũ incõtaminate deipare virginis cõspirat oraculo: quod deo plena cecinit. deposuit potẽtes de sede: & exaltauit humiles. ¶ Octauo versu. de celo auditũ fecisti iudiciũ tuũ/terra tremuit & quieuit: rectiꝰ ad hebreũ/de celo auditũ facies

iudiciū/terra tremet & qeſcet.ſic enī ex hebræo de celo ānūciabis iudiciū/terra timēs tacebit. & ī precedētib⁹ de primo iudicio:hic de ſecūdo/ſermo habęri videť. ¶ Nono verſu. cū exurgeret in iudiciū deꝰ vt ſaluos faceret oēs māſuetos:cōformiꝰ ad hebræū cum exurget in iudiciū deus vt ſaluos faciat oēs māſuetos terre. ¶ Vndecimo verſu.vouete & reddite dño deo vr̄o. ſunt qui legūt nr̄o.grece legīť τω θεω ημωρ deo nr̄o:vbi ſcribēdum fuiſſe arbitror υμωρ id eſt veſtro.nā & ī hebræo deo vr̄o habeť.ſed & codices emēdati oēs/habēt veſtro. ¶ Eodē verſu.legēdū in pſalmodia romana oēs qui in circuitu eiꝰ offerēt munera/& diſtinctiōis punctꝰ poſt eius/intelligēdꝰ.nā & ex hebræo:verbū ſunt intelligēdum/ac ſi ita exprimeremꝰ oēs qui in circuitu eius ſunt/offerent munera.quaſi hec ſit intelligentia.vos adhuc terrenorum incole/vouete & reddite deo vr̄o:quia etiā oēs qui iudicio facto eternitatis diē feſtū illi agēt/illū circunſtātes/laudes offerēt illi.& vos etiā nunc nitamini beatos illos imitari. Et grece etiā p tertiā pſonā pluralē legīť οισουσι Δωρα.ferent munera.nos autem in eccleſiis gallicis/nūc legumꝰ/oēs q in circuitu eiꝰ affertis munera:romanā forte pſalmodiā imitātes.arbitrati ſunt enī id meliꝰ eſſe:& referēdum ad id qđ in principio intelligīť vos/cū dicīť vouete & reddite,& pleriſq; in locis:ex romana editione mutuā tur/vbi id ſuſpicātur dictum accōmodatius.

¶In finē p idithum p̄s Aſaph. LXXVI.

1 VOce mea ad dn̄m clamaui: voce mea ad deū et intendit michi.
2 In die tribulationis mee deū exqſiui manibꝰ meis:nocte contra eū et non ſum dęceptus.
3 Renuit conſolari anima mea/memor fui dei et dęlęctatus ſum/et exercitatus ſum:et dęfęcit ſpiritꝰ meus. Seper.
4 Anticipauęrunt vigilias oculi mei: turbatus ſum et non ſum locutus.
5 Cogitaui dies antiquos: et annos ęternos in mente habui.
6 Et meditatus ſum nocte cum corde meo:et exercitabar et ſcobębam ſpiritum meum.
7 Nūquid ī ęternū p̄jiciet deus:et nō apponet vt cō placitior ſit adhuc?
8 Aut ī finē miam ſuā abſcidet:a generatione ī generationē?
9 Aut obliuiſcętur miſe-

¶In finē p idithum pſalmus Aſaph. LXXVI.

VOce mea ad dn̄m clamaui:et vox mea ad deū et intendit michi.
In die tribulationis mee deū exquiſiui manibus meis: nocte coram eo et non ſum dęceptus.
Negaui conſolari animā meam:memor fui dei et dęlęctatus ſum.
Exercitatus ſū et dęfęcit pauliſp ſpūs meꝰ/ Dp. ātícipauęrūt vigilias oculi mei: turbatꝰ ſum et nō ſum locutus.
Cogitaui dies antiquos: et annos ęternos in mente habui.
Et meditatus ſum nocte cum corde meo: exercitabar et ventilabam ī me ſpiritum meum.
Et dixi nunquid in ęternum proiſciet deus / aut non apponet vt complacitior ſit adhuc? aut in finem miſericordiam ſuā abſcidet a ſęculo et in generatione?
Nūquid obliuiſcęť miſe-

¶Victori pro idithū p̄s Aſaph. LXXVII.

VOce mea ad dn̄m clamaui: voce mea ad deū et exaudiuit me.
In die tribulationis mee dn̄m exqſiui: manꝰ mea nocte extenditur et non quieſcit.
Noluit cōſolari aia mea: recordās dei cōturbabar Loquębar ī memetipſo: et dęficiębat ſpiritus meus. Sela
Prohibebā ſuſpectū oculorum meorum:ſtupebā et non loquębar.
Recogitabam dies antiquos : annos ſęculorum.
Recordabar pſalmorum meorum in nocte cū corde meo loquębar: et ſcobębam ſpiritum meum.
Ergo ne in ęternū proiiciet dominus: et non repropiciabitur vltra?
Ergo ne complębit vſq; in finem miſericordiam ſuam:conſūmabitur verbum de generatione ī generationem.
Nunquid oblitꝰ eſt miſe

GALL.	ROM.	HEB.
rẹri deus: aut continẹbit in ira ſua miſericordias ſuas. Sẽper.	rẹri deus: aut continẹbit in ira miſericordiam ſuam? Dp̃.	rẹri deus:aut complẹbit in furore mias ſuas. Sela.
10 Et dixi nũc cœpi: hęc mutatio dextere excelſi.	Et dixi nũc cœpi: hęc eſt ĩmutatio dextere excelſi.	Et dixi imbecillitas mea eſt: hec cõmutatio dextere excelſi.
11 Memor fui operũ domini: qa memor ero ab iitio mirabilium tuorum.	Memor fui operum dñi: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.	Recordabor cogitationum dñi: reminiſcens antiqua mirabilia tua.
12 Et meditabor in omnibus operib9 tuis: & i adiuentiõib9 tuis exercẹbor.	Et meditat9 ſũ in oĩbus operib9 tuis: & ĩ obſeruationibus tuis exercẹbor.	Et meditabor in oi opere tuo: & adinuentiones tuas loquar.
13 Deus in ſancto via tua/ quis deus magnus ſicut deus noſter? tu es deus q̃ facis mirabilia.	Deus in ſancto via tua/ quis deus magnus ſicut deus noſter? tu es deus q̃ facis mirabilia ſolus.	Deus in ſancto tuo via tua/ quis deus magn9 vt deus? tu es deus faciens mirabilia.
14 Notã fẹciſti i pplis virtutem tuã/ redẹmiſti in brachio tuo ppl'm tuũ: filios iacob & ioſẹph. Sẽper.	Notã fẹciſti i pplis virtutem tuã/ liberaſti in brachio tuo ppl'm tuũ: filios iſraẹl & ioſẹph. Dp̃.	Ostẽdes in pplis potẽtiã tuã/ redẹmiſti in brachio ppl'm tuũ: filios iacob et ioſẹph. Sela.
15 Vidẹrũt te aque deus vidẹrunt te aque & timuẹrunt: & turbate ſũt abyſſi	Vidẹrũt te aq̃ deus vidẹrunt te aque & timuẹrũt & turbate ſũt abyſſi: multitudo ſonitus aquarum.	Vidẽtes te aq̃ deus vidẽtes te aq̃ parturiuẹrũt: & cõmote ſunt abyſſi.
16 Multitudo ſonitus aquarum: vocem dedẹrunt nubes.	Vocem dedẹrũt nubes/ &enim ſagitte tue pertranſiẹrunt: vox tonitrui tui in rota.	Excuſſẹrũt aquas nubila/ vocem dedẹrũt nubes: & ſagitte tue diſcurrẹbãt
17 Teni ſagitte tue trãſeũt: vox tonitrui tui in rota.	Illuxẹrunt coruſcatiões tue orbi terre: vidit & cõmota eſt terra.	Vox tonitrui tui in rota/ apparuẹrunt fulgura tua orbi: concuſſa eſt et commota eſt terra.
18 Illuxẹrũt coruſcationes tue orbi terre: commota eſt & contremuit terra.	In mari via tua & ſẹmite tue in aquis multis: & veſtigia tua nõ cognoſcent.	In mari via tua et ſẹmite tue in aquis multis: et veſtigia tua nõ ſunt agnita.
19 In mari via tua & ſẹmite tue in aquis multis: & veſtigia tua nõ cognoſcent.	Deduxiſti ſicut oues populum tuũ: ĩ manu moiſi & aaron.	Deduxiſti quaſi gregem populum tuum: in manu moiſi et aaron.
20 Deduxiſti ſicut oues populum tuũ: ĩ manu moiſi & aaron.		

TITVLVS. Ad victoriam pro idithum pſalmus Aſaph. pſalm9 de Chriſto dño. Propheta in ſpiritu populum ſanctum inducit.

EXPOSITIO CONTINVA. Voce mea ad dñm clamaui: voce mea ad deũ/ & intẽdit michi. eleuaui orationẽ meã ad dñatorẽ oim: eleuaui ad cõditorẽ/ & p̃ſto affuit michi. In die tribulatiõis mee deũ exquiſiui manib9 meis: nocte cõtra eũ & nõ ſũ deceptus. ſi iterdiu anxiat9 ſũ & tribulat9/ cõfugi ad deũ: ſi noctu/ manus meas ante eũ expãdi/ & in hoc nõ errauit. Renuit cõſolari aĩa mea/ memor fui dei & delectatus ſũ & exercitatus ſũ: & defecit ſpiritus meus, ſpiritus meus pre tribulatione conſolationẽ nõ reperit/ leuaui cogitatũ meũ ad dei mei/ redẽptoris mei beneficiũ/ & cõſolatus ſũ/ cogi-

4 taui meipſũ & iterũ in triſtitia cõſternata eſt aĩa mea. Anticipauerũt vigilias oculi mei:turbatus ſũ
& nõ ſũ locutus.ante ſolitũ vigilie tẽpus inſõnis fui pro curriculi vite mee recordatione/ꝑ factis pre-
5 terite vite:tribulatus ſũ/& in lachrimis obmutui. Cogitaui dies antiquos:& annos eternos in mente
habui.reuolui animo dies creationis noſtre a principio:cogitaui in fine retributionẽ ſiue ad vitã ſiue
6 ad ſuppliciũ/nullo vnq̃ annorũ numero finiendã. Et meditatus ſũ nocte cũ corde meo:& exercita-
bar & ſcobebã ſpiritũ meũ.inſomnẽ duxi in tacita oratione noctẽ:actus meos intra memetipſum &
7 cũ aĩa mea ſcrutabar/& expiabã ſpiritũ meũ. Nunqd in eternũ proijciet deus:aut non apponet vt
cõplacitior ſit adhuc/nunqd finet nos Chriſtus dñs & deus noſter ſic affligi in perpetuũ:& nunqd
8 in poſterũ nõ addet vt nobis placatior fiat/& noſtri miſereatur? Aut i finẽ miſericordiã ſuã abſcidet:
a generatione in generationẽ? nũqd miſerationẽ ſuã nobis denegabit:per poſteritatũ ſucceſſiones?
9 Aut obliuiſcetur miſereri deus:aut cõtinebit in ira ſua miſericordias ſuas?nunqd fieri poterit vt mi-
ſereri(quod illi ꝑpriũ eſt)dediſcat Chriſtus dñs:aut in indignatione miſerationes ſuas abneget?mi-
10 nime id fieri poterit. Et dixi/nũc cepi:hec mutatio dextere excelſi.& motus tuo ſpiritu dixi/nũc ce-
pi cõſolari/nũc liberari:hec viciſſitudo eſt miſericordie altiſſimi. Memor fui operũ dñi:quia memor
11 ero ab ĩitio mirabiliũ tuorũ.reſpexti opa dei & agnoui eũ nõ reliquere iuſte oppreſſos i perpetuũ/
ſed placabilẽ et ꝑpiciũ fieri/nõ abſcindere miſericordiã ſuã/nõ obliuiſci miſereri/nõ continere in ira
12 miſericordias ſuas:O deus meus recordabor mirificorũ operũ tuorũ a mũdi exordio. Et meditabor
in oĩbus operibus tuis:et in adinuẽtionibus tuis exercebor.verſabor aſſiduus in mirabilibus tuis co-
13 gitandis:et q̃ ad hoim ſalutẽ ſunt/eloquar et annũciabo. Deus in ſancto via tua/quis deus magnus
ſicut deus noſter?tu es deus qui facis mirabilia.O rerũ cõditor in ſolo Chriſto tuo iter eſt quo ad te
itur/et quo nobis ſubuenis/quis potens/ſublimis et excelſus vt tu qui es deus noſter?tu ſolus es qui
14 facis opera/nature vires facultatẽq; ſuperãtia. Notã feciſti in populis virtutẽ tuã:redemiſti in bra-
chio tuo populũ tuũ filios iacob et ioſeph. manifeſtã feciſti nationibus virtutẽ tuã/tyrannos ſternens
15 et deijciẽs:liberaſti ſanctos tuos/filios peccata ſupplantantiũ/et virtutibus accreſcẽtiũ. Viderunt te
aque deus/viderũt te aq̃ et timuerũt:et turbate ſunt abyſſi.potẽtiã tuã agnouerũt populi dñe potẽ-
16 tiam tuã agnouerũt populi:et flagitioſe poteſtates cõturbate ſũt. Multitudo ſonitus aquarũ:vocẽ
17 dederũt nubes. multus populorũ mũdi fremitus:ſpirituales viri in ſermonẽ ꝓruperunt. Bteni ſagit
te tue trãſeunt:vox tonitrui tui in rota. enimuero Chriſte dñe ſupbenedicte verbum tuũ penetrat et
18 vbiq; diſcurrit:ꝑdicationis tue ſonitus in circuitu orbis terrarũ. Illuxerũt coruſcationes tue orbi ter-
re:cõmota eſt et cõtremuit terra.illuminationes doctrine tue/ſigna et ꝓdigia mũdo patuere:cõtur-
19 bati ſunt hoies/et timuerũt potentiã tuã. In marivia tua deus et ſemite tue i aquis multis: et veſti-
gia tua nõ cognoſcent.in mũdo deus teſtamentũ tuũ/et in populis multis ꝑcepta tua:et ſecretus il-
20 lapſus tuus incognitus. Deduxiſti ſicut oues populũ tuũ:i manu moiſi et aaron. rexiſti ſicut gregẽ
pacificum/eccleſiam tuã:ſub poteſtate mãſueti et fidelis pricipis/et incorrupta vite ſanctimonia et
adminiſtratione pontificis.

ADVERTE Tertio verſu.memor fui dei et delectatus ſũ:Hieronymꝰ ex hebræo/recordãs dei con
turbabar.hic ſenſus videtur oppoſitus:ſed interpretes hãc turbationẽ in exultatione ſpiritus intelle-
xerũt.et dñs noſter Lazarũ ſuſcitaturus infremuit ſpiritu/et turbauit ſeipſũ: proculdubio ſpiritu ex-
ultans de clarificatione/qua pater in ſuſcitatione Lazari eũ clarificaturꝰ erat.et eleuatis furtũ oculis
dixit:pater gratias ago tibi qm̃ audiſti me.ego autẽ ſciebã quia ſẽper me audis.ſed ꝓpter populum
qui circũſtat dixi:vt credãt quia tu me miſiſti. ¶ Sexto verſu.et meditatꝰ ſũ nocte cum corde meo et
exercitabar.diſtinctio faciẽda poſt nocte.et ſecũdo loco copulãdi nota ſupfluit:ex hebræo vbi legit
recordabor pſalmorũ meorũ in nocte/cũ corde meo loquebar.neq; etiã in romana cõtinet pſalmo-
dia. ¶ Octauo verſu.aut in finẽ.et nono.aut obliuiſcet:legendũ an.quod ex hebræo ſatis cõſtat: ex
quo/primo loco legit/ergo ne cõplebit vſq; in finẽ.et ſecũdo/ nunqd oblitus eſt. ¶ Decimo verſu.
nũc cœpi:Hieronymꝰ ex hebreo/et dixi ibecillitas mea eſt.ac ſit ſenſus.et dixi/imbecillitas mea eſt:ſi
credã te in eternũ ꝓpicere/nõ ꝓpiciari/miſericordiã in finẽ abſcindere/obliuiſci miſereri/et id genus.
hec cõſueta eſt mutatio dextere excelſi:ex afflictione in liberationẽ/ex deſolatione et luctu in conſo-
lationẽ/ex pauptate in opulentiã perennẽ/ex ſiti et fame in ſaturitatẽ/quaſi de ſiniſtra mutet in dex-
tram.ſed ex oppoſito timendũ:ne de dextra cõmutet in ſiniſtrã/de cõſolatione huiꝰ mũdi in luctũ et
deſolationẽ/de opulẽtia in erũnã perennẽ/de ſaturitate in perpetuã ſitim et ꝑpetuã famẽ.hec mu-
tatio dextre excelſi.de prima:dñs i beatitudinibus.de ſecunda:dñs de epulone diuite flãmis eſtuã-
te eternis/inducit Abraam dicentem.fili recordare quia accepiſti bona in vita tua/et Lazarus ſimili-
ter mala:nunc autẽ hic conſolatur/tu vero cruciaris. ¶ Vndecimo verſu.memor fui operũ dñi/quia
memor ero mirabilium tuorũ:accõmodatius ad hebræũ memorabor operũ dñi/ablata iſuper par-
ticula quia.nam ſic ex hebræo recordabor cogitationũ dñi/reminiſcens antiqua mirabilia tua,

GALL.

Intellectus Asaph. LXXVII.

1 Attendite ppl̃e meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei.

2 Aperiã in parabolis os meũ: loquar propositiones ab initio.

3 Quãta audiuim9 & cognouim9 ea: & patres nostri narrauerunt nobis?

4 Nõ sũt occultata a filiis eorũ: in gñatione altera.

5 Narrãtes laudes domini & virtutes eius: & mirabilia eius quę fęcit.

6 Et suscitauit testimoniũ in iacob: & lęgem posuit in isrąl.

7 Quanta mãdauit patribus nr̃is nota facere ea filiis suis: vt cognoscat generatio altera.

8 Filij q̃ nascẽt & exurgẽt: & narrabũt filiis suis.

9 Vt ponant in deo spem suam & non obliuiscanť operum dei: & mandata eius exquirant.

10 Ne fiant sicut p̃res eorũ: gñatio praua & exasp̃as

11 Generatio q̃ nõ direxit cor suum: & non est crędítus cum deo spirit9 ei9.

12 Filij ephrem intẽdentes & mittentes arcum: conuersi sunt in die belli.

13 Non custodiẽrunt testamentũ dei: & in lęge eius noluerunt ambulare.

14 Et obliti sunt benefacto-

ROM.

Intellectus Asaph. LXXVII.

Attendite populus meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei.

Aperiam i parabolis os meũ: loquar propositiones ab initio sęculi.

Quãta audiuim9 & cognouim9 ea: et patres nostri narrauerunt nobis?

Nõ sunt occultata a filiis eorũ: i generatiõe altera.

Narrates laudes domini & virtutes eius: & mirabilia eius quę fęcit.

Et suscitauit testimoniũ in iacob: & lęgem posuit in isrąl.

Quam mãdauit patrib9 nostris vt notam facerẽt eam filiis suis: vt cognoscat generatio altera.

Filij q̃ nascũť exurgẽt: & narrabunt eam filiis suis.

Vt ponant in deo spem suam/& non obliuiscanť operum dei sui: & mãdata eius exquirant.

Ne fiãt sicut p̃res eorum gen9 prauũ et peramarũ/ gen9 quod nõ direxit cor suum: et non est crędítus cum deo spiritus eius.

Filij ephrem itẽdẽtes arcũ emittentes sagittas suas: cõuersi sũt i die belli.

Nõ custodiẽrũt testamẽtum dei sui: et in lęge eius noluerunt ambulare.

Et obliti sũt benefacto-

HEB.

Intellectus Asaph. LXXVIII.

Vsculta popul9 meus legem meam: inclinate aurem vestrã ad verba oris mei.

Aperiam ī parabola os meum: loquar ænigmata antiqua.

Que audiuim9 et cognouimus: et patres nr̃i narrauerunt nobis?

Nõ sũt abscõdita a filijs eorũ: a generatiõe seq̃nti

Narrantes laudes domini et potentiã eius: et mirabilia eius quę fęcit.

Statuit contestationem iacob: et lęgem posuit in isrąl.

Que mãdauit patribus nostris vt docęrent filios suos: vt cognosceret generatio subsequens.

Filij nascituri surgent: et narrabunt filijs suis.

Vt ponãt i deo spem suam/et non obliuiscantur cogitationum dei: et mãdata eius custodiant.

Vt non sint sicut p̃res eorum generatio declinans et puocãs/generatio q̃ nõ p̃parauit cor suũ: et non crędidit deo spiritus eius

Filij ephraim itẽdẽtes et mittẽtes arcũ: terga verterunt in die belli.

Non custodiẽrũt pactũ dei sui: et in lęge eius noluerunt ingredi.

Et obliti sũt cõmutatio-

rum eius: & mirabilium eius quę ostendit eis.
15 Coram patribus eorum fęcit mirabilia in terra ægypti: in campo Taneos.
16 Interrupit mare & pduxit eos: & statuit aquas quasi in vtre.
17 Et dęduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis.
18 Interrupit petram in eręmo: & adaquauit eos velut in abysso multa.
19 Et ęduxit aquam de petra: & dęduxit tanq̃ flumina aquas.
20 Et apposuerunt adhuc peccare ei: in ira excitauęrunt excelsum in inaquoso.
21 Et tentauęrunt deum in cordibus suis: vt peterent escas animabus suis.
22 Et male locuti sũt de deo: dixerũt nũqd poterit deus parare mensã in dęserto?
23 Quoniã percussit petrã & fluxerunt aque: & torrentes inundauęrunt.
24 Nunquid & panem poterit dare: aut parare mẽsam populo suo?
25 Ideo audiuit dominus & distulit: & ignis accensus est in iacob & ira ascẽdit in israęl.
26 Quia non crędidęrunt in deo: nec sperauęrunt in salutari eius.
27 Et mãdauit nubibus desuper: & ianuas cęli aperuit.
28 Et pluit illis manna ad

rum eius/ & mirabilium eius quę ostendit eis: coram patribus eorum.
Fecit mirabilia in terra ægypti: in cãpo Taneos.
Interrupit mare & pduxit eos: & statuit aquas quasi in vtrem.
Et ęduxit eos in nube diei et tota nocte in illuminatione ignis.
Interrupit in eręmo petrã: & adaquauit eos velut in abysso multa.
Et ęduxit aquam de petra: et ęduxit tanq̃ flumina aquas.
Et apposuerũt adhuc peccare ei: in iram concitauęrunt excelsũ in siccitate.
Et tentauęrunt deum in cordibus suis: vt peterent escas animabus suis.
Et male locuti sũt de deo et dixerũt nũqd poterit deus parare mẽsã in dęserto?
Quoniã percussit petrã & fluxerunt aque: & torrentes inundauęrunt.
Nunquid & panem poterit dare: aut parare mẽsam populo suo?
Ideo audiuit dominus & distulit & superposuit: & ignis accẽsus est in iacob & ira ascẽdit in israęl.
Quia non crędidęrunt in deũ suũ: nec sperauęrunt in salutare eius.
Et mandauit nubibus desup/ & ianuas cęli aperuit: & pluit illis manna man-

num eius: & mirabilium eius quę ostendit eis.
Coram patrib⁹ eorũ fęcit mirabilia in terra ægypti: in regione Taneos.
Diuisit mare et transduxit eos: & stare fęcit aq̃s quasi aceruum.
Et duxit eos in nube per diem: & tota nocte in lumine ignis.
Scidit petram in dęserto: & potum dedit quasi de abyssis magnis.
Et ęduxit riuos de petra & ęlicuit quasi flumina aquas.
Et addidęrunt vltra peccare ei: vt prouocarẽt excelsum in inuio.
Et tentauęrũt deũ in cordibus suis petẽtes cibum anime sue/ et loquentes contra deũ dicębant: nũquid poterit deus ponere mensã in solitudine?
Ecce percussit petram & fluxerunt aque: et torrentes inundauęrunt.
Nunquid et panem poterit dare: aut preparare carnem populo suo?
Ideo audiuit dominus et distulit: et ignis accensus est in iacob et furor ascẽdit in israęl.
Quia non crędidęrunt in deo: nec habuerunt fiduciam in salutari eius.
Et prędępit nubibus desuper/ et portas cęli aperuit: et pluit super eos manna

Versu. 25. Distulit/ accẽsã scilicet irã. sũt q habent non distulit: tũc intellige/ dare eis q̃ cõcupiuerãt/ ne fit i tralatiõibus contrarietas.

GALL.	ROM.	HEB.
manducandum: & panē	ducare.	vt comęderent: et triticū
cęli dedit eis.	Panē cęli dedit eis/panē	cęli dedit eis.
29 Panē angelorū māduca-	angelorū māducauit ho-	Panem fortium comędit
uit homo: cibaria miſit	mo:frumentationē miſit	vir:cibaria miſit eis in ſa-
eis in abundantiam.	ei in abundantia.	turitatem.
30 Tranſtulit auſtrū de cę-	Et excitauit auſtrum de	Abſtulit eurum de cęlo:
lo:& īduxit in virtute ſua	cęlo:et induxit in virtute	et induxit in fortitudine
africum.	ſua africum.	ſua africum.
31 Et pluit ſup eos ſicut pul	Et pluit ſup eos ſicut pul	Et pluit ſup eos q̄ſi pul-
uerē carnes:& ſicut arę̄nā	uerē carnes:et ſicut arę̄nā	uerē carnes: et q̄ſi arę̄nā
maris/ volatilia pennata.	maris/volatilia pennata.	maris/volatilia pennata.
32 Et cecidęrunt in medio	Et cecidęrūt in medio	Et cecidęrūt ī medio ca-
caſtrorum eorū:circa ta-	caſtrorum eorū: circa ta-	ſtrorum eorum:in circui-
bernacula eorum.	bernacula eorum.	tu tabernaculorū eorum
33 Et māducauęrūt & ſatu	Et māducauęrūt et ſatu-	Et comędęrunt et ſatu-
rati ſūt nimis/et dęſideriū	rati ſūt nimis/et dſideriū	rati ſūt nimis/et dęſideri
eorū attulit eis: non ſunt	eorū attulit eis:et nō ſūt	um eorū attulit eis:nō ī-
fraudati a dęſiderio ſuo.	fraudati a dęſiderio ſuo.	diguęrunt de cupiditate
34 Adhuc eſce eorum erant	Adhuc eſca eorum erat	ſua/cum adhuc cibus eſ-
in ore ipſorum:& ira dei	ī ore ipſorū:et ira dei aſcē	ſet in ore eorum.
aſcendit ſuper eos.	dit ſuper eos.	Furor ergo dei aſcēdit ſu
35 Et occidit pīgues eoꝝ:et	Et occidit plurimos eo-	per eos et occidit pīgues
ęlęctos iſraęl impediuit.	rū:et ęlęctos iſrl'ipediuit.	eorū: et ęlęctos iſrl'icur-
36 In oibus his peccauęrūt	In omnibus his peccauę	In oib⁹ his pec- (uauit.
adhuc:et nō crędidęrunt	rūt adhuc:et nō credidę-	cauęrūt vltra:et nō crędi-
in mirabilibus eius.	runt in mirabilibus eius.	dęrunt mirabilibus eius.
37 Et dęfęcęrunt in vanita-	Et dęfęcęrunt in vani-	Et conſumpſit in vanita
te dies eorum:et anni eo-	tate dies eorū:et anni eo-	te dies eorū:et annos eo-
rum cum feſtinatione.	rum cum feſtinantia.	rum vęlociter.
38 Cum occideret eos quę-	Cum occideret eos tunc	Si occidębat eos tunc re-
rębant eum et reuertębā-	inquirębant eum/et con-	quirębant eum et cōuer-
tur: et diluculo veniębāt	uertębantur ante lucem:	tębantur:et diluculo con
ad eū.	et veniębant ad eum.	ſurgębant ad eum.
39 Et rememorati ſunt qa	Et memorati ſūt qa de⁹	Et recordabanť qa de⁹
de⁹adiutor eſt eoꝝ:et de-	adiutor eorum eſt:et de⁹	fortitudo eorū eſt:et de⁹
us excelſ⁹ redēptor eoꝝ ē	excelſ⁹liberator eorū eſt.	excelſ⁹ redēptor eorū ē.
40 Et dilęxęrunt eum in ore	Et dilęxęrūt eum in ore	Et lactauęrunt eū in ore
ſuo:et lingua ſua mentiti	ſuo:et lingua ſua mentiti	ſuo:et in lingua ſua men-
ſunt ei.	ſunt ei.	titi ſunt ei.
41 Cor autē eorū nō erat re	Cor autē eorū nō erat re	Cor autē eorum nō erat
ctū cū eo:nec fidęles habi	ctū cū eo:nec fides habi-	firmum cum eo: nec per-
ti ſunt in teſtamēto eius.	ta eſt illis ī teſtamēto ei⁹.	māſęrunt in pacto eius.

42 Ipſe autē eſt miſericors & propicius fiet peccatis eorum: et nō diſpdet eos
43 Et abundauit vt auerteret irā ſuā: & nō accendit omnem iram ſuam.
44 Et recordatus eſt quia caro ſunt: ſpiritus vadēs & non rediens.
45 Quotiēs exacerbauerūt eū in dēſerto: in ira cōcitauerunt eum i inaquoſo?
46 Et conuerſi ſunt & tentauerunt deū: & ſanctū iſrael exacerbauerunt.
47 Non ſūt recordati manꝰ eius: die qua redēmit eos de manu tribulantis.
48 Sicut poſuit i ægypto ſigna ſua: & prodigia ſua in campo Taneos.
49 Et conuertit in ſanguinē flumia eorū: & hymbres eorum ne biberēt.
50 Miſit in eos cynomyam et comēdit eos: & ranam et diſperdidit eos.
51 Et dedit ērugini fructus eorum: & labores eorum locuſte.
52 Et occidit in grandine vineas eorum: & moros eorum in pruina.
53 Et tradidit grandini iumēta eorum: et poſſeſſionem eorum igni.
54 Miſit i eos irā idignationis ſue/idignationē & irā & tribulationē: imiſſionē per angelos malos.
55 Viam fēcit ſēmite ire ſue nō pepercit a morte ani-

Ipſe autē eſt miſericors & propicius fiet peccatis eorum: & nō diſpdet eos
Et multiplicauit vt auerteret irā ſuā ab eis: & nō accēdit oēm iram ſuam.
Et memoratus eſt quia caro ſunt: ſpiritus vadēs & non rediens.
Quotiēs exacerbauerūt eū i dēſerto: i irā cōcitauerūt eū in terra ſine aqua?
Et conuerſi ſunt & tentauerunt deū: & ſanctū iſrael exacerbauerunt.
Nō ſūt recordati manū eiꝰ: qua die liberauit eos de manu tribulantis.
Sicut poſuit i ægypto ſigna ſua: & ꝓdigia ſua in campo Taneos.
Cōuertit in ſanguinē flumina eorū: & pluuiales aquas eorū ne biberent.
Miſit in eos muſcam caninam et comēdit eos: ranā et exterminauit eos.
Et dedit ērugini fructus eorum: et labores eorum locuſte.
Occidit in grandine vineas eorum: & moros eorum in pruina.
Tradidit grandini iumēta eorum: & poſſeſſiones eorum igni.
Miſit in eos irā indignationis ſue/idignationē & irā & tribulationē: imiſſiones per angelos malos.
Viam fēcit ſēmite ire ſue/ & nō pepcit a morte ani-

Ipſe vēro miſericors ꝓpiciabitur iniquitati: & nō diſperdet.
Multumq; auertit iram ſuam: & non ſuſcitauit totum furorem ſuum.
Sed recordatus eſt quia caro eſſēt: ſpiritus vadēs & non reuertens.
Quotiēs prouocauerunt eum in dēſerto: afflixerūt eum in ſolitudine?
Et conuerſi ſunt & tētauerunt deum: & ſāctum iſrael concitauerunt.
Non ſunt recordati manus eiꝰ: diēi qua redēmit eos a tribulante.
Qui fēcit ægypto ſigna ſua: et oſtenta ſua i regione Taneos.
Qui cōuertit in ſāguinē fluuios eorū: et riuos eorum vt non biberent.
Qui īmiſit eis ōne genus muſcarū vt cōēderēt eos: & ranas vt diſpderēt eos
Qui dedit brucho germen eorum: et laborē eorum locuſte.
Qui occidit in grandine vineas eorum: et ſycomoros eorum in frigore.
Qui tradidit grādini paſcua eorū: et iumenta eorum volucribus.
Qui miſit i eos irā furoris ſui/indignationē et cōmotionē et āguſtiā: imiſſionē angelorū malorū.
Muniuit ſēmitam furori ſuo/nō pepercit a morte.

GALL.	ROM.	HEB.
marũ eorũ: & iumẽta eo-	mabus eorum: et iumẽta	anime eorum: et animan
rum in morte concluſit.	eorum in morte cõcluſit.	tia eorũ peſti tradidit.
56 Et percuſſit oẽ primoge-	Et ꝑcuſſit omne primo-	Et percuſſit oẽ primoge
nitũ in terra ægypti pri-	genitum in terra ægypti	nitum in ægypto princi-
mitias laborum eorum: i	primitias omnis laboris	pium partus: in taberna-
tabernaculis cham.	eorũ: i tabernaculʼ cham.	culis cham.
57 Et abſtulit ſicut oues po-	Et abſtulit ſicut oues po-	Et tulit velut oues popu-
pulũ ſuũ: & perduxit eos	pulũ ſuũ: et perduxit eos	lum ſuũ: et minauit eos ſi
tanq̃ gregem in dęſerto.	tanq̃ gregem in dęſerto.	cut gregẽ in dęſerto.
58 Et dęduxit eos in ſpe &	Et ęduxit eos i ſpe et nõ	Et duxit eos cum fidu-
nõ timuęrũt: & inimicos	timuęrunt: et iimicos eo-	cia et abſq; timore: inimi
eorum operuit mare.	rum operuit mare.	cos autem eorum operu-
		it mare.
59 Et induxit eos in montẽ	Et induxit eos in montẽ	Et adduxit eos ad termi
ſanctificationis ſue: mon	ſanctificationis ſue: mon	num ſãctificatum ſuum:
tem quem acquiſiuit de-	tem hunc quem acquiſi-	montem iſtum quẽ poſ-
xtera eius.	uit dextera eius.	ſędit dextera eius.
60 Et ęięcit a facie eorũ gẽ-	Et ęięcit a facie eorũ gen	Et ęięcit a facie eorũ gẽ-
tes: & ſorte diuiſit eis ter-	tes: et ſorte diuiſit eis ter-	tes: et poſſidęre eos fęcit
ram in funiculo diſtribu-	ram funiculo diſtributio-	in funiculo hęręditatem.
tionis.	nis.	
61 Et habitare fęcit i taber-	Et habitare fęcit in taber	Et collocauit in taberna
naculis eorũ: trib9 iſraęl.	naculis eorum tribus iſ-	culis eorum tribus iſraęl
62 Et tẽtauęrunt & exacer-	raęl: et tentauęruut et ex-	et tentauęrunt et prouo-
bauęrunt deum excelſũ:	acerbauęrunt deũ excel-	cauęrunt deum excelſũ:
et teſtimonia eius nõ cu-	ſum: et teſtimonia ei9 nõ	et teſtimonia eius nõ cu-
ſtodięrunt.	cuſtodięrũt.	ſtodięrunt.
63 Et auertęrũt ſe et nõ ſer-	Et auertęrũt ſe et nõ ob-	Et auerſi ſunt et preua-
uauęrunt pactũ: quẽad-	ſeruauęrũt: quẽadmodũ	ricati ſunt vt patres eorũ:
modũ patres eorũ cõuer	patres eorum cõuerſi ſũt	incuruati ſunt quaſi arc9
ſi ſũt in arcum prauum.	in arcum prauum.	inutilis.
64 In ira cõcitauęrunt eũ in	In ira concitauęrunt eũ	Et prouocauęrunt eum
collib9 ſuis: et in ſculptili-	i collib9 ſuis: et in ſculpti-	i excelſis ſuis: et i ſculpti-
bus ſuis ad emulationem	libus ſuis ęmulati ſũt eũ.	libus ſuis ad ęmulandũ
eum prouocauęrunt.		concitauęrunt.
65 Audiuit deus et ſpręuit:	Audiuit domin9 et ſpręa-	Audiuit deus et non di-
et ad nichilũ redęgit val-	uit: et ad nichilum redę-	ſtulit: et proięcit vehemẽ-
de iſraęl.	git nimis iſraęl.	ter iſraęl.
66 Et repulit tabernaculũ	Et repulit tabernaculum	Et reliquit tabernaculũ
ſilo: tabernaculũ ſuũ vbi	ſilo: tabernaculũ ſuum in	ſilo: tentorium quod col-
habitauit in hoibus.	quo habitauit iter hoies.	locauit inter homines.
67 Et tradidit in captiuita-	Et tradidit in captiuita-	Tradidit in captiuitatẽ

tem virtutem eorum: & pulchritudinē eorum in manus inimici.

68 Et concluſit in gladio populum ſuum: & hęrędita tem ſuam ſpręuit.

69 Iuuenes eorum comędit ignis: & virgines eorum non ſunt lamentate.

70 Sacerdotes eorum in gladio cecidęrūt: & vidue eorum non plorabantur.

71 Et excitat⁹ eſt tanq̄ dormiens dn̄s: tanq̄ potens crapulatus a vino.

72 Et pcuſſit inimicos ſuos in poſteriora: opprobriū ſempiternum dedit illis.

73 Et repulit tabernaculum ioſęph: & tribū ephraim non ęlęgit.

74 Sed ęlęgit tribū iuda: mōtem ſion quem dilęxit.

75 Et ędificauit ſicut vnicornium ſanctificium ſuū in terra: quam fundauit in ſęcula.

76 Et ęlęgit dauid ſeruum ſuum / & ſuſtulit eum de gregibus ouium: de poſt fœtantes accępit eum.

77 Paſcere iacob ſeruū ſuum: & iſraęl hęrędităt̄em ſuam.

78 Et pauit eos in innocentia cordis ſui: & in intellectibus manuum ſuarum dęduxit eos.

tem virtutes eorū: & pulchritudines eorum in manus inimici.

Et concluſit in gladio populum ſuum: & hęrędita tem ſuam ſpręuit.

Iuuenes eorum comędit ignis: & virgines eorum non ſunt lamentate.

Sacerdotes eorū in gladio cecidęrunt: & vidue eorum non plorauęrunt.

Et excitat⁹ eſt tanq̄ dormiēs dominus: quaſi potens crapulatus a vino.

Et percuſſit inimicos ſuos in poſteriora: opprobriū ſempiternum dedit eis.

Et repulit tabernaculum ioſęph / tribum ephræm non ęlęgit: ſed ęlęgit tribum iuda montem ſion quem dilęxit.

Et ędificauit ſicut vnicornuorum ſanctificationem ſuam in terra: fundauit eam in ſęcula.

Et ęlęgit dauid ſeruum ſuum / & ſuſtulit eum de gregibus ouium: de poſt fœtantes accępit eum.

Paſcere iacob populum ſuum: & iſraęl hęrędităt̄ē ſuam.

Et pauit eos ſine malitia cordis ſui: & in ſenſu manuum ſuarum dęduxit eos.

gloriam ſuam: & decorē ſuum in manu hoſtis.

Et cōcluſit in medio populum ſuum: & in hęrędităt̄em ſuā non diſtulit.

Iuuenes eius deuorauit ignis: & virgines eius nemo luxit.

Sacerdotes eiꝰ gladio cecidęrūt: & vidue eius nō ſunt flęte.

Et ęuigilauit quaſi dormiēs dominus: quaſi fortis poſt crapulam vini.

Et percuſſit hoſtes ſuos retrorſum: opprobrium ſempiternum dedit eis.

Et proięcit tabernaculū ioſęph / & tribū ephraim nō ęlęgit: ſed ęlęgit tribū iuda montem ſion quem dilęxit.

Et ędificauit in ſimilitudine monocerotis ſāctuarium ſuum: quaſi terram fundauit illud in ſęculum

Et ęlęgit dauid ſeruū ſuum & tulit eum de gregibus ouiū ſequentē fœtas / adduxit eum vt paſceret iacob populum eius: & iſraęl hęrędităt̄em eius.

Qui pauit eos in ſimplicitate cordis ſui: & in prudentia manuum ſuarum dux eorum fuit.

TITVLVS. Intellectus Aſaph. Hic pſalmꝰ inſtructio veteris ſynagogæ / in parabola eſt ex iis quę illis in figura cōtingebant. qui quia hiſtoriam ex exodo cognitam tenet & prolixus admodū pſalmus eſt / quem longo cōmentario hieronymus ad allegoriam trahit: idcirco ab expoſitione continua temperabimus / eius tamen ſequentes ſeriem / & animum quoquo pacto leuantes Chriſto domino ſaluatori & liberatori noſtro / mirabilium operatori / epicum carmen perſoluęmus. quod ipſo duce hoc pacto ordiamur.

1 Hęc ſũmo cecinit de CHRISTO rege ꝓphętęs.
2 Quẽ cæcis iudæa oculis ænigma loquentẽ
Parabolaſq; vt facturũ oracla ipſa canębãt
Haud noſti. at notus iam terras ille per omneis
3 Quãta ſup CHRISTO audiſti/tibi q̃nta ꝓphętæ
4 Narrarunt/ſęros quę non latuęre nepotes?
5 Laus domini/virtus imenſa/operataq; mira
6 Narrata. & teſtis Iaacob & ſymbola lęgis.
7 Hęc patribus mandata tuis quo pignora ſcirent
8 Et ſerię longa quiſquis naſcętur ab illis
9 Vt dño fidant atq; vt mandata capeſſant
10 Nec ſimilęs fiant patribus mala ꝺęuia genti
11 Fallaci vſq; animo ac infida mente ſecutæ
12 Non prolęs Iaacob quia vir fuit ille fidęlis
Verum Ephræm bello quę perfida terra dediſti/
Arma dei abijciens pro rege ſecuta tyrãnum.
13 Et CHRISTVM & lęgẽ nolens vtrũq; negaſti.
14 Et benefactorum ſimul imemor atq; operũ quę
Ipſe dei verbum magna virtute patrauit.
15 Quę mirata Tanis/mirata ægyptia tellus
Atq; tui patres quois coram geſta fuęre.
16 Ceſſit erithræis via qua perduxit in vndis
Quando & aquas amplo veluti concluſit in vtre.
17 Nube dię ꝺęduxit eos: nę lęderet æſtus.
Nę rigor aut tenebræ/noctu: flãmante colũna.
18 In vaſta petram ingentem diſrupit eręmo
Fluxit aqua & populũ vt multa ſatiauit abyſſo.
19 De petra produxit aquam ceu flumen inundans.
¶ Ipſe viã CHRISTVS ſaluãdis/fecit in vndis
Patre deo genitam lucem ſub corpore texit
Luxit & in tenebris quę ſuſtinet omnia virtus.
In cruce frangendum dedit ipeccabile corpus
Sanguis & effluxit: viuit quo ſanguine mundus/
Vndaq;: totus aqua purgatur mundus ab illa.
20 Aſt peccauit adhuc/& adhuc cõmouit ad iram
Dura patrum ceruix illum qui ſumma gubernat.
21 Quærere dãnoſas ſtatuunt affectibus eſcas
22 Et ſtolida ſunt mente deo non digna locuti.
23 Quid ſi percuſſa petra fluxęre liquores:
24 Non poterit carnes populo cum pane parare?
25 Audijt omnipotens/ſuccenſam diſtulit iram/
26 Succenſam q; nulla fidęs/ſpęs nulla futura
27 Illorũ in CHRISTO eſt. & nubęs deſuper auxit.
Quaq; valet virtute foręs patefęcit olympi.
28 Et pluit vt mandant/cæleſtia pabula manna.
29 Angeliciq; hominẽ panis dulcędine pauit.
30 Iuſſit abire notum/liberq; per aera ſtatu
31 Libs fluit/ac illis pluit hoc ſpiramine carnęs
Vt cinerẽ/æquoreæ volucręs pluit inſtar arenæ.
32 In medijs circum cecidęre habitacula caſtris.
33 Vt manducarunt/vtq; eſt ſatiata libido/
34 Os dape dum plenum eſt: diuina efferbuit ira.
35 Obtruncat pingues/electos morte reſoluit.
¶ O plębs cæca animo/carnalia ſola petębas
Signa tamen data ſpiritualia ſola petenda
Monſtrabant. panis nam vere eſt & caro vere
Ipſe ſalutaris qui cælo venit ab alto.
36 His igitur ſignis ſolum carnaliter herens
Vſq; erras/neq; (ceu fas eſt) miracula crędis.
37 Vita fugit/raperis cito deficientibus annis
38 Et quæris dominum dum digna tę enecat ira.
39 Tu deus adiutor/tu ſummus es ipſe redemptor
40 Dicis & adblandis/lingua mentitus in illa/
41 Corde negans illum/non eius credula lęgi.
42 At pius expectat/vult & tibi parcere clemens.
43 Contraxitq; ſuam nec totam exarſit in iram
44 Q̃z caro q; abiens & non remeabilis eſſent
45 Spiritus/ipſe memor/totięs offenſus ad iram.
46 Dũq; deum tentant ſanctũq; iſrælis acerbant
47 Immemores vt eos olim truci ab hoſte redęmit/
48 Vt tua prodigijs mẽphis cõpleuerit arua/
49 Flumina cum riuis in tętrum verſa cruorem.
50 Et pupugit mordax & roſit eos cynomya.
Rana tumens que poſſet eos diſperdere miſſa eſt.
51 Erugo ſegetęs/operas rapuere locuſtæ.
52 Vitęs grando necat. ſycomoros frigus adurens.
53 Grandineũ fulmẽ volucrẽ & pecus oẽ perędit
54 Spiritibuſq; malis deus his imiſit erinnyn
55 Bacchaturq; furor/nulliq; a funere parcit.
56 Primigenũ perit omne ſoli/qua nilus inundat.
57 Eduxitq; ſuos deus atq; per auia duxit
58 More gregis/nulloq; metu. mare ſubruit hoſtęs.
59 Q uẽq; ſua ad montem colit omnipotentia Sinam
60 Adduxit populũ. & cananæa gente ſubacta
61 Diſtribuit terras/atq; omne indulſit habendum.
62 At mala progenies dũm cõmouit ad iram.
63 Et quę mandauit nulla eſt cuſtodia curæ.
Inflexiq; velut patręs vt inutilis arcus/
64 Quiſq; deum in ſtatuis/in collibus irritarunt.
65 Audijt omnipotens/haud vltra diſtulit iram
Reppulit iſrælem/multũq; ad parua redegit.
66 Phana Silom liquit dederat quo oracla ſacello
67 Atq; paleſtino decus arcæ tradidit hoſti.
68 Plębs ruit in gladio. ſua nec poſſeſſio cordi eſt.
69 Flãma vorax iuuenęs populaẽ & abſq; parentũ
Intereunt luctu pueri inuptæq; puellæ
70 Dira ſacerdotum tranſuerberat exta machæra
Qui ploret viduas non turba eſt vllus in illa.
71 At dominus veluti e ſomno ſeſe excitat alto
Et veluti fortis poſtq̃ temulentia ceſſit.
72 Ipſe philiſtæum percuſſit turpiter ano.
Putriaq; exta fluunt. infamia nota perẽnis.
73 Reppulit & Ioſeph/nec ephræm ꝺęlęct⁹ ab illo eſt
74 Sed ꝺęlecta tribus iuda/mons (quãq; & amauit)
75 Alma Sion/in qua templum ſibi ſtruxit in æuum.
Verum (vt monoceros) alięnos diſpulit illo:
CHRISTVS rex vera dum in ſimplicitate veniret
76 Cuius erat Dauid Ieſſæius ille figura
Quem tulit e gregibus/fœtas agnoſq; ſequentem
77 Paſceret vt populũ iſrælem Iaacobq; fidelem.
78 Et pauit ſimplex/& prudens duxit coſdem.
¶ Ergo ſit hec regi noſtro pſalmodia curæ
Qui cum pax noſtra eſt ſummi & ſapientia patris
Nos paſcit/noſq; ad cæleſtia pabula ducit
Nec nobis alius Dauid nec paſtor habendus
Eſt alius/nobis ſolus nãq; omnia CHRISTVS.

ADVERTE. Secūdo versu. aperiam in parabolis os meū loquar ꝓpositiones ab initio. hec omnia inquit mattheus locutus est IHESVS in parabolis ad turbas. & sine parabolis nō loquebat eis vt impleretur quod dictū erat per prophetā dicētem aperiam in parabolis os meū/ eructuabo abscondita a constitutione mundi. vbi dicit sacer hieronymus in vetustis & castigatis codicibus olim scriptū ab euāgelista fuisse vt ipleret quod dictū erat per Asaph ꝓphetā dicentē/sed rudes & in sacris eloquijs inexercitatos sensus habētes/nesciētes quisnā ille fuisset Asaph prophetā/locū corrupisse & pro Asaph/notum sibi prophetā Esaiam scripsisse. Quod porphyrius phœnix idem atheos & (vt sic dicam) achristos scriptum reperiēs/impingit Matthæo insciție: qui scripsisset vt impleretur quod dictū erat per Esaiam prophetam dicentem aperiam in parabolis os meum cū id in Esaia nusq̄ reperiatur scriptū. Verū posteriores ad has diffugiendas calūnias: neq; Asaph/neq; Esaiā dimiserūt/sed prophetā solū generale nomē reliquerūt/vt ad quod nulla posset esse cōtrouersia. Sed sic reuera cōtrouersa sunt omnia: vt si Esaiam quod oportuit abstulissent/ & Asaph vt pio placet Hieronymo reliquissent/quod & diuinꝰ euāgelista Matthe⁹ posuit/et nūc legeretur vt impleretur quod dictū erat per Asaph prophetā: efficaci argumento cōstaret nō oēs psalmos a Dauid fuisse cōpositos. & his illa eterna direpta & consopita esset: que (vt putant) occasione Augustini/magis affectiōe q̄ aut ratione aut authoritate cōtra Hilariū/Hieronymū & plurimos alios eoidēq; antiquos hactenus defensa est/nullā vtilitatē/at potius inanē cōtentionē afferens/& in certis sacre scripture passibus nubem. Quid enim oportuit hanc questionē moueri: cū septuaginta in titulo psalmi 72 testētur laudes Dauid finitas esse/& psalmū illum Asaph tribuāt/ & idem faciat Esdras qui psalmos in volumen collegit/ cōplete sunt inquit orationes Dauid filij Isai. & hunc psalmū plane testatur intellectū esse/spiritualēue intelligentiam Asaph prophete. Preterea si admittis psalmos ab 89 ad vsq; 96 esse Moisi: apertum de Christo dño continent testimonium. vt & saluator ipe dicebat. si eni crederetis Moisi crederetis forsitā & michi. de me eni ille scripsit. q̄ q̄ pentateuchon eius/Christi testimonio non careat. Sic & Christus dñs siue in psalmis siue in alijs prophetijs multis testibus (vt par est) abundat. id tamē abnuendū non est librum psalmorū/nomine Dauid nuncupari ꝙ & plurimi psalmi eius sint/& reliqui eorū sint qui eius ordinatione iuxta eū ꝓphetabant vt in paralipomenis dicit/aut quos iuxta numerū dierū septima ne Moses vir dei reliquerat canendos. sed de his hactenus. ¶ Vndecimo versu. & nō est creditus cum deo spiritus eius. rectius ex hebræo & non credidit deo spiritus eius. ¶ Vicesimoquarto versu. aut preparare mensam populo suo: hieronymus ex hebræo/aut preparare carnē populo suo. quod aptius videt. nam & panem & carnes ex sequētibus versibus illis pluit: ꝙ vtrūq; in cōcupiscentia petierant. & hoc ipsum historie exodi cōforme. ¶ Tricesimo versu. transtulit austrū de celo: ex hebræo/ abstulit eurum de celo. id forte rationabilius de euro q̄ austro. nam africus ventus qui & libs / existentibus in ægypto & in desertis arabie que sunt trans mare erythræum: africus occidentalis vētus est/vt et libya africaq; illis occidua. qua de re cōdecet eurum ex opposito flātem & ab exortibus/inducto africo tolli. sed nobis qui ad occidentē & septētrionē vergimus: africus magis meridionalis & vergens ad austrū/hinc nomen retinens libanotū. siquidem notū & austrum eundem ventū intelligimus. ¶ Quadragesimo sexto versu. & conuersi sunt & tentauerunt deum. aptius hic nostra loquendi consuetudine diceretur auersi sunt. quod monstrant sequentia tentauerunt & exacerbauerunt. verū sepe cōfunditur cōuertantur & auertanē & cōuersi pro auersi/vt alias dictum est. & satis est nosse/hic cōuersi sunt in malam partē accipi pro auersi sunt a deo scilicet/& mandatis & ad seipsos & ad proprias cōcupiscentias conuersi. ¶ Quadragesimo nono versu. & hymbres eorū ne biberent: hieronymus ex hebræo & riuos eorū vt non biberent. & id rationabilius. nā si apud ægyptios hymbres sunt: illi sunt infrequentes & q̄rissimi. ꝙ (vt historie tradunt) Nilus amnis vnus omniū nullas expirat auras/nullos emittit halitus. quapropter prouidentia factum est: vt quotānis ꝑ hymbribus alluat agros & suo fecundet incremento. ob id etiam ꝙ sacra exodi historia de solo flumine mentionem facit & nullam de hymbribus. ¶ Quinquagesimo versu. misit in eos cynomyam. ita permisimus ꝙ aptum esset carmini/& ꝙ grece ita haberetur/& ad hunc sensum editionis romane interpres verterit. vult tamen hieronymus dicendū esse κοιρομυιαν id est cœnomyā/cōem oimodāq; muscā esse dicēdū/& idipsum exodica ꝑtēdit historia. ¶ Quinquagesimoprimo versu. & dedit erugini: ex hebræo & dedit brucho. sed de brucho & locustis amplius in annotationibus psalmi 104. ¶ Septuagesimo quinto versu. & edificauit sicut vnicorniū: Hieronymus ex hebræo/& edificauit in similitudinē monocerotis. qđ hic monocerotē appellat hieronymꝰ/versu sexto psalmi 28 rhinocerotē appellauit. nā psalmo q 28 ē apd nos/vicesimꝰ vero nonꝰ apd hebræos i hebræo habet REEMIM/hic vero RAMIM qđ ꝑ eodē vocabulo ducūt hebræi. Qđ si ita est: cōstat vt idē aial monocerota & rhinocerota itelligat hieronymus.

GALL.

p̄s Aſaph. LXXVIII.

1 DEus vęnęrunt gẽtes in hęręditatem tuã/ polluęrunt templum ſanctum tuũ: poſuęrunt hieruſalem in pomorum cuſtodiam.

2 Poſuęrunt mortícina ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cęli: carnes ſanctorũ tuorũ beſtijs terre.

3 Effudęrunt ſanguinem ipſorum tanq̃ aquam in circuitu hieruſalem: & nõ erat qui ſepeliret.

4 Facti ſumus opprobriũ vicinis noſtris: ſubſannatio & illuſio ijs qui in circuitu noſtro ſunt.

5 Vſq̃quo domíe iraſcęris in finem: accendętur velut ignis zęlus tuus.

6 Effunde iram tuã in gentes quę te non nouęrunt: & in regna quę nomẽ tuum non inuocauęrunt.

7 Quia comędęrũt iacob: & locũ eius dęſolauęrunt

8 Nę memineris iniquitatum noſtrarũ antiquarũ/ cito anticipẽt nos miſericordie tue: quia pauperes facti ſumus nimis.

9 Adiuua nos deus ſaluta rís noſter/ ꝓpter gloriam nois tui dñe libera nos: & ꝓpicius eſto pctis noſtris ꝓpter nomen tuum

10 Nę forte dicant in gentibus vbi eſt deus eorũ: & innoteſcat in nationibus coram oculis noſtris.

ROM.

p̄s. Aſaph. LXXVIII.

DEus vęnęrũt gentes in hęręditatem tuã/ coinquinauęrunt templũ ſanctum tuum.

Poſuęrũt hieruſalem: ve lut pomorum cuſtodiam

Poſuęrunt mortalia ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cęli: carnes ſanctorũ tuorũ beſtijs terre.

Effudęrunt ſanguinem eorũ ſicut aquã in circuitu hieruſalem: & nõ erat qui ſepeliret.

Facti ſum⁹ in opprobriũ vicinis noſtris: dęriſui & contẽptui ijs qui in circuitu noſtro ſunt.

Vſq̃quo domíe iraſcęris in finem: accẽdętur velut ignis zęlus tuus?

Effunde iram tuã in gentes quę te non nouęrunt: & in regna quę non inuocauęrunt nomen tuum.

Quia comędęrũt iacob: & locũ eius dęſolauęrũt.

Nę memineris iniquitates noſtras antiquas/ cito nos ãticipet miſericordia tua: quia pauperes facti ſumus nimis.

Adiuua nos deus ſaluta rís noſter/ & ꝓpter honorẽ nois tui dñe libera nos & ꝓpicius eſto pctis noſtris ꝓpter nomen tuum

Nequando dicant gẽtes vbi eſt deus eorum: et innoteſcant in nationibus coram oculis noſtris.

HEB.

Cãticũ aſaph. LXXIX

DEus vęnęrunt gẽtes in hęręditatem tuã/ polluęrunt templum ſanctum tuum.

Poſuęrunt hieruſalem in aceruis lapidum.

Dedęrunt cadauera ſeruorum tuorum eſcam volatilibus cęli: carnes ſanctorũ tuorũ beſtijs terrę.

Effudęrunt ſanguinem eorũ quaſi aquam in circuitu hieruſalem: & non erat qui ſepeliret.

Facti ſumus opprobriũ vicinis noſtris: ſubſannatio & dęriſio ijs qui in circuitu noſtro ſunt.

Vſq̃quo domine iraſcęris in finem: ardębit quaſi ignis zęlus tuus?

Effunde furorẽ tuũ ſup gẽtes quę nõ cognouęrũt te: & ſuper regna quę nomen tuũ nõ inuocauęrũt

Quia comędęrũt iacob: & decorẽ ei⁹ dęſolauęrũt

Nę recordęris iniquitatũ noſtrarum veterum cito occupent nos miſericordie tue: quia attenuati ſumus nimis.

Auxiliare nobis deus ieſus noſter/ ꝓpter gloriam nois tui: & libera nos: & ꝓpiciare peccatis noſtris propter nomen tuum.

Quare dicunt gentes vbi eſt deus eorum/ nota fiat in gentibus ante oculos noſtros: vltio ſanguinis

GALL.	ROM.	HEB.
11 Vltio sanguinis seruorũ tuorũ qui effusus est: introeat in cõspectu tuo gemitus compeditorum.	Vindica sanguinem seruorum tuorũ qui effusus est: intret in cõspectu tuo gemitus compeditorum	seruorum tuorũ qui effusus est.
12 Secũdum magnitudinẽ brachij tui: posside filios mortificatorum.	Secũdum magnitudinẽ brachij tui: posside filios morte punitorum.	Ingrediatur coram te gemitus vinctorum: in magnitudine brachij tui relinque filios interitus.
13 Et redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorũ: improperiũ ipsorũ quod exprobrauerunt tibi dñe.	Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorũ: improperium ipsorũ quod exprobrauerũt tibi dñe.	Et redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorũ: opprobrium suũ quod exprobrauerunt tibi dñe.
14 Nos autẽ populus tuus & oues pascue tue: confitebimur tibi in seculum.	Nos autẽ populus tuus & oues gregis tui confitebimur tibi: in sęcula & in sęculũ sęculi narrabimus	Nos enim populus tuus & grex pascue tue confitebimur tibi in sempiternum: in generatiõe &
15 In generatione & generationẽ: annunciabimus laudem tuam.	laudem tuam.	generatione narrabimꝰ laudes tuas.

TITVLVS. psalmꝰ Asaph. psalmꝰ de desolatiõe hierusalẽ sub Antiocho illustri. ꝓpheta i spiritu orat/populo sctõ se adiũgẽs ꝓ placatiõe diuina afflictiõis illiꝰ tẽpestatis: & in primo machabęorũ capite septimo desumit testimoniũ ex hoc psalmo. & ꝓphetia secũdi & tertij versus/quasi tũc iplęta. Quo dat intelligi & Iosephũ qui machabęorũ historiã scripsit/& hebræos sue tẽpestatis: hunc psalmũ de illis hebræorũ cõcussionibꝰ intellexisse/que in historia illa legunt. quo magis paulo hebræo qui & hoc ipsum asseruit accedendum puto. prelegatur igitur historia machabęorum: aut saltem primum primi libri caput. Et hec figura fuit nouissime desolationis que sub Tito facta est.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Deus venerũt gẽtes in hereditatẽ tuã/polluerũt tẽplũ sanctũ tuũ: posuerũt hierusalẽ in pomorũ custodiã. o dñe rerũ cõditor oĩm/antiochus & sui cõplices idola colẽtes/intrauerũt in possessionẽ tuã & abominationis idolo fedauerũt sanctuariũ tuũ: & ciuitatẽ sanctã in tãtã vilitatẽ redegerũt vt eã posuerint tuguriolũ repositiõis fructuũ & quarũcũq; viliũ rerũ
2 Posuerũt morticina seruorũ tuorũ escas volatilibꝰ celi: carnes sanctorũ tuorũ bestijs terre. cadauera te colentiũ/cibos dederũt volucribꝰ aeris: & sacerdotũ & leuitarũ artus canibꝰ & terrestribꝰ
3 feris. Effuderũt sanguinẽ eorũ tanq̃ aquã in circuitu hierusalẽ: & nõ erat qui sepeliret. cruorẽ ipsorũ respersert i ciuitatis sancte ambitũ: neq; erat qui sepelire audęret. Facti sumꝰ opprobriũ vicinis nostris: subsannatio & illusio ijs qui in circuitu nostro sunt. dati sumꝰ in cõtumeliã finitimis no-
5 stris: & risum & ludibriũ ijs qui circũcirca accolũt. Vsq; quo dñe irascęris in finem: accẽdetur velut
6 ignis zelus tuꝰ/ad quẽ vsq; terminũ: succẽdet canini instar indignatio tua/ Effunde iram tuã in gẽtes que te nõ nouerũt: & in regna que nomẽ tuũ nõ inuocauerũt. executioni mãda vltionẽ tuam in
7 idolorũ cultores qui in te nõ credũt: & in dñia eoꝝ qui te nõ inuocãt/nec ad te cõfugiũt. Quia comederũt iacob: & locũ eius desolauerũt. effunde inquã irã tuã sup gẽtes que te nõ nouerũt & re-
8 gna eorũ/quia posteritatẽ iacob cõsumpserũt: & ciuitates eorũ destruxerũt. Ne meminerisiniquitatũ nostrarũ antiquarũ/cito anticipẽt nos mie tue: quia paupes facti sumꝰ nimis. ne iputes nobis trãsgressiones parentũ nostrorũ & delicta adolescẽtie nostre/prompte succurrãt nobis miserationes tue: quia nimis attriti sumꝰ. Adiuua nos deus salutaris noster & ꝓpter gloriã nois tui dñe libera nos: & propiciꝰ esto pctis nostris ꝓpter nomẽ tuũ. fer opem deus saluator noster/da gloriã no-
10 mini tuo nos liberando: da veniam delictis nostris/quia nomen tuũ saluator & miserator. Ne for-
11 te dicãt in gẽtibus vbi est deus eorũ: & innotescat in nationibus corã oculis nostris. Vltio sanguinis seruorũ tuorũ qui effusus est: introeat in conspectu tuo gemitus cõpeditorũ. adiuua nos/libera nos/& propicius esto peccatis nostris: nunq̃ improperent gentes vbi est deus hebræorum in quo confidunt/vindicta occisionis famulorum tuorum (nobis videntibus) nota fiat in gentibus: statua-
12 tur ante te clamor / ciulatusq; vinctorum tuorum. Secundum magnitudinem brachij tui: possidefilios mortificatorum. in potentia virtutis tue: conserua in possessione tua filios interfectorum.

GALL. ROM. HEB.

Et redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorũ: improperiũ ipsorum quod exprobrauerũt tibi domine. finitimos nostros cõpleta vltione psequere: vlciscere exprobrationẽ quã in te locuti sũt dñe. 13
Nos autẽ popul⁹ tuus & oues pascue tue: cõfitebimur tibi in seculũ. In generatiõe & gñationẽ: annũciabim⁹ laudẽ tuã. at vero nos plebs tua & pecudes/que doctrina legis tue pascimur: beneficia tua agnoscemus in sempiternũ. & in successiõe & successiõe posteritatũ pconia tua ventilabimus. 14 15

ADVERTE. Primo versu. posuerunt hierusalem in pomorũ custodiam: hieronymus ex hebræo posuerunt hierusalẽ in aceruis lapidum. & vtrũq; factũ est sub antiocho. Nam biennio post antiochi ingressum: princeps tributorũ antiochi diripuit hierusalẽ/ succendit eam igni/ & destruxit domos eius & muros eius in circuitu. ex quo facto: macerie/ruine/& lapidum acerui satis intelliguntur. Sed & paulus hebræus hunc locũ interpretatur: posuerunt hierusalẽ in fossas & in cuniculos subterraneos. quos dicit homies antiochi fecisse: ad occultos eruendos thesauros. & de antiocho etiam legitur/accepit argentũ & aurũ/vasa cõcupiscibilia & accepit thesauros occultos quos inuenit. & sublatis oibus/abijt in terrã suam. at vero q⁹ & interpretes dixerunt: posuerunt hierusalẽ in pomorũ custodiã. legitur in eadem historia. & posuerunt arma & escas & congregauerunt spolia hierusalẽ: & reposuerunt illic. ¶ Decimo versu. ne forte dicant in gẽtibus vbi est deus eorũ: hieronymus ex hebræo/quare dicũt gentes vbi est deus eorũ/quod potius videtur ex versus 13 secunda particula dicendũ. redde (inquit) improperiũ ipsorũ/quod exprobrauerunt tibi dñe. & legendum potius esset nunq̃ dicant in gẽtibus vbi est deus eorũ: vt sit sensus. exẽplo punitionis istorũ: nunq̃ audeant de cetero inter gentes dicere/ vbi est deus eorũ vt isti dixerũt. id enim vocabulum quod grece hoc in loco habetur μηποτε ne forte/ne quando/nunq̃/interpretari solet. & in vno loco/vnum collimat magis: & in alio aliud. ¶ Tertiodecimo versu. et redde vicinis nostris septuplum. septenarius apud hebræos: cõsumatiõis est numerus. quia septẽ diebus cõsummauit deus vniuersa. septẽ diebus/absolutis laboribus: curritur ad sabbati quietem. septem punitionibus peccatum Cain Lamech exoluit. septupla igitur vltio: cõpleta & consumata vltio est. ¶ Quintodecimo versu. in generatiõe & generationẽ annũciabim⁹ laudẽ tuã: rectior sermo in gñatione & generatione: & sic etiã sacer Hieronymus. in generatione & generatione narrabimus laudes tuas.

¶ In finem pro ijs qui cõmutabunt testimonium Asaph ps. LXXIX.

1 QVi regis israel intẽde: q deducis tanq̃ oues ioseph.
2 Qui sedes sup cherubim mãifestare corã ephraim beniamin & manasse.
3 Excita potẽtiã tuã & veni: vt saluos facias nos.
4 De⁹ cõuerte nos & ostẽde faciem tuam: & salui erimus.
5 Domine deus virtutum: quousq; irascẽris sup orationem serui tui?
6 Cibabis nos pane lachrimarum: & potum dabis nobis in lachrimis in mẽsura.
7 Posuisti nos in contradi

¶ In finem pro ijs qui cõmutabunt testimonium Asaph ps. LXXIX.

QVi regis israel intẽde: q deducis velut ouem ioseph.
Qui sedes sup cherubim appare corã ephrem: beniamin & manasse.
Excita potẽtiam tuã & veni: vt saluos facias nos.
Domine deus virtutum cõuerte nos: & ostẽde faciem tuam & salui erim⁹.
Domine deus virtutum: quousq; irascẽris in orationem serui tui?
Cibabis nos pane lachrimarum: & potum dabis nobis in lachrimis in mẽsura.
Posuisti nos in contradi-

¶ Victori pro Lilijs testimonium Asaph canticũ LXXX.

QVi pascis israel auscultа: qui deducis quasi gregem ioseph.
Qui sedes sup cherubim ostẽdere ãte ephraim: et beniamin & manasse.
Suscita fortitudinẽ tuã & vẽi: vt saluos facias nos
De⁹ cõuerte nos: et ostẽde faciem tuam & salui erimus.
Domine deus exercituũ: vsq;quo fumabis ad orationem populi tui?
Cibasti nos pane flẽbili: & potasti nos in lachrimis tripliciter.
Posuisti nos contentio-

ctionem vicinis nostris:et inimici nostri subsannauerunt nos.

8 Deus virtutum cōuerte nos: & ostende faciē tuā & salui erimus.

9 Vineam de ægypto trāstulisti: ejecisti gentes & plantasti eam.

10 Dux itineris fuisti in cōspectu ei9/& plātasti radices eius:& iplevit terram

11 Operuit montes vmbra eius: & arbusta eius cedros dei.

12 Extendit palmites suos vsq3 ad mare: & vsq3 ad flumen propagines eius.

13 Vt quid destruxisti macerią eius:& vindemiant eam omnes qui prętergrediuntur viam.

14 Exterminauit eam aper de silua: & singularis ferus depastus est eam.

15 Deus virtutū cōuertere/ respice de cęlo & vide: & visita vineam istam.

16 Et perfice eam quā plantauit dextera tua: & super filium quem confirmasti tibi.

17 Incensa igni & suffossa: ab increpatione vult9 tui peribunt.

18 Fiat manus tua super virum dextere tue:et super filium hominis quem cōfirmasti tibi.

19 Et nō discedimus a te/vi uificabis nos: & nomen tuum inuocabimus.

ctionem vicinis nostris: & inimici nostri derisę-runt nos.

Dñe deus virtutū cōverte nos:& ostende faciem tuam & salui erimus.

Vineam ex ægypto trāstuliſti: ejecisti gentes & plantasti eam.

Viam fecisti in conspectu eius: & plantasti radices eius & replęta est terra.

Operuit montes vmbra eius: & arbusta eius cedros dei.

Extendisti palmites eius vsq3 ad mare: & vsq3 ad flumen propagines eius.

Vt quid dęposuisti macerią eius: & vindemiant eam omnes qui transeūt viam.

Exterminauit eam aper de silua: & singularis ferus dępastus est eam.

Domine deus virtutum cōuertere/ nūc respice de cęlo & vide & visita vineam istam: & dirige eam quam plantauit dextera tua/& super filium hominis quem cōfirmasti tibi.

Incēsa igni & effossa manu:ab increpatione vult9 tui peribunt.

Fiat manus tua super virum dextere tue/& super filium hominis quem cōfirmasti tibi: & non discedimus a te.

Viuificabis nos:& nomē tuum inuocabimus.

nem vicinis nostris:& inimici nostri subsannauerunt nos.

Deus exercituum cōverte nos:& ostende faciem tuam & salui erimus.

Vineam de ægypto tulisti:ejecisti gentes & plantasti eam.

Preparasti ante faciem eius : & stabilisti radices eius & replęuit terram.

Operti sunt montes vmbra eius:& ramis illius cedri dei.

Expandit comas suas vsq3 ad mare: & vsq3 ad flumen germina sua.

Quare dissipasti maceriam eius:& vindemiauerunt eam omnes qui trāseunt per viam.

Vastauit eam aper de silua : & omnes bestie agri dępaste sunt eam.

Deus exercituū reuertere obsecro:respice de cęlo et vide et visita vineā hāc

Et radicem quam plantauit dextera tua:& filiū quem confirmasti tibi.

Succensam igni & deramatam:ab increpatione faciei tue pereant.

Fiat manus tua super virum dextere tue:& super filium hominis quem cōfirmasti tibi.

Et non recedimus a te/vi uificabis nos : & nomine tuo vocabimur.

GALL.	ROM.	HEB.
20 Dñe deus virtutū cōuerte nos: & ostende faciem tuam & salui erimus.	Domine deus virtutū cōuerte nos: & ostēde faciē tuam & salui erimus.	Domine deus exercituū cōuerte nos: & ostēde faciem tuā & salui erimus.

TITVLVS. Ad victoriam pro lilijs testimonium/Asaph cāticum. psalmus de Christo domino & fideli synagoga/aduentum domini postulante. Propheta in spiritu inducit populum sanctum: pro aduentu messie ad deum suspirantem.

EXPOSITIO CONTINVA. Qui regis israel intēde: qui deducis velut ouē ioseph. qui doctrina tue legis pascis hebraicā plebē/precib⁹ nostris te accōmoda: qui in mādatis tuis tanq̄ ouū gregē dirigis filios ioseph/populū virtute ipletiōeq; legis tue accrescentē. Qui sedes sup cherubim: manifestare corā ephraim/bēiamin & manasse. o de⁹ qui thronū tuū habes supra altiuolos & multiscios spūs: appare ante filios ephraim/beniamin & manasse/ex illis tibi discipulos/apostolos & fideles assume. Excita potentiam tuam & veni: vt saluos facias nos. o deus cherubæe sublimitatis insessor expgefac brachiū tuū/virtutē tuā/verbū tuū/& descēde: vt nos redimas/vt saluū facias genus humanū. Deus cōuerte nos & ostēde faciē tuā: & salui erim⁹. cōditor & creator noster fac nos ad te fide cōuerti/& cōspiciendū nobis prebe filiū tuū/cōsubstantialē/natiuā & verā tue substātie imaginē: quam si spiritu/si fide vt par fasq; est viderim⁹/redimemur ac saluabimur. Domine deus virtutū: quousq; irascēris sup orationē serui tui? dñe deus sabaoth/de⁹ agminū celestiū: quādiu nō exaudies/quādiu quasi irat⁹ repelles precē populi tui ꝑ missiōe Christi tui? Cibabis nos pane lachrimarum: & potum dabis nobis in lachrimis in mensura. quādiu differes nos exaudire/quādiu differes mittere Christū tuū tādiu pasces nos cibo nostro in fletu: & lachrimas ꝑ potu dabis nobis in abūdātia. Posuisti nos in cōtradictionē vicinis nostris: & inimici nostri subsannauerūt nos. vicini nostri cōtradicūt nobis q⁹ missur⁹ sis Christū tuū/saluatorē & liberatorē nostrū: & aduersarij nostri q⁹ eū expectamus/q⁹ eius pstolamur aduentū irriserūt nos. Deus virtutū cōuerte nos & ostende faciē tuā: & salui erimus. hic secundo resumit quartū versum/deus sabaoth/deus agminū celestiū cōuerte nos ad te/ostende nobis messiā tuum/& filiū tuū: & sic erit nostra salus. Vineā de ægypto trāstulisti: eiecisti gentes & plātasti eā. populū tuū israel ex duro ægyptioꝝ iugo in cana naꝛorū terrā emigrare fecisti: expulisti cananæos & idololatras/& eū in terre illi⁹ firma possessione collocasti. Dux itineris fuisti in conspectu eius/& plantasti radices eius: & impleuit terrā. precessisti eū in via/eū ducēs & dirigens/ꝑphetas & sanctos viros vnde propagaret & duceret originē firmasti: multiplicata est & oppleuit vniuersam iudeā/oppleuit terrā patrib⁹ nostris Abrahe/Isaac & Iacob ꝑmissam. Operuit mōtes vmbra eius: & arbusta eius cedros dei. in magnis ducib⁹/iudicib⁹/& regib⁹ posita est ꝑtectio ei⁹: & in ꝑphetis eius altitudo cōprehensiōis mysterioꝝ dei. Extendit palmites suos vsq; ad mare: & vsq; ad flumē ꝑpagines eius. possessiones filiorū suorum dilatauit vsq; ad magnū mare: & prosapiei sue vsq; ad euphratē. Vt quid destruxisti macerā eius: & vindemiant eam oēs qui pretergrediuntur viam? quare demolitus es/quare amouisti sepem & custodiam eius: & populātur vineam tuam alienigene vniuersi qui ingrediuntur per eam? Exterminauit eam aper de silua: & singularis ferus depastus est eam. crudelis hostis/libidinosus & immūdus/alienigena & barbarus cōtriuit eam: & hostis superbus & imanitate singularis depopulatus est eam. & hec prophetia de Antiocho aut exercitu romano vera est. Deus virtutum cōuerte nos/respice de celo & vide: & visita vineā istam. deus exercituū deus agminū celestiū indignationem tuam amoue/de celo fer auxiliū/clementer nos intuere: & in propria veniens/visitatione tua salua plebem istam. Et perfice eam quā plantauit dextera tua: & super filium hominis quem confirmasti tibi. dñe deus virtutum confirma in perfectione populū tuum quem in terra promissionis patrum/radicauit benignitas tua: inseruit quidē & radicauit super filium/super messiā tuū quē tibi stabiliuisti ineternū. Incensa igni & suffossa: ab increpatione vultus tui peribūt. vinea tua hostili flāma conflagrauit/& e terra vulsa & eradicata est: animaduersione iustitie tue feriētur qui eā succenderūt/suffoderūt & auulserūt. Fiat manus tua super virum dextere tue: & super filiū hominis quē cōfirmasti tibi. fiat verbū tuū/potētia & virtus tua super messiā tuum/virū clargitionis plenitudinis gratie & misericordie tue/redēptorem virorum ire & finistre tue: fiat virtus & potentia tua super filium hominis quem paulomin⁹ a te minutum gloria & honore coronabis/& quem eterna lege tibi prefiniuisti. Et non discedimus a te: viuificabis nos & nomen tuum inuocabimus. humana verbū tuum & nō seperabimur a te: iustificabis nos/& in filio tuo orabimus te. Domine deus virtutū cōuerte nos/& ostende faciem tuā: & salui erimus. tertia repetitio quarti versus/dñe deus celestium agminū dirige nos ad te/largire nobis vt videamus Christū tuum/vt eius agnoscamus aduentum: & sic salui/liberati & redempti a malarū potestatum captiuitate euademus.

ADVERTE Sexto versu/& potum dabis nobis in lachrimis in mensura:Hieronymus ex hebræo/ & potasti nos in lachrimis tripliciter.ac si dicerent.lachrimati sumus desiderio aduentus messie/lachrimati sumus ex tarda precum nostrarū exauditione quasi tu sis nobis infensus & iratus in nostra oratione/lachrimati sumus super transgressionū nostrarum agnitione & propria(ob quam nos non exaudis)indignitate.et id:interpretes in mēsura potatos lachrimis dixere. ¶Quartodecimo versu.& singularis ferus depastus est eam:Hieronymus ex hebræo/& oēs bestie agri depaste sunt eam.alius vbi singularis ferus/vbi bestie agri dictum est:cōmotio agri dicit. alius negat cōmotionē significari:sed esse illic nomen ignote volucris/ceu gryphis aut alius cuiuspiam sic se habētis ad reliquas volucres/vt Cetus ad reliquos pisces.& quicquid de re subiecta vocabuli sit:in hac interpretum controuersia/certum est valentem & extremā quandam significari aduersantium potentiam. ¶Sextodecimo versu.& perfice eam quam plantauit dextera tua/& super filium quem confirmasti tibi:Hieronymus ex hebræo/et radicem quam plantauit dextera tua/& filium quem confirmasti tibi.& hic superior particula respicitur:visita radicem prime originis nostre/eos scilicet quos tu in solido cultu tuo seruasti/& visita filium/populum hebraicum quem pariter in lege & cultura tua solidasti.filium:ad populum qui ex sanctis radicibus a deo plantatis processit referri videtur. sic et in Exodo appellat eum filium.dixi tibi dimitte filiū meū:vt seruiat michi.interpretes autem videntur et alium/non directione/non adoptione sed nature intellexisse:quem & octauodecimo versu virum dextere/& filium hominis interpretati sunt. Et reuera in illo naturali primogenito:dictus est is populus filius.quia ad hoc plantati sunt:vt ex eis secundum carnē in plenitudine tēporis ille nasceretur.quare siue hoc/siue illo modo intelligatur:nichil a digna exorbitabitur intelligentia. ¶Nonodecimo versu.& non discedimus.forsan rectius:& non discedemus.Nam et ex hebræo & non recedemus. ¶In fine eiusdem nonidecimi versus.& nomen tuum inuocabimus:Hieronymus ex hebræo et nomine tuo vocabimur.quo propheta innuere videtur eos qui a Christo non discesserunt etiam ex hebraica gente:nomine eo nuncupandos/ Christianosq; vocandos. ¶Vicesimo versu/ domine deus virtutum conuerte nos.hic versus ter est repetitus:quod non sine mysterio factum volunt.ob trinam filij dei manifestationem:per fidem/per theophaniam & contemplationem/et tertio per apertam & sine velamento cognitionem.prima manifestatio purgat/secunda illuminat/& tertia perficit..prima est incipientium/secunda proficientium/& tertia perfectorum atq; consumatorū. quas nobis digne concedat Christus dominus/filius dei superbenedictus in secula.Amen.

¶In finem pro torcularibus ps Asaph.quinta sabbati. LXXX.

1 EXultate deo adiutori nostro:iubilate deo iacob.

2 Sumite psalmum et date tympanum: psalterium iocūdum cum cithara.

3 Buccinate in neomenia tuba:in insigni die solennitatis vestre.

4 Quia preceptum in isrāel est:et iudicium deo iacob.

5 Testimonium in ioseph posuit illud/cum exiret de terra ægypti:linguam quā nō nouerat audiuit.

¶In finem pro torcularibus ps Asaph.quinta sabbati. LXXX.

EXultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob.

Sumite psalmum et date tympanum: psalterium iocundum cum cithara.

Canite in initio mensis tuba:in die insignis solēnitatis vestre.

Quia preceptum i isrāel est:et iudiciū deo iacob.

Testimonium in ioseph posuit illud: dum exiret de terra ægypti.

Linguā quā nō nouerat audiuit:dquertit ab onere.

¶Victori pro torcularibus psalmus Asaph. LXXXI.

LAudate deum fortitudinem nostram:iubilate deo iacob.

Assumite carmen et date tympanum: citharam decoram cum psaltrio.

Clāgite i neomenia buccina: et in medio die solēnitatis vestre.

Quia legittimum israel est: et iudiciū deo iacob.

Testimonium in ioseph posuit cū egrederetur de terra ægypti:labiū quod nesciebat audiuit.

GALL.	ROM.	HEB.
6 Diuertit ab oneríbꝰ dorſum eius: manus eius in cophino ſeruiẹrunt.	ribus dorſum eius: manꝰ eius in cophino ſeruiẹrūt	6 Amouit ab onere humerum eius: manus eiꝰ a cophino receſſẹrunt.
7 In tribulatione iuocaſti me et liberaui te/exaudiui te in abſcōdito tẽpeſtatis: ꝓbaui te apud aquã cõtradictionis. Semper.	7 In tribulatione iuocaſti me et liberaui te/et exaudiui te in abſcõdito tẽpeſtatis: ꝓbaui te ad aquas contradictionis. Dp̃.	7 In tribulatione iuocaſti et ẹrui te/exaudiui te ĩ abſcondito tonitrui: probaui te ſuper aquam cõtradictionis. Sela.
8 Audi populus meus et conteſtabor te/iſraẹl ſi audieris me: nõ erit i te deus recẽs/nec adorabis deum aliẹnum.	8 Audi ppl̃s meꝰ et loq̃r: iſraẹl et teſtificabor tibi. Iſraẹl ſi me audieris non erit in te deus recẽs: neq; adorabis deũ aliẹnũ.	8 Audi populus meus et cõteſtor te/iſraẹl ſi audieris me: non ſit in te deus aliẹnus/et nõ adores deũ peregrinum.
9 Ego enim ſum dominus deus tuꝰ qui ẹduxi te de terra ægypti: dilata os tuum et implẹbo illud.	9 Ego enĩ ſũ dn̄s deꝰ tuꝰ: qẹduxi te de terra ẹgypti Dilata os tuũ et ego adiplẹbo illud: et nõ audiuit populus meus vocẽ meã et iſraẹl non intendit michi.	9 Ego ſũ dn̄s deꝰ tuꝰ: qui ẹduxi te de terra ægypti. Dilata os tuũ: et implẹbo illud.
10 Et non audiuit populus meus vocem meam: et iſraẹl non intendit michi.		10 Et non audiuit populus meus vocem meam: et iſraẹl non crẹdidit michi.
11 Et dimiſi eos ſcẽm dẹſideria cordis eorũ: ibũt in adinuentionibus ſuis.	11 Et dimiſi eos ſcẽm dẹſideria cordis eorũ: et ibũt in voluntatibus ſuis.	11 Et dimiſi eum in prauitate cordis ſui: ambulabũt in conſiliis ſuis.
12 Si populus meus audiſſet me: iſraẹl ſi in viis meis ambulaſſet.	12 Si plẹbs mea audiſſet me iſraẹl ſi vias meas ambulaſſet/ad nichilum inimicos eorum humiliaſſẽ: et ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meã.	12 Vtinam populus meus audiſſet me: iſraẹl in viis meis ambulaſſet.
13 Pro nichilo forſitan inimicos eorũ humiliaſſem: et ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meam.		13 Quaſi nichilum ĩimicos eius humiliaſſem: et ſup hoſtes eorum vertiſſem manum meam.
14 Inimici domini mentiti ſunt ei: et erit tempus eorum in ſẹcula.	14 Inimici domini mentiti ſunt ei: et erit tempus eorum in ẹternum.	14 Qui odẹrunt dominum negabunt eum: et erit tẽpus eorum in ſẹculũ.
15 Et cibauit eos ex adipe frumenti: et de petra/mel le ſaturauit eos.	15 Cibauit eos ex adipe frumenti: et de petra/melle ſaturauit eos.	15 Et cibauit eos de adipe frumenti: et de petra/mel le ſaturauit eos.

TITVLVS. Ad victoriam pro torcularibus pſalmus Aſaph. pſalmus hymnica laus q̃ i feſto veteris ſynagoge canebatur/quod quidẽ initio ſeptimi menſis cui menſiũ noſtrorũ ſeptẽber reſpondet celebrabatur. acta vite preterita memorãtes reuocabãt ad examen: quo decimo ſuccedẽti die expiarent (tunc enĩ expiationis feſtũ) & quintodecimo ſcẽnophegia/id eſt feſtũ tabernaculorũ (quę σκηνοπηγια a figendis tabernaculis grẹci dicunt) poſt collectã meſſem/vindemiã factam/& torcularia preſſa a quibꝰ & nomẽ etiã torcularĩ accepit/celebrarẽt. illa enĩ prima erat feſti huiꝰ id eſt tabernaculoꝝ qđ & idẽ torcularĩ eſt/ꝑparatio. Prophetaꝫ ſpiritu iſtruxit eos/qđ die illo eſſet & agẽdũ & canendũ.

EXPOSITIO CONTINVA. Exultate deo adiutori noſtro: iubilate deo iacob. gaudete memores

2 deũ esse adiutorẽ nostrũ:in iubilo glorificate deũ qui amat suppressores viciorũ. Sumite psalmũ &
date tympanũ:psalterĩũ iocundũ cũ cithara. canite carmẽ deo nostro/pulsate tympanum:adaptate
3 psalterĩũ ad iucũdas dei laudes recrepandas aptũ instrumentũ/& citharã. Buccinate in neomenia
tuba:in insigni die solẽnitatis vestre. clangite cornea buccina in nouo mẽse/in initio mẽsis:in memo-
4 rabili die celebritatis vestre. Quia preceptũ in israel est:& iudiciũ deo iacob. hãc diẽ celebrari popu-
5 lo israelitico iussũ est:& vltionẽ in trãsgressores facturus est deꝰ iacob. Testimoniũ in ioseph posuit
illud cũ exiret de terra ægypti:linguã quã nõ nouerat audiuit. deus hãc beneficiorũ suorũ testẽ ob-
seruationẽ populo ioseph/populo ab eo in ægypto saluato tradidit cũ egrederetur seruitutẽ mẽphi-
6 tici populi:mãdata dei que in ægypto nequaq̃ nouerat/accepit. Auertit ab oneribus dorsũ eius:&
manus eius in cophino seruierunt. amouit deus a vectura cemẽti & lapidũ humeros eorũ:& a vili mi-
7 nisterio manus eorũ. In tribulatione inuocasti me & liberaui te/exaudiui te in abscondito tẽpesta-
tis:probaui te apud aquã cõtradictionis. deus hic loquẽs inducit/O populе quẽ in ægypto p̃ ioseph
saluaui/tu in afflictione tua clamasti ad me/& eripui te de calamitosa oppressione tua/& cum apte
gemere non audẽres/reconditos gemitus magne afflictionis tue miseratus audiui:te incredulũ po
tentie mee & imemorẽ & ingratũ beneficiorũ meorũ expertus sũ ad aquas cõtradictionis/vbi etiam
8 animo cõtradicẽte & nõ credulo Mose/de saxo durissimo eduxi vobis aquas in abũdãtia. Audi po-
pulus meus & cõtestabor te/israel si audieris me nõ erit in te deus recens:neq; adorabis deũ alienũ.
probaui te ad aquas contradictionis incredulũ/ingratũ/immemorẽ/attamẽ vt te ad me reuocarem
et saluarẽ te/dixi ausculta populе meus & veritatẽ tibi nudabo/,ples iacob diuina visione & benedi-
ctione dignata/si auscultaueris p̃ceptis meis nullũ deũ preter me coles/nullũ recentẽ induces:neq;
9 inclinaberis ad culturã alicuius dei gentiũ. Ego enĩ sũ dñs deus tuus qui eduxi te de terra ægypti:
dilata os tuũ & implebo illud. ego sũ dñator & cõditor tuus/dñator tuus cui soli seruire debes/cõdi-
tor tuus qui feci & creaui te/qui exemi te de dura ægyptiorũ seruitute:tu hec credẽs et agnoscẽs pe-
10 te a me que volueris/& que petieris clargiar tibi in abundantia. Et non audiuit populus meus vo-
cem meã:& israel nõ intẽdit michi. nõ curarunt quos pro peculiari plebe delegerã/protestationem
11 meã:& filij patris creduli & deũ agnoscẽtis/nõ cõuerterunt ad me mentẽ suã. Et dimisi eos secun-
dum desideria cordis eorũ:ibũt in adinuentionibus suis. permisi eos vt anime sue cõcupiscentias se-
12 querentur:sequẽtur inuẽtiones & sua placita non mea. Si populus meus audisset me:israel si in viis
13 meis ambulasset. Pro nichilo forsitã inimicos eorũ humiliassem:& sup tribulãtes eos misissem ma-
num meã. si quã michi plebem delegerã obediuisset michi:si plebs israel p̃cepta mea secuta fuisset.
tanq̃ nichilũ aduersarios eorũ depressissem:& super affligentes eos potentiã meã extendissem/me-
14 amq; vltionẽ i illos effudissem. Inimici dñi mẽtiti sunt ei:& erit tẽpus eorũ in secula. odiẽtes dñm
cum apparuerit in terra negabunt eũ:et tẽpus vltionis & vindicte eorum durabit in sempiternum.
15 Et cibauit illos ex adipe frumenti:& de petra melle saturauit eos. & pauit eos purissima lege Chri
sti sui:& melliflua doctrina messie satiauit eos.

ADVERTE Tertio versu. buccinate in neomenia:neomenia initiũ mẽsis/& initiũ noue lune significat:sed hec apud hebræos coincidũt. nã mensibus vtunt lunaribus:qui a cõiunctione lune initiũ habent. απο του μεου και μηνος id est a nouo & mẽse. significat etiã μηνη lunã. ex quo/si comparatio intelligat:nouã lunã significabit. & i festo tubarũ de quo hic sermo habet canebãt tuba cornea/nõ ductili argẽtea aut metallica. quod quoties fiebat:inducebat populus ad recordationẽ beneficiorum diuinorũ/& proprie ingratitudinis agnitionẽ/ad prouocandũ populũ/ad male actorum penitudinem & afflictionẽ. Et i memoria sacrificij liberationis Isaac/& agni tunc imolati:clangebant corneis tubis/& ex cornu arietis factis. sed quid hoc est:nisi quedã p̃missa in figura instructio nostra/quo pacto parari debemus ad penitẽdũ/recolẽtes beneficia dei a pricipio redẽptionis nostre a principe tenebrarũ/memores agni pro nobis imolati/strepitũ soni passionis eius cõtinuo mẽtalibus auribus excipiẽtes(hec enĩ tuba illa cornea in memoriã sacrificij Isaac prefigurabat)memores insuper prõptitudinis benignitatis ei⁹ ad exaudiẽdos eos qui ad eũ reuertunt̃/memores ineffabilis dulcedinis ei⁹/dãtis nobis suũ corp⁹ ad edẽdũ et sanguinẽ suũ in potũ ad cõsecutionẽ oim gratiarũ & celestiũ charismatũ. memores itẽ ingratitudinũ nr̃arũ/& post tãta beneficia trãsgressionũ/ea de causa ad miseratorẽ & propiciabilẽ deũ nostrũ qui fecit nos/qui redemit nos/qui pauit nos reuertẽtes/gemẽtes/penitẽtes & nos affligẽtes. & id a pricipio q̃dragesime/& ante magna in lege euãgelica festa/a synagoga vmbratiliter preinstructi:facere debemus/oia referẽtes in veritatẽ q̃ ipsi i quadã opaca/operta & vmbratili operabant̃ imagine. Christus enĩ veritas:et facta eius et instituta vera. ¶ Sexto versu. manus eius in cophino seruierũt:Hieronymus ex hebræo/manus eius a cophino recesserũt. qđ rectiꝰ videt̃. nã id meliꝰ cõsequit̃ qđ dictũ est supra. cũ exiret de terra ægypti. & id diuertit ab oneribus dorsũ eiꝰ. quo significat̃:egressũ pplm de ægypto/a seruitute liberatũ. quo modo igit̃ subiũgit̃/

seruierũt manus eiꝰ in cophino/in sportis & corbibꝰ ad opera ægyptiorũ portãdis? legẽdũ igit̃ po-
tius esset. diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius a cophino abierunt. aut vt facer ex hebræo
Hieronymus habet/recesserunt. ¶ Vndecimo versu. ibunt in adinuẽtionibus suis: rectius videtur le-
gendum ibant. de patribus eni fit sermo: qui in deserto preuaricati fuerant. vt ne Moses quidem &
Aaron: a preuaricatione inuenirentur insontes/ex capite 20 libri Numerorũ. & sic Hieronymus am
bulabant in consilijs suis. ¶ Tertiodecimo versu. pro nichilo forsitan inimicos eorum humiliassem:
Hieronymus ex hebræo/quasi nichilum inimicos eius humiliassem. quo significari videtur/inimicos
eius quasi nichilum cõtriuissem/nichili eos estimassem. et Paulus hebræus notat nullã hic haberi du
bietatis notã: sed magis (vt Hieronymus expressit) similitudinis. neq; dubitatio satis deo competere
videtur. quare potius nobis legendũ esset: tanq; nichilũ inimicos eorum humiliasse. si etiã pro nichi-
lo dicitur/et exponitur gratis/et sine causa: id nõ multũ deo cõuenire videtur/qui gratis & sine cau-
sa nullos humiliat. ¶ Quartodecimo versu. inimici dñi mentiti sunt ei: Hieronymus ex hebræo/qui
oderunt dñm negabunt eũ. vbi prophetia taxat hebræos/post omnimoda beneficia deum esse ne-
gaturos. quod maxime impletũ est cum illi dicebãt: tu de te ipso testimoniũ dicis/testimoniũ tuum
non est verum. cum suũ regem esse negauerunt clamãtes: nõ habemus regem nisi cesarem. cum nõ
ipsum: sed latronem et homicidam dimitti petierunt. sicut et de ipsis psalmo 17 ipse per os Dauid
dicit: filij alieni mẽtiti sunt michi. sed quia negauerunt vitã: iuste mortem incurrerũt secundã/cuius
nunq; decerunt supplicia. et erit (inquit) cẽpus eorum in secula. a qua morte nos liberet omniũ bonorũ
largitor/misericors et miserator Christus dñs superbñdictus in sempiternum et vltra. amen.

¶ Ps Asaph. LXXXI.

1 DEus stetit in synago-
ga deorũ: i medio au
tem deos diiudicat.

2 V squequo iudicatis ini-
quitatẽ: et facies peccato-
rum sumitis? Sẽper.

3 I udicate egẽno et pupil-
lo: humilem et pauperẽ
iustificate.

4 E ripite pauperem et egẽ
num: de manu peccato-
ris liberate.

5 N escierũt neq; intellexẽ-
runt/i tenebris ambulãt:
mouẽbuntur omnia fun-
damenta terre.

6 E go dixi dij estis: et filij
excelsi omnes.

7 V os autẽ sicut homines
moriẽmini: et sicut vnus
de principibꝰ cadẽtis.

8 S urge deus iudica terrã:
quoniã tu hẽreditabis in
omnibus gentibus.

¶ Ps Asaph. LXXXI.

DEus stetit in synago
ga deorum: i medio
autem deos discernit.

Q uousq; iudicatis iniq;
tatem: et facies peccantiũ
sumitis? Dp.

I udicate pupillo et egẽ-
no: humilem et pauperẽ
iustificate.

E ripite pauperẽ et egẽ-
num: de manu peccato-
ris liberate.

N escierũt neq; intellexẽ-
runt/i tenebris ambulãt:
mouẽbuntur omnia fun-
damenta terre.

E go dixi dij estis: et filij
excelsi omnes.

V os autẽ sicut homines
moriẽmini: et sicut vnus
de principibꝰ cadẽtis.

E xurge deꝰ iudica terrã:
quoniã tu hẽreditabis in
omnibus gentibus.

¶ Ps Asaph. LXXXII

DEus stẽti cœtu dei:
in medio deos diiu-
dicat.

V squequo iudicatis ini-
quitatem: et facies ĩpiorũ
suscipitis? Sela.

I udicate pauperi et pu-
pillo: egẽno et inopi iuste
facite.

S aluate inopem et pau-
perem: de manu ipiorũ
liberate.

N on cognoscunt nec in-
telligunt/in tenebris am-
bulant: mouẽbuntur oia
fundamenta terre.

E go dixi dij estis: et filij
excelsi omnes vos.

E rgo quasi adam moriẽ
mini: et quasi vnꝰ de prin
cipibus cadẽtis.

S urge domine iudica ter
ram: quoniã tu hẽredita-
bis omnes gentes.

TITVLVS. Psalmus Asaph. Psalmus de Christo domino. Propheta in spiritu psalmum incoat et finit. medius sermo: deo tribuitur.

EXPOSITIO CONTINVA. D eus stetit in synagoga deorũ: in medio autẽ deos diiudicat. assi- 1

tit dominus carneo ſupto velamine cõgregationi iudicũ hebræorũ/ſacerdotũ/ſcribarũ/& phariſeo=
2 rum medius:in medio autẽ eos qui iuſte & qui perperã iudicãt diſcernit. Vſquequo iudicatis iniqui=
tatem:& facies peccatorũ ſumitis? hic dei ſermo.vſquequo falſum facitis iudiciũ:et mores tranſgreſ
3 ſorum vobis vendicatis. Iudicate egeno & pupillo:humilẽ et pauperẽ iuſtificate.iuſtitiã facite ino=
4 pi et orphano:depreſſo et mẽdico iuſtũ iudiciũ reddite. Eripite pauperẽ & egenũ:de manu pecca=
toris liberate.eruite veſtro iudicio inopẽ & calamitate preſſũ:& de potẽtia iniuſti & calũniatoris exí=
5 mite. Neſcierunt neq; intellexerunt/in tenebris ambulant:mouebuntur oĩa fundamẽta terre.iudi=
ces terre malicia excecati ignorauerunt/& nõ ceperunt mẽte iuſtificationes dei/in cupiditatibus ſuis
viuunt:ſed mouebitur et cõcutietur mũdus iſte/& peribit oĩs cõcupiſcẽtia eius cũ dñs venerit ad iu=
6 dicium. Ego dixi dij eſtis:& filij excelſi oẽs.ego vocaui vos deos:& filios dei oẽs. Vos autẽ ſicut ho
7 mines moriemini:& ſicut vnus de principib⁹ cadetis.attamẽ non ſicut deus immortales eritis/ſed ſi=
8 cut primus parẽs morte ſoluemini:& ſicut potẽtes orbis in interitũ ruetis. Surge deus iudica terrã:
quoniã tu hereditabis in oĩbus gẽtibus.hic iterum propheta/expergiſcere dñe/cõdẽna aduerſarios
tuos/iudices ſynagoge/pontifices/ſcribas & phariſeos:quoniam illis iudicatis/tu poſſidebis oẽs na=
tiones/illis deletis/tu accipies hereditatem et poſſeſſionem tuam terminos terre.

ADVERTE primo verſu.deus ſtetit in ſynagoga deorũ/i medio autẽ deos diiudicat:Hieronym⁹
ex hebræo/deus ſtetit in cetu dei:in medio deos diiudicat. Sed dicet forſan quiſpiam: noſtra trala=
tio accõmodatior videtur.nã ſynagoga & cetus/multorũ eſt:deus autẽ ſingularis/neq; collectionem
vllam dicit.& diiudicare item in medio:multitudinẽ reſpicere par eſt.et deorũ dicẽdũ eſſe cõfirma=
re videtur ſexti verſus principiũ.ego dixi dij eſtis. Verũ Hieronym⁹ quo ad hoc recte vertit.nam vbi
dicimus deus ſtetit in ſynagoga deorũ:illud deorum/ in hebræo EL dicitur/& ſingulare eſt/& dei
non deorũ ſignificat.& vocabulũ eſt quo pſalmo 21 deus meus deus meus vt quid dereliquiſti me:
dñs noſter vocat patrẽ.& quod in principio pſalmi 49 deus/deus/deus locutus eſt:dictum eſt eſſe
nomen patris.quare cũ dicitur deus ſtetit in ſynagoga dei:deus ꝓ filio/& dei pro patre ſumitur.acſi
diceret:Chriſt⁹ deus ſtetit in ſynagoga dei patris.& quid mirũ ſi patris ſynagogã appellat:que iu=
dicabat in domo patris eius? ſic eni cũ templũ intrauit/zelo dei patris ſuccẽſus/vendẽtes & ementes
eijciens.nolite(inquit)facere domũ patris mei domũ negociationis.ſic igitur dei/eũ exprimit ad quẽ
ſynagoga pertinebat:nõ autẽ id quod ipſã integrabat ſynagogã.at ſeptuaginta interpretes/putan=
tes id quod ſubiũgebatur ſynagoge/ad integrationẽ eius reſpicere:corruperũt litterã dicẽtes in ſy=
nagoga deorũ/cũ dei dicendũ fuiſſet/non tã illuſi amphibologia q̃ torta intelligẽtia lapſi.Et quod
ſubiungitur in medio deos diiudicat:aliqui codices/ex hebræo habent in medio deus diiudicat.&
id tolerari poſſet.nã deus primo loco & hic idẽ vocabulũ habetur ELOHIM:quod in hac ſecunda
particula & deus & deos verti poteſt/& quod ſexto verſu Hieronymus & interpretes dij verterũt/
vt par erat. Verũ admodũ conſonũ eſt:vt dicatur pluratiue/in medio deos diiudicat.& id conceſſe=
rim ſexto verſu ſpiritũ ſanctũ cõfirmare cũ dixit/dixi dij eſtis/nõ autẽ ſextũ verſũ cõfirmare dicẽdũ
fuiſſe deus ſtetit in ſynagoga deorũ.nã ſic in primo verſu ꝓ ſecũdã particulã/dij vocati eſſẽt ad quos
ꝓculdubio de diuinitate ſua/et cõſubſtãtialitate cũ patre dñs noſter ex 10 Ioannis apertum habuit
ſermonem. At iterũ dices:vbi ELOHIM pro filio reperitur? poſſũ dicere ſecũdo vocabulo pſalmi
49.quod ſi apertius teſtimonium requiris:hoc nequaq̃ refutare iure valebis/ex pſalmi 44/verſu
octauo/ſedes tua deus in ſeculũ ſeculi/vbi deus ELOHIM dicitur:& quod de filio intelligatur:ſe=
quens verſus aperte inſinuat in quo dicitur/dilexiſti iuſtitiã & odiſti iniquitatẽ/ꝓpterea vnxit te de⁹
deus tuus oleo letitie pre cõſortibus tuis.cui eni alij q̃ Chriſto dño/hec cõuenire poſſunt? ¶ Sexto
verſu/& filij excelſi:excelſi genitiuus ſingularis.ſic eni grece και υιοι υψιστου quo verſu aduer=
ſus calũnias iudeorũ vſus eſt dñs.ſiue eni calumniabãtur q⁹ ſe deũ dixiſſet:prima parte verſus eo=
rum ora claudebat.& q⁹ filium dei:ſecunda eiuſdẽ verſus particula eorũ feriebat ſtultitiã.at vero cũ
ſe filiũ dei dixiſſet/calũniabantur q⁹ ſe diceret deũ:ideo prima particula in eos vſus eſt. Et ſi oculos
mẽtis habuiſſẽt:ex primo verſu aperte cognouiſſẽt eũ eſſe deũ.& de ꝑſẽtia Chriſti ſaluatoris eos in
medio diiudicantis vt in decimo capite Ioannis habetur:vniuerſa preſentis pſalmi impleta eſt pro=
phetia. ¶ Septimo verſu.ſicut homines:Hieronymus ſicut Adam.quo volũt deſignari mortẽ tẽpo=
ralẽ quã ex primo patre incurrimus.quod ſubiũgitur/& ſicut vnus de principibus cadetis: intelligi
volũt mortẽ ſecũdã & ſpiritualẽ/inſtar alicuius principũ apoſtatice malarũ poteſtatũ de celo ruẽtiũ.

¶Canticum pſalmus Aſaph. LXXXI.

1 DEus quis ſimilis erit tibi? ne taceas neq;

¶Canticum pſalmus Aſaph. LXXXI.

DEus quis ſimilis erit tibi? ne taceas neq;

¶Canticum pſalmus Aſaph. LXXXII.

DEus ne taceas ne ſileas: et non quieſcas

GALL.	ROM.	HEB.
compeſcaris deus.	compeſcaris deus.	deus.
2 Quoniã ecce inimici tui ſonuęrunt: et qui odęrũt te extulęrunt caput.	Quoniã ecce inimici tui ſonauęrũt: & qui te odęrunt extulęrũt caput.	Quia ecce inimici tui tumultuati ſunt: et qui odęrunt te ęleuauęrũt caput.
3 Super populum tuũ malignauęrunt conſilium: et cogitauęrunt aduerſus ſãctos tuos.	In plębem tuam aſtute cogitauęrunt conſilium: et cogitauęrunt aduerſus ſanctos tuos.	Contra populũ tuũ nequiter tractauęrt: et inięrunt conſilium aduerſus arcanũ tuum.
4 Dixęrunt venite et diſperdamus eos de gente: et non memorętur nomẽ iſraęl vltra.	Dixęrunt venite diſperdamus eos ex gẽte: et nõ memorabitur nomen iſraęl amplius.	Dixęrunt venite et conteramus eos de gente: et nõ ſit memoria nominis iſraęl vltra.
5 Quoniam cogitauęrunt vnanimiter ſimul/aduerſus te teſtamẽtum diſpoſuęrunt: tabernacula idumæorũ et iſmaęlite.	Quoniã cogitauęrũt cõſenſum in vnũ: aduerſus te teſtamẽtũ diſpoſuęrũt Tabernacula idumæorũ et iſmaęlitũ / moab et agarẽni / gebal et ammon et amalęc: et alienigenecũ habitantibus tyrum.	Quoniam tractauęrunt pariter: contra te fœdus pepigęrunt. Tabernacula idumæe et iſmaęlitarũ / moab et agarẽni / gebal et ammon et amalec: paleſtina cum habitatoribus tyri.
6 Moab et agarẽni / gebal & ammon / & amalęc: alienigene cum habitantibus tyrum.		
7 Etenim aſſur venit cum illis: facti ſunt in adiutorium filijs lot. Semper.	Etenim aſſur ſimul venit cum illis: facti ſunt in ſuſceptionẽ filijs lot. Dp̃.	Sed et aſſur venit cũ eis: facti ſunt brachium filiorum lot. Sela.
8 Fac illis ſicut madian & ſiſare: ſicut iabin in torrẽte ciſſon.	Fac illis ſicut madian et ſiſare: et ſicut iabin in torrente ciſſon.	Fac illis ſicut madian et ſiſare: ſicut iabin in torrẽte ciſſon.
9 Diſperięrũt in endor: facti ſunt vt ſtercus terre.	Diſperięrũt in endor: facti ſũt ſicut ſtercus terre.	Cõtriti ſũt in endor: fuęrunt q̃ſi ſterqliniũ terre.
10 Pone principes eorum ſicut oręb: & zęb & zebee et ſalmana.	Pone principes eorum ſicut oręb zębzebee et ſalmana / omnes principes eorum qui dixęrunt: hęręditate poſſideamus nobis ſanctuarium dei.	Pone duces eorum ſicut oręb et zęb et zebee et ſalmana / omnes principes eorum qui dixęrunt: poſſideamus nobis pulchritudinem dei.
11 Omnes pricipes eorum qui dixęrunt: hęręditate poſſideamus ſanctuarium dei.		
12 Deus meus pone illos vt rotam: ſicut ſtipulam ante faciem venti.	Deus meus pone illos vt rotam: et ſicut ſtipulã ante faciem venti.	Deus meus pone eos vt rotam: quaſi ſtipulã ante faciem venti.
13 Sicut ignis qui comburit ſiluam: ſicut flãma comburens montes.	Sicut ignis qui comburit ſiluas: vęlut ſi flamma incendat montes.	Quomodo ignis comburit ſiluam: et ſicut flãma dęuorat montes.

14 Ita persequeris illos in tē pestate tua: et in ira tua turbabis eos.
Ita persequeris eos in tē pestate tua: et in ira tua conturbabis eos.
Sic persequere eos in tē pestate tua:et in turbine tuo conturba eos.

15 Imple facies eorū ignominia:et querent nomen tuum domine.
Imple facies eorū ignominia:vt querant nomen tuum domine.
Imple facies eorū ignominia:et querēt nomē tuum domine.

16 Erubescant et conturbē tur in sęculum sęculi:et cō fundantur et pereant.
Cōfundant et cōturbēt in scm scli/et reuereāt et pereant:et cognoscāt qa nomen tibi dominus.
Confundantur et cōturbentur vsqꝫ in sęculum:et erubescāt et pereant.

17 Et cognoscāt quia nomē tibi dns: tu solꝰ altissimꝰ in omni terra.
Tu solus altissimus:sup omnem terrā.
Et sciant quia nomē tuū est dominus:solus tu excelsus super omnē terrā.

TITVLVS. Canticū psalmi Asaph. psalmus de bellis populo sancto veteris synagoge inflictis. ꝓpheta in spiritu.

EXPOSITIO CONTINVA. Deus quis similis erit tibi:ne taceas/neqꝫ cōpescaris deus. deus qs
1 poterit tibi assimilari vt resistere possit tot et tantis aduersariis nostris? tu ne ipsis populū tuū iuadē-
2 tibus tacitus sis/ne quietus sinas eos in tuos debacchari. Q m ecce inimici tui sonuerūt:& qui oderūt
te extulerunt caput. ne quiescas sed accede in auxiliū populi tui/quia ecce hostes legis tue & cultꝰ
3 tui impetū bellicū & strepitū fecerūt:& qui te odio ꝓsequūtur/superbia eleuati sunt. Super popu-
lum tuū malignati sunt cōsiliū:& cogitauerūt aduersus sanctos tuos. cōtra hebraicā plebē tuā iniuste
4 & maligne consultauerūt:& machinati sunt mala in cultores tuos. Dixerūt venite et disperdamus
eos de gente:et nō memoret nomē israel vltra. exhortati sunt se hostes nostri dicētes/accedite & de-
5 leamus hebræos de populis terre:& dispereat funditus memoria populi israel. Q m cogitauerunt
6 vnanimiter simul aduersū te:testamentū dispposuerūt tabernacula idumæorū et ismaelite. Moab &
agareni / gebal et ammon et amalech:alienigene cū habitantibus tyrū. ne sileas ne cōpescaris ne
dissimules auxiliū deus/qm cōspirauerunt simul aduersum te:confederata sunt cōuēticula filiorum
esau/& ismaelite. moabite & filij agar/sobalite/āmonite & amalechite:palestini cū habitatoribꝰ syrie.
7 Eteni assur venit cū illis:facti sūt in adiutoriū filijs lot. sed & assyrius hostis se accinxit ad affligen-
dum populū tuū sicut & isti finitimi & accole eius:& adiuuerūt moabitas & ammonitas ad eū disp-
8 dendū. Fac illis sicut madian & sisare:sicut iabin in torrēte cisson. vindictā exerce in eos sicut in ma
dian qui a gedeone fusus est/& sicut sisare pricipi exercitus:sicut iabin regi chanaam quos barach
9 comitāte delbora deturbauit apud torrentē cisson. Disperierūt in endor:facti sunt vt stercus terre.
vlciscere in eos/sicut qui perierunt in die percussionis saul iuxta endor/qui insepulti iacuerūt facti ve
10 luti ruder & sterquilinū ipsi terre. Pone principes eorū:sicut oreb et zeb & zebee & salmana. sic
disperde duces militie aduersariorū populi tui:sicut dispdidisti pricipes exercitus madian oreb/zeb/
zebee & salmana/quorū primū bellatores ephraim interfecerūt in petra/& secundum in torculari
11 tertiū & quartū gedeon gladio suo transfodit. Oēs principes eorū qui dixerūt:hereditate possidea-
mus sanctuariū dei. disperde inquā hoc pacto oēs primarios viros eorū qui in superbia locuti sūt di-
12 centes:deleta israelitica gēte/possessione capiamus terrā in qua coluerūt deū suū. Deus meꝰ po-
ne illos vt rotā:& sicut stipulā ante faciē vēti. deus meus qui pedē figere & stabilire voluerūt in here
13 ditate tua:fac eos instabiles veluti trochū & veluti paleas in flatibus ventorū. Sicut ignis qui cōbu-
14 rit siluā:& sicut flāma cōburēs mōtes. Ita persequeris in tēpestate tua:et in ira tua cōturbabis eos.
dñe deꝰ i valida successione tua sicut ignis exurēs lucos & nemora/persequēs vrge eos:& in idigna-
15 tione ire tue tanꝫ flāma ethnā aut mōtes alios perpetuo cōflagrare faciens/puni eos. Imple fa-
cies eorū ignominia:& querēt nomē tuū dñe. pateat & in aperto sit ignominiosa eorū punitio:& q
16 videbunt/eorū exemplo deterriti/te deū esse credent. Erubescant & conturbentē in seculū seculi:&
confundantē & pereāt. capita factionis aduersariorū patēti cōfusione deijcianē/& turbationi eorum
17 nulla detur requies:pessūdentur in abyssū/& eterna morte intereāt. Et cognoscant quia nomē tibi
dñs:tu solus altissimus in omni terra. et alij cōfusione eorū edocti/& ipsi in supplicijs detēti cōfiteri
& agnoscere cogātur/quia nō ipsi sed tu solus vocari debes dñs:et quia tu solus potentissimꝰ i vni-
uerso terrarū ambitu & in vniuersa vbicūqꝫ gentium terrarum plaga.

ADVERTE Primo versu/deus quis similis erit tibi: Hieronymꝰ ex hebræo/deus ne taceas. vterqꝫ

sensus bonus:estq; hic ter ταυτολογια/terq; idē ad affectū aut mysteriū repetitus sermo. & vocabulorum homonymia hanc variā interpretū induxit expositionē. ¶ Tertio versu. aduersus sanctos tuos:ex hebræo/aduersus arcanū tuū. q̄ dicunt iustificationes & iudicia:qb⁹ sāctificabant. q̄ hebreis nota erāt:alijs autē gētib⁹ occulta vt scriptū est. nō fecit taliter oi nationi:& iudicia sua nō manifestauit eis. ¶ Nono versu. facti sūt vt sterc⁹ terre. id/terre:datiuus est. nam & græce εγενηθησαν ωσει κοπρος τη γη. ac si dicamus facti sūt tanq̄ fim⁹ & letamē ipsi terre. ¶ Duodecimo versu. de⁹ meus pone illos vt rotā:vbi habem⁹ rotā/græce habet τροχον. quod & rotā & volubilitatē significat. sūt q arbitrant lanuginē luthei floris cuiusdā speciei intyborū satis note/intelligi:que deciduo flore in similitudinem candidi orbiculi teretisq; spherule in sūmitate tyrsi colligit. ¶ Quartodecimo versu/in principio. ita p̄sequeris/& in fine turbabis eos:ex hebræo accomodatius ita persequere & cōturba eos. & ex p̄cedētib⁹ versib⁹/8 fac illis/10 pone pricipes eorū/ & illi subsequēti 15 versu/iple facies eorū/in qb⁹ oibus dep̄catorio vsus est modo:ita quoq; & cōsētaneū vt codē ytat hoc versu 14.

¶In finem pro torcularibus filijs Core psalm⁹ LXXXII.

1 QVam dilecta tabernacula tua dñe virtutū:cōcupiscit & deficit aīa mea in atria domini.
2 Cor meū & caro mea:exultauerūt in deū viuum.
3 E tenim passer inuenit sibi domum:& turtur nidum sibi vbi ponat pullos suos.
4 Altaria tua dñe virtutū: rex meus & deus meus.
5 Beati qui habitāt in domo tua:in sęcula sęculoꝝ laudabunt te. Semper.
6 Beatus vir cuius est auxilium abs te/ascensiones ī corde suo disposuit in valle lachrimarū:ī loco quē posuit.
7 Eteni bñdictiones dabit legislator/ibunt de virtute in virtutem: videbitur deus deorum in sion.
8 Domine deus virtutum exaudi orationē meā:aurib⁹ p̄cipe de⁹ iacob. Sēp
9 Protector noster aspice deus:& respice in faciem christi tui.

¶In finem pro torcularibus filijs Core psalmus LXXXII.

QVā amabilia sūt tabernacula tua dñe virtutū:cōcupiuit & defecit aīa mea in atria dñi. Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum/etenim passer inuenit sibi domū: & turtur nidum vbi reponat pullos suos.

Altaria tua dñe virtutū: rex meus & deus meus. Beati q̄ habitāt in domo tua dñe:in sęculum sęculi laudabunt te. Dp̄. Beatus vir cui⁹ est auxilium abs te dñe/ascensus in corde eius disposuit in conualle lachrimarum: ī locū quē dispositi eis. Eteni bñdictionē dabit q̄ legē dedit/ambulabūt de virtute in virtutē:videbitur deus deorū in sion. Dñe de⁹ virtutū exaudi p̄cē meā: aurib⁹ percipe deus iacob. Dp̄. Protector noster aspice deus:& respice in faciem christi tui.

¶Victori pro torcularibus filijs Core psalmus. LXXXIII.

QVam dilecta tabernacula tua dñe exercituū:desiderat & defecit aīa mea ī atria dñi. Cor meum & caro mea: laudabūt deū viuentem. Siquidem passer inuenit domum:& auis nidū sibi vbi ponat pullos suos.

Altaria tua dñe exercituum:rex me⁹ & de⁹ me⁹. Beati qui habitant in domo tua:adhuc laudabūt te. Sela. Beatus homo cuius ī te est fortitudo/semite ī corde eius/transeūtes in valle flętus / fontem ponent eam: bñdictione quoq; amiciętur doctor. Ibunt de fortitudine in fortitudinem: parębunt apud deum in sion. Dñe deus exercituū exaudi orationē meam:ausculta deus iacob. Sela. Clypeus noster vide deus: & attende faciē christi tui.

10 Quia melior est dies vna in atrijs tuis: super milia.
11 Elegi abiectus esse in domo dei mei: magisq; habitare in tabernaculis peccatorum.
12 Quia misericordiã & veritatẽ diligit deus: gratiã & gloriã dabit dominus.
13 Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocẽtia: domine virtutũ beatus homo qui sperat in te.

Quia melior est dies vna in atrijs tuis: super milia.
Elegi abiectus esse in domo domini: magisq; habitare ĩ tabernaculis peccatorum.
Quoniã misericordiã & veritatem diligit dñs: gratiam & gloriã dabit deus.
Dñs nõ priuabit bonis ambulãtes in innocẽtia: dñe deus virtutum beatus homo qui sperat in te.

Quoniã melior est dies in atrijs tuis: super milia.
Elegi abiectus esse in domo dei mei: magisq; habitare ĩ tabernaculis impietatis.
Quia sol & scutum dñs deus: gratiã & gloriã dabit dominus: nec prohibebit bonum ab ijs qui ambulant in perfectione.
Domine exercituũ: beatus homo qui confidit in te.

TITVLVS. Ad victoriam pro torcularibus filijs core psalmus. Psalmus de Christo domino. Propheta in spiritu loquitur.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Quã dilecta tabernacula tua dñe virtutũ: cõcupiscit & deficit aĩa mea in atria dñi. o dñe deus exercituũ quã desiderabilia celestia habitacula tua: elanguet animus
2 meus & desiderio tabescit ad habitacula dei mei ingrediẽda. Cor meũ & caro mea: exultauerunt
3 in deũ viuũ. aĩa mea & corpus meũ: delectata sunt in imortalẽ viuentẽq; cõditorẽ oim. Eteni pas-
4 ser inuenit sibi domũ: & turtur nidũ sibi vbi reponat pullos suos. Altaria tua dñe virtutũ: rex meus & deus meus. quid mirũ si aĩa mea cõcupiscit: clãguet & contabescit desiderio atriorũ tabernaculorũq; tuorũ dñe deus meus deus sabaoth: rector meus & cõditor meus. nã & passer & hirundo inueniũt aras tuas pro domo et nidificatione sua: vbi collocẽt fœtus suos ita beati domũ tuã celes-
5 tẽ reperiunt vbi quiescãt & habitent in sempiternũ. Beati qui habitãt in domo tua dñe: in secula seculorum laudabunt te. reuera fœlices sunt qui incolũt celestia habitacula tua dominator im-
6 mense: nam laudes tuas recrepabũt sine fine. Beatus vir cuius est auxilium abs te / ascẽsiones in corde suo disposuit in valle lachrimarũ: in loco quẽ posuit. nõ solum beati qui habitãt in celesti domo tua sed etiã beatus homo ille quem tu dñe deus adiueueris illuc peruenire / qui in hoc flebili miserabili infimoq; mundo semitas ad te cõscendẽdi in anima sua cõstituit in loco ꝑbationis sue:
EXPOSITIO CONTINVA. Cantate dño canticum nouum:cantate dño omnis terra. promite deo noſtro nouũ legis gratie carmen:oẽs accole orbis dicite Chriſto dño laudẽ. Cantate dño/benedicite nomini eius:annunciate de die in diẽ ſalutare eius. pſallite regi eterno/benedictũ dicite eum qui venit in noie eius:euangelizate aſſidue ad mundi conſumationẽ Chriſtũ eius ſeculorum ſaluatorẽ. Annunciate inter gentes gloriã eius:in oĩbus populis mirabilia eius. euãgelizate in gẽtibus glorioſam natiuitatẽ eius/,paſſum eius/paſſionẽ/reſurrectionẽ/aſcenſionem in celum/ſeſſionem in dextra patris / & glorioſum in nouiſſimis aduentũ eius:euangelizate in vniuerſis nationibus cecorũ illuminationẽ/ſurdorũ auditionẽ/mutorũ locutionẽ/claudorũ erectionẽ /leproſorum mundationẽ/mortuorũ ſuſcitationẽ/miraculi plena opera eius. Quoniã magnus dñs & laudabilis nimis:terribilis eſt ſuper oẽs deos. euangelizate inter gentes in oĩbus populis/quoniã imẽſus eſt Chriſtus dñs/& omni laude ſuperior:& tremẽdus magis q̃ dij gentiũ omnes. Quoniã omnes dij gentiũ dęmonia:dñs autẽ celos fecit. tremendus Chriſtus dñs pre oĩbus dijs gentiũ/nec ab re quidẽ/nam vniuerſi gentiũ dij ſpiritus nequã ſunt & idola : at Chriſtus deus noſter eſt per quẽ facta ſunt et ſecula/& qui celos celeſteſq; cõdidit virtutes. Confeſſio & pulchritudo in cõſpectu eius: ſanctimonia & magnificẽtia in ſanctificatione eius. deus noſter eſt quẽ omnis beneficiorũ agnitio/gratiarum actio/laus & decor decent:& cuius ſanctuariũ decet ſanctitas & honorificẽtia. Afferte dño patrie gentiũ/afferte dño gloriã & honorẽ·afferte dño gloriã nomini eius. ergo cum hec deceant deum noſtrũ/nõ idola nõ dęmonia/ipendite dño deo noſtro regiones nationum/impẽdite dño deo noſtro honorificentiã & decus:ipendite dñatori & cõditori noſtro honorificentiã & Chriſto qui venit in noie eius. Tollite hoſtias & introite in atria eius:adorate dñm in atrio ſancto eius. eleuate oblationes/ingredimini adyta eius:colite deum noſtrũ animo puro/in incõtaminato mũdoq; habitaculo eius. Cõmoueatur a facie eius vniuerſa terra;dicite in gẽtibus quia dñs regnauit. cõtremiſcant / religioſo pauore quatiãtur a maieſtate eius vniuerſi terre accole:annũciate in cunctis nationibus quia Chriſtus dñs poteſtatẽ regni terrarũ orbis accepit. Etenim correxit orbẽ terre qui nõ cõmouebit:iudicabit populos in equitate. regnandi poteſtatẽ accepit/nã direxit habitatores terre/qui a rectitudine nõ deflectẽtur:legẽ dabit populis in rectitudine. Lętẽtur celi & exultet terra/cõmoueatur mare & plenitudo eius:gaudebũt cãpi & omnia que in eis ſunt. gaudeãt celeſtia/& delectẽtur terreſtria/quoniã per eum qui regni poteſtatẽ accepit recõciliata ſunt/laudes eius reſonet mundus & qui eius plenitudinẽ incolunt:exultabũt humiles tota mente/tota anima/& vniuerſis viribus que in ipſis ſunt. Tunc exultabũt oĩa ligna ſiluarũ a facie dñi:quia venit/quoniam venit iudicare terrã. cum hec fient nõ ſolũ mare & agri ſed & oẽs agreſtes/indomiti & hactenus ferino more viuentes letabũtur in agnitione Chriſti dei quoniã adeſt/quoniã adeſt vt legiſlator/vt mãſuefactor/vt rex/vt iudex vniuerſe terre. Iudicabit orbem terre in equitate: & populos in veritate ſua. reget/moderabitur/manſuefaciet habitatores ambitus terre in lege iuſtitie:

& congregationes hominum in veritate fidei sue.

ADVERTE. quarto versu. tria deo epitheta magnum/laudabile/terribile: vt tres sunt diuine hy postates. primo imentitas potentie designatur. secũdo beneficioꝝ. tertio maiestatis. est eni summe magn⁹ sume laudabilis sume verẽdus atq; tremẽdus. quare particula nimis/apte singulis comtel ligẽt epithetis. ac si diceretur qm magn⁹ nimis dns/& laudabilis nimis/& terribilis nimis sup oẽs deos/pre oibus dijs. ¶ Nono versu. vbi in scda pticula legim⁹ dicite in gentib⁹ quia dns regnauit: in psalmodia romana legit dicite in nationibus quia dns regnauit a ligno. verũ (tametsi nõ mutet intelligentia quã sancti intellexere) hec tamẽ particula a ligno/nõ de substantia & integritate ver sus putanda est. nam neq; in nostra: neq; in hebræa tralatione habetur. neq; (vt nunc passim habe tur) grece legitur/sed id dũtaxat οτι κυριος εβασιλευσε quoniam dns regnauit/id est regia gubernatione direxit. sed pro pia alicuius deuotione/paraphrasticos adiecta creditur. & hanc in terpretationẽ secutus videtur Theodulphus: qui nobile passionis carmen ac deuotũ cõposuit. ma xime vbi dixit impleta sunt que cõcinit Dauid fideli carmine: dicens in nationibus regnauit a li gno deus. hac etiã tralatione vtimur iuxta cõsuetudinem romanã in memoria crucis post octauã pasce dñi. Et quod idem hymnidicus adiecit/Dauid fideli carmine: secutus est augustinũ/qui vni uersos psalteri⁹ psalmos id est centũ quinquaginta attribuit Dauid/ceu authori. Hieronymus au tem/Hilarius/Isidor⁹/hebreorũ q̃plurimi aliter sentire. imo psalmos ab vndenonagesimo in no nagesimũoctauũ: asserũt in Moseu virũ dei/eũdẽq; legislatorẽ. sed aiunt: precedẽs psalmus Dauid est. nam quarto capite ad romanos inquit Paulus de spiritusancto/iterum terminat diem quãdam in Dauid dicendo hodie. magnũ ꝓfecto id argumentũ. sed & id in Dauid dicẽdo: alij intelligũt in libro psalmoꝝ Dauid q̃ hos psalmos iusserit Dauid decãtãdos. hinc totus liber psalmorũ dauid dicit: & noie eius pretitulatur. nõ iniuria igitur quicquid allegetur ex huius libelli psalmis: si dicat in Dauid. sed altercatione de incerto authore dimissa: psalmũ illum & de quibus cõtrouersantur/ attribuamus cũ spiritifero paulo spiritui sancto/dicente cadẽ epistola capite tertio. quapropter si cut dicit spiritus sanctus: hodie si vocẽ eius audieritis nolite obdurare corda vestra. nã hic questio nes solas lites aggenerant nichilo plus fructus afferẽtes. quandoquidẽ qui addicti sunt augusti no: augustinũ/eiusq; sententiã preferẽt/defensitabũtq; pertinaci⁹. qui autẽ Hieronymo: cõtra/hie ronymũ hieronymiq; placitũ. ¶ Vndecimo versu. gaudebunt cãpi & omnia que in eis sunt: ex he bræo/gaudeat ager & omnia que in eo sunt. quare rectius videt vt legatur/gaudeant cãpi. id etiã precedẽtia verba letẽtur/exultet/cõmoueat/efflagitare videtur. ¶ Vltimo versu. iudicabit: Hiero nymus ex hebræo per preteritũ. conformius ad id quod nono versu dictum est: dicite in gentibus quia dominus regnauit/& quod decimo versu etenim correxit orbem terre per preteritum ex pressit. sed id perparum videtur preiudicare intelligentie.

¶ Huic Dauid quando terra eius restituta est. LXXXXVI.

1 Domin⁹ regnauit exultet terra: lętentur insule multe.
2 Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia & iudiciũ correctio sędis eius.
3 Ignis ante ipm p̃cędet: & inflãmabit in circuitu inimicos eius.
4 Alluxęrunt fulgura eius orbi terre: vidit & cõmota est terra.
5 Montes sicut cęra fluxęrũt a facie dñi: a facie do-

¶ Psalm⁹ ipsi Dauid cũ terra eius restaurata est. LXXXXVI.

Domin⁹ regnauit exultet terra: lętentur insule multe.
Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia & iudiciũ correctio sędis tue.
Ignis ante eum prębit: & inflãmabit in circuitu inimicos eius.
Illuxęrunt fulgura eius orbi terre: vidit & cõmota est terra.
Montes sicut cęra fluxęrũt a facie domini: a facie

LXXXXVII.

Domin⁹ regnauit exultet terra: lętabuntur insulte multe.
Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia & iudiciũ firmamentum solij eius.
Ignis ante faciẽ ei⁹ ibit: & exuret per circuitũ hostes eius.
Apparuęrũt fulgura ei⁹ orbi: vidit & contremuit terra.
Mõtes sicut cęra tabefacti sunt a facie dñi: a facie

GALL.	ROM.	HEB.
mini omnis terra.	domini tremuit oīs terra	dñatoris omnis terre.
6 Annunciauerunt cęli iu-	Annunciauerunt cęli iu-	Annunciauerunt cęli iu-
stitiam eius: & vidęrunt	stitiam eius: & vidęrunt	stitiam eius: & vidęrunt
oēs populi gloriam eius.	oēs populi gloriam eius.	oēs populi gloriam eius.
7 Confundantur oēs qui	Confundantur omnes	Confundantur vniuersi
adorant scuptilia:qui glo	qui adorant scuptilia: &	qui seruiunt scuptili/ qui
riantur in simulacris suis	qui gloriantur in simula-	gloriantur in idolis:ado-
	cris suis.	rate eum omnes dij.
8 Adorate eum omnes an	Adorate eum omnes an	Audiuit & lętata est siō:
geli eius:audiuit & lętata	geli eius/audiuit & lętata	& exultauerunt filie iu-
est sion	est sion: & exultauerunt	de ꝓpter iudicia tua do-
9 Et exultauerunt filie iu-	filie iude propter iudicia	mine.
de:ꝓpter iudicia tua dñe	tua domine.	
10 Qm tu dñs altissim⁹ su-	Qm tu es dñs altissimus	Tu enī dñs excelsus sup
per omnē terrā:nimis ex	sup oēm terrā: nimis ex-	oēm terrā:vehemēter ęle
altatus es sup oēs deos.	altatus es super oēs deos	uatus es super oēs deos.
11 Qui diligitis dñm odite	Qui diligitis dñm odite	Qui diligitis dominum
malum/custodit domin⁹	malum/custodit domin⁹	odite malū/custodit ani-
animas sanctorum suo-	animas seruorum suorū:	mas sanctorum suorum:
rum:de manu peccatoris	& de manu peccatorum	de manu impiorū ęruet
liberabit eos.	liberabit eos.	eos.
12 Lux orta est iusto: & re-	Lux orta est iusto:& re-	Lux orta est iusto: & re-
ctis corde lętitia.	ctis corde lętitia.	ctis corde lętitia.
13 Lętamini iusti in dño:&	Lętamini iusti in domīo:	Lętamini iusti in domīo:
cōfitęmini memorie san-	& confitęmini memorie	& confitęmini memorie
ctificatiōis eius.	sanctitatis eius.	sancte eius.

TITVLVS Nullus. Psalmus de Christo domino. Propheta in spiritu loquitur.

EXPOSITIO CONTINVAD ominus regnauit exultet terra:letētur insule multe. Christ⁹ dñs regnādi super gētes potestate a deo patre accepta funct⁹ est/letētur terre habitatores:et plurima rū insularū letitia exultēt incole. Nubes & caligo in circuitu eius:iustitia & iudiciū correctio sedis eius. nube & caligine septus veniet ad iudiciū:equitas & recta sentētia fulcimentū tribunalis eius 2
Ignis ante ipsum p̄cedet:& inflāmabit in circuitu inimicos eius. exultet terra & insule multe que 3
regnū eius susceperūt/quia flāma vltrix astabit in cōspectu eius:& iudicio dato exuret in gyro aduersarios eius/qui ipsum tussaq; eius contēpserūt. Illuxerūt fulgura eius orbi terre:vidit & cōmo 4
ta est terra. apparuerūt signa iudiciū precurrētia/tēpestates de celo valide in orbe terrarū:viderūt
habitatores terre & pre timore arefacti sunt & obriguerūt. Montes sicut cera fluxerūt a facie do 5
mini:a facie dñi oīs terra. montiū molles in modū cere cōtabuerūt/liquefacte & cōplanate sunt a
p̄sentia furoris dñi:a p̄sentia dñatoris oīm in terra cōmorantiū. Annūciauerūt celi iustitiā eius: & 6
viderūt oēs populi gloriā eius. angeli celorū p̄conizauerūt iustū eius iudiciū:& oēs gētes/trib⁹ &
lingue filiū dei/dñm glorie in sua maiestate cōspexerūt. Confundanť oēs qui adorant scuptilia: & 7
qui glorianť in simulacris suis. o quādo dies illa aduenerit/eterna cōfusione corripiantur vniuersi
qui idola vana colūt:& vniuersi qui creaturam pluriſſaciunt q̄ creature creatorē. Adorate eū oēs 8
angeli eius:audiuit & letata est sion. ꝓcūbite/ꝓuoluite/ꝓsternite vos venerabūde dño veniēti ad
iudiciū oēs virtutes celorū: hoc spiritus sancti agnouit oraculū/& gaudio perfusa est ecclesia sanctorum. Et exultauerunt filie iude:propter iudicia tua dñe. & eterno gaudio replete sunt anime 9
quę te in mundo cōfesse sunt:ꝓpter sententiā iusti iudicij tui dominator eterne/qua tu fontes sup-
plicio eterno deputasti/insontes ad regnum patris euexisti. Quoniam tu dñs altissimus sup oēm 10

terrā:nimis exaltat⁹ es sup oēs deos.& nō modo exaltauerūt te filie iude ꝓpter iusta iudicia tua/
quibus eas in vitā vocasti eternā/sed quoniā tu es dñator longe eminētissimus super omnē terre=
11 nā creaturā/sed & in imensum excedēs omnē celestē diuinitatiq; participē naturam. Qui diligitis
dñm odite malū/custodit dñs aias sanctorū suorū:de manu peccatoris liberabit eos. ovos igitur
qui charitate Christi dñi/regis glorie/& iudicis omnium feruetis / odio habete peccatum/seruat
dñs animas se a peccato seruantes innoxias:& de potestate maligni qui a principio peccat/ eruet
12 eas. Lux orta est iusto: & rectis corde letitia.figura huius mūdi exacta/& finitis huius seculi tene=
bris/claritas dei eterna exorta est fideli viro:& ijs qui mādata eius custodierūt exultatio sempiter
13 na. Letamini iusti in dño:& cōfitemini memorie sanctificationis eius.o qui iustitiam dei eiusq; vo=
lūtatē in hoc mūdo ipletis/gaudiū vestrum nūc in solo deo esto:& in cōfessione laudū & gratiaꝝ
actione/ memoriā habentes sanctificationis/qua vos invitam eternā regenerauit ac sanctificauit.
ADVERTE.Quinto versu.vbi legimus a facie dñi ois terra:legēdum per genitiuū ois terre.ex
tralatione hebraica/& ex greco.nam ex hebræo habetur:a facie dñatoris oīus terre. & in greco
απο προσωπου κυριου πασης της γης a facie dñi vniuerse terre. ¶Sexto versu. cum dicit
annūciauerunt & viderunt : respicitur veritas exemplariū.in qua mysteria rerū que etiam nondū
facte fuerunt:& sunt & fuerunt ab eterno.in eaq; coincidunt esse/fuisse & fore:vt in centro circuli
ante/dextrum/& sinistrum. sed cum expressione eterne veritatis respicimus / eiusq; per mysteria
ipsa explicationem/& ad ipsa exemplata & ad nunc nostrum referimus : versus intelligendus est
annunciabunt & videbunt.vides igitur quomodo modus loquēdi propheticus:plerūq; altiora re
spicit q̄ humanus sermo & soli expressioni rerū accōmodatus. nam ille rerū agnitionē in verita=
te:hic autem agnitionē earū in vestigio ipso ipsaq; veritatis expressione.quo fit vt ille sermo sem=
per verus sit & imutabilis:humanus autē nunc verus/nunc falsus & mutabilitati obnoxius / vbi
esse/fuisse & fore diuersa sunt & nequaq̄ coincidētia. ¶Octauo versu.adorate eū oēs angeli eius.
in epistola Pauli ad hebræos:qui vertit epistolā ita ex paulo interptatus est hūc versum & ado=
rent eum oēs angeli dei.& id quod premisit & cum iterum introducit primogenitū in orbem ter=
re:intellige de introductione primogeniti in maiestate.quod intelligere potes/per hoc quod di=
cit:iterum introducit.nam si iterum introducit:ergo alias itroduxerat.quod verū est de primo suo
aduentu.sed hic fuit in hūilitate/& a paucis visus est/vt a iudeis & peregrinis in iudea:& nō agni
tus est nisi ab ijs quos elegit & qui per eos crediderunt. cum autem iterum introducet in orbem
terre/hoc est in maiestate & gloria:videbit nō solū a iudeis & pegrinis iudee/sed oib⁹ populis &
implebit sexti versus oraculū.& viderūt oēs populi gloriā eius.quā nobis in sorte iustorū videre
largiat:qui est bñdict⁹ de⁹ noster/iudex noster glorificator & rex noster IHESVS christ⁹ in secu
la seculorū.amē. ¶Vndecimo versu.de manu pctōris hoc ex greco εκ χειρος αμαρτωλου.

¶Psalmus ipsi Dauid.

LXXXVII.

1 CAntate dño cantí=
cum nouū:quia mi=
rabilia fecit.
2 Saluauit sibi dextera ei⁹:
& brachium sanctū eius
3 Notum fecit dñs salutа=
re suum:in conspectu gē=
tium reuelauit iustitiam
suam.
4 Recordat⁹ est misericor=
die sue:& veritatis sue do
mui israel.
5 Vidērunt oīes termini
terre: salutare dei nostri.
6 Iubilate domino omnis
terra:cantate & exultate

¶Psalmus ipsi Dauid.

LXXXVII.

CAntate domino cā
ticum nouum:quia
mirabilia fecit dominus.
Saluauit eū dextera ei⁹:
& brachium sanctū eius.
Notum fecit domin⁹ sa=
lutare suum:ante conspe
ctum gentiū reuelauit iu=
stitiam suam.
Memor fuit misericordie
sue iacob:& veritatis sue
domui israel.
Vidērunt omnes fines
terre salutare dei nostri /
iubilate deo omnis terra:
cātate & exultate & psal

LXXXVIII

CAntate domino cā
ticum nouum:quia
mirabilia fecit.
Saluauit sibi dextera ei⁹:
& brachiū sanctum eius.
Notum fecit domin⁹ sa=
lutare suum : in cōspectu
gentium reuelauit iusti=
tiam suam.
Recordat⁹ est misericor=
die sue:& veritatis sue do
mui iacob.
Vidērunt oīs fines ter=
re:salutare dei nostri,
Iubilate deo omnis ter=
ra : vociferamini & lau=

GALL.	ROM.	HEB.
& psallite.	lite.	date & canite.
7 Psallite domino ī cithara/ in cithara & voce psalmi:in tubis ductilibus & voce tube cornee.	Psallite deo nr̄o ī cithara in cithara & voce psalmi. In tubis ductilibus et voce tube cornee: iubilate in conspectu regis domino.	Cātate dño i cithara:in cithara & voce carminis. In tubis & clangore buccine: iubilate coram rege domino.
8 Iubilate in conspectu regis domini/moueat̄ mare & plenitudo eius:orbis terrarū & q habitāt ī eo.	Moueat̄ mare & plenitudo eius: orbis terrarū & vniuersi qui habitāt in ea	Tonet mare & plenitudo eius: orbis & habitatores eius.
9 Flumina plaudēt manu simul/montes exultabūt a cōspectu dñi:quoniam venit iudicare terram.	Flumia plaudēt manib9 in idipm mōtes exultauerūt ante faciē dñi: qm̄ venit/ qm̄ vēiet iudicare trā	Flumina plaudēt man9 simul / montes laudabūt ante dominum:quia venit iudicare terram.
10 Iudicabit orbem terrarum in iustitia: & populos in æquitate.	Iudicabit orbem terre in iustitia:& pplos in æquitate.	Iudicabit orbem in iustitia:& populos in æquitatibus.

TITVLVS Nullus. Psalmus de Christo domino. Propheta in spiritu loquitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Cantate dño canticū nouū : quia mirabilia fecit. cōcinite deo nostro carmē legis noue:quia signa/virtutes/& stupēda ꝓdigia peregit. 1
Saluauit sibi dextera eius: & brachiū sanctū eius. ꝓpria virtute a mortuis surrexit Christus dñs qui est omniartifex dei virtus:& sancta fortitudo eius. 2
Notū fecit dñs salutare suū:in conspectu gentiū reuelauit iustitiā suā. 3
pater eternꝰ manifestauit seculo filium suū/saluatorē oim:populis gentiū notā fecit iustam legem suam. Recordatus est misericordie sue:& veritatis sue domui israel. ad effectū deduxit miseratio- 4
nem suā:& ipletionē veraciū promissionū suarū plebi sue israel. Viderūt oēs fines terre:salutare 5
dei nostri. oriens & occidēs/meridies & septētrio fide agnouerunt Christū dñm:saluatorē/ab eter
no patre missum. Iubilate dño ois terra:cantate & exultate & psallite. incomprehēsibili laude ad 6
dñm deū benefactorē & saluatorem vestrū assurgite oēs habitatores terre:hymnos ꝓmite/exhi-
larescite spiritu/& psalmos laudesq; canite. Psallite dño in cithara/in cithara & voce psalmi:in tu 7
bis ductilibus & voce tube cornee. laudate dñm in cōfessione trine beatitudinis/in cōfessione tri-
ne beatitudinis/& confessione laudis:in nouis & veteribus eloquijs/in preconizatione resurrectio-
nis/ascēsionis & missionis spūs sancti/in tuba & preconizatione passionis & aduētus supremi iudi
cij. Iubilate in cōspectu regis dñi/moueat̄ mare & plenitudo eius:orbis terrarū & qui habitant in 8
eo. ineffabili tripudio mētis gestite ante Christū dñm/filium dei regem nostrū/mūdus exultet &
amplitudo eius:terre ambitꝰ & incole eius. Flumina plaudēt manu simul/ mōtes exultabūt a cō 9
spectu dñi:qm̄ venit iudicare terrā. habitatores insularū pre gaudio gestient & incole montiū si-
mul letitia exuberabūt/psentia regis saluatoris nostri:quoniam aduenit vt rectum in terra faciat
iudicium. Iudicabit orbem terrarum in iustitia:& populos in equitate. reget habitatores terre in 10
lege iustitie:& populorū congregationes in sanctitate vite/viteq; rectitudine.

ADVERTE. Scdo versu. saluauit sibi dextera eiꝰ:grece legit̄ εσωσεν αυτοῦ ἡ δεξια αυτου quod sonat saluauit eū dextera eiꝰ. & hoc pacto etiā legit editio romana. et planior est sensus. vt primꝰ versus/cātate dño canticū nouū de Christo dño & filio dei incarnato intelligat̄ (vt & est intelligēdus) qui signa & admirāde virtutis opa fecit/ que nullꝰ alius fecit. cōtinuo subsequēs versus dicat:nō solū signa mirāda fecit/sed & ꝓpria virtꝰ eiꝰ saluauit eū & sancta eiꝰ insupabilis oipotētia & diuinitas. nēmo iquit tollet aiam meā a me. habeo potestatē ponēdi eā : & iterū sumēdi eam. & hoc est saluauit eū dextera eiꝰ:& brachiū sanctū eius. dextera eni & brachiū vtrūq; recti casus sūt ἡ δεξια αυτου και ο βραχιων ο αγιος αυτου. Tertio versu. notū fecit dñs salutare suū. notat Hieronymꝰ in cōmētario huiꝰ psalmi/sic ex hebræo etiā legēdū:notū fecit dñs Iesum suū. quare nichil absurdū videbit̄:si hoc in loco dñs/pater intelligat̄. Quarto versu. & veritatis sue domui israel. hoc dicit̄: quia Christus erat ꝓmissus populo israel/vtpote de Isaac a quo Iacob & populꝰ israel descēdit. & in semine tuo (inquit) bn̄dicētur oēs gētes. atq; hoc oraculū/recordatꝰ est misericordie sue/ & veritatis sue domui israel; vidit impletū illibata virgo/ cū ipso salutari plena/

cū fœcūda filio dei cecinit. ſuſcepit iſrael puerū ſuū: recordatus miſericordie ſue. ¶ Quinto verſu. vi derūt oēs termini terre/ſalutare dei noſtri. hoc quoq; itellexit iuſtꝰ Simeon adimpletū: cū ifantulū mūdi artificē/manu geſtantē vniuerſa/ąplexatꝰ ſtrinxit i vlnis: et gaudio pſuſꝰ et geſtiēs in hec verba ꝓrupit. nūc dimittis ſeruū tuū dñe: ſecundū verbū in pace. qa viderūt oculi mei: ſalutare tuū. qđ' paraſti: ante faciē oim populoꝝ. ¶ Sexto verſu. in tubis ductilibꝰ et voce tube cornee. tube ductiles argētee: qbus eloqa dñi p̄ſerti noui teſtamēti cōparant/vt ſcriptū eſt. eloqa dñi eloqa caſta/argentū igne examinatū. et illis canebāt i ſolēnitatibꝰ/dies letitie preferētibꝰ. Tubas corneas efficiebāt ex cornibꝰ arietū: et in diebꝰ luctus et triſtitie illis canebāt/in memoriā imolationis Iſaac/agniq; pro eo imolati. qbꝰ nō male veteris legis eloqa deſignāt: q nō ad purū elimata et examinata/in figura et quadā craſſitie cornea oia mōſtrabāt. itē et tēpore captiuitatis et ante tēpꝰ gratie/oia quodāmodo triſtia. verū et ſi volumꝰ ſeculū p̄ſens ad futurꝝ cōparare/triſtia quodāmodo ſūt oia: et nobis in cornea tuba canēdū memoriā agni imaculati/memoriā dñice paſſionis peragētibꝰ vſq; ad ſcđm eiꝰ aduentū. ſicut ſcriptum eſt. quotieſcūq; eni māducabitis panē et calicē bibetis: mortē dñi annūciabitis donec veniat

p̄s Dđ LXXXXVIII.

1 DOmin⁹ regnauit ira ſcantur populi: qui ſedes ſup cherubim moueatur terra.

2 Dñs i ſion magnꝰ et excelſus: ſuper oēs pp̄los.

3 Confiteātur nomini tuo magno/quoniā terribile et ſanctū eſt: et honor rę gis iudiciū diligit.

4 Tu paraſti directiones: iudicium & iuſtitiam i iacob tu fęciſti.

5 Exaltate dñm deū noſtrum: & adorate ſcabellū pedū eiꝰ: qm̄ ſāctū eſt.

6 Moiſes et aaron in ſacerdotibꝰ eiꝰ: et ſamuel iter eos q̄ inuocāt nomē eius.

7 Inuocabant dñm et ipſe exaudiębat eos: & i colūna nubis loq̄bat ad eos.

8 Cuſtodiębāt teſtimonia eius: et prę ceptum quod dedit illis.

9 Domine deus noſter tu exaudiębas eos/deus tu propicius fuiſti eis: et vlciſcens in omnes adinuētiones eorum.

10 Exaltate dominū deum

p̄s Dđ LXXXXVIII.

1 DOmin⁹ regnauit ira ſcantur populi: qui ſędes ſup cherubim moueatur terra.

2 Dñs i ſion magnꝰ: et excelſus ſup oēs populos.

3 Confiteātur nomini tuo magno et terribili quoniam ſanctum eſt: et honor rędis iudiciū diligit.

4 Tu paraſti æquitatem: iudicium et iuſtitiam in iacob tu fęciſti.

5 Exaltate dñm deum noſtrum et adorate ſcabellū pedū eius: qm̄ ſanctū eſt.

6 Moiſes et aaron in ſacerdotibꝰ eiꝰ: et ſamuel inter eos q̄ inuocāt nomē eius.

7 Inuocabant dñm et ipſe exaudiębat eos: i colūna nubis loq̄bat ad eos.

8 Cuſtodiębāt teſtimonia eius: et prę cepta eius que dederat illis.

9 Domine deus noſter tu exaudiębas eos/deus tu ꝓpicius fuiſti illis: et vindicans i omnia ſtudia eorum.

10 Exaltate dominū deum

LXXXXVIIII.

DOmin⁹ regnauit cōmoueantur populi: ſeſſor cherubim/cōcutiatur terra.

Dñs i ſion magnꝰ: et excelſus eſt ſup oēs pp̄los.

Confiteātur nomini tuo magno et terribili ſctōq;: imperiū rę gis iudiciū diligit.

Tu fundaſti æquitates: iudicium et iuſtitiā in iacob tu fęciſti.

Exaltate dñm deū nr̄m et adorate ſcabellū pedū eius: quia ſanctus eſt.

Moiſes et aaron in ſacerdotibꝰ eius: et ſamuel in ijs qui inuocāt nomē eiꝰ.

Inuocabant dñm et ipſe exaudiębat eos: i colūna nubis loquębat ad eos.

Cuſtodięrūt teſtimonia eius: et prę ceptum quod dedit eis.

Domine deus noſter tu exaudiſti eos/domine ꝓpicius fuiſti eis: et vltor ſuper cōmutationibus eorum.

Exaltate dominū deum

GALL.	ROM.	HEB.
nostrũ et adorate in mon	nostrũ et adorate in mon	nostrũ et adorate in mõ
te sancto eius:quoniã sã	te sancto eius:quoniã sã	te sancto eius: quia san
ctus domin⁹ de⁹ noster.	ctus est dñs deus noster.	ctus dñs deus noster.

TITVLVS nullus. Psalmus de Christo dño. Propheta in spiritu loquitur.

EXPOSITIO CONTINVA. D ñs regnauit irascanť populi/qui sedes sup cherubin moueať ter- 1
ra. messias dñi/Christ⁹ dñs regnũ orbis obtinuit/cõcitenť nationes:dñs isessor sup cherubim monar
chiam mũdi rexit/in laudẽ cõcitenť resoluanťq; orbis habitatores. D ñs i sion magn⁹ & excelsus:su- 2
per oẽs populos. Christus dñs in ecclesia regeneratorũ magnificat⁹ & exaltatus:i oibus orbis natio-
nibus. C onfiteanť noi tuo magno qm̃ terribile & sanctũ est:& honor regis iudiciũ diligit. oẽs populi 3
& nationes honorificẽt nomẽ tuũ quod est sup oẽ nomẽ/nomẽ sublime/glorioſũ & excelſũ/nome tre
mendũ in quo oẽ genu flectať cælestiũ/terrestriũ/& infernorũ/nomẽ sanctũ/in quo est sanctificatio
& redẽptio nostra:& ad honorificẽtiã tuã & cultũ tibi debitũ rex eterne spectat pie credere/iudicare
& discernere T u parasti directiones:iudiciũ & iustitiã in iacob tu fecisti.tu rex clementissime prepa- 4
ramenta iecisti/tu apostolos & discipulos tibi delegisti:et iustitie legẽ in terra & gente hebræorum
tradidisti. E xaltate dñm deũ nostrũ/& adorate scabellũ pedũ ei⁹:qm̃ sanctũ est. O populi tribus & 5
nationes glorificate regẽ nostrũ/cõditorẽ & saluatorẽ nostrũ/& ꝓcũbite terre vbi steterũt pedes ei⁹:
adorate humanitatẽ ei⁹ qm̃ sancta est. Moises & Aaron in sacerdotib⁹ eius:& Samuel inter eos qui 6
inuocãt nomẽ ei⁹. Moises & Aaron figure sacerdotũ eius:& Samuel figura inuocantiũ diuinitatem
eius. I nuocabãt dñm & ipse exaudiebat eos:& in colũna nubis loq̃batur ad eos. Moises & Aaron i- 7
plorabãt diuinũ auxiliũ/& dñs sua exaudititõe/suo fauore ꝓsequebať eos:& i nube colũnari alloque-
batur eos. C ustodiebãt testimonia eius:& preceptũ quod dedit illis. Moises et Aaron seruabant elo 8
quia eius:& legẽ quã mandauit eis.ita rex Christe supbenedicte in assũpte carnis velamine allocu-
tus es apostolos tuos/veros sacerdotes tuos/ipsi te inuocauerunt & exaudisti eos. custodierunt te-
stimonia tua & precepta que dedisti eis. tu domine his in veritate/ illis autem in figura et imagine
oia monstrasti. D ñe deus noster tu exaudiebas eos/deus tu ꝓpicius fuisti eis:& vlcisces in oẽs adin- 9
uentiones eorũ. dñator opifexq; & cõditor noster/tu benigne admittebas petitiones eorũ/tu exora-
bilis fuisti eis:et vltus eos ſ qui trãsgressi sunt in vniuersis exercitiis q̃ mandasti eis. E xaltate dñm 10
deũ nostrũ/et adorate in mõte sancto eius:qm̃ sanctus dñs deus noster. magnificate et glorificate
dominatorẽ et cõditorẽ nostrũ/venerantes procidite in pura et incontaminata ecclesia eius:quonia-
m dominator/conditor et recreator noster est purus/mundus/incontaminatus.

ADVERTE. Philo in sacra historia hunc ex psalmis in deserto factis vnũ ponit/& de samuele ibi
ꝓphetatũ. ideo annectitur psalmis Moisi. attribuit tamẽ cuidã Asapho ꝓphete. C Primo versu. dñs
regnauit irascanť populi:ex hebrẽo/dñs regnauit cõmoueanť populi. vbi ꝓpheta nõ videť ad irã vo-
care populos:sed potⁱ⁹ ad motionẽ letitie. sic eni cõcordat primo versui psalmi 96 et sexto / octauo/
et nono p̃cedẽtis/et tertio hui⁹. quomodo eni vocaret ad irã/et ad cõfessionẽ magno noi eius/verũ
qa cõmoueri plerũq; ꝓ successeri capi solet/plerũq; ꝓ cõcitatione ad letitiã:interp̃tes nõ pro hoc sed
pro illo accepẽre. C Eodẽ primo versu. qui sedes sup cherubim:ex hebræo sessor sup cherubim. et
est explicatio eius quod pri⁹ dictũ est:dñs/et subaudiť iterũ regnauit. ac si diceremus. dñs regnauit
cõmoueanť ppli:id est sessor cherubim regnauit/cõciteť terra. qua de re per tertiã psonã potius apud
nos dicendũ esset q sedet q̃ q sedes:atq; integer versus ita legẽd⁹. dñs regnauit cõmoueãtur popu-
li:qui sedet sup cherubim/moueať terra. et eandẽ intelligentiã habet:dñs regnauit/et qui sedet sup
cherubim. et rursũ cõmoueanť populi/et pticula hec moueať terra. sed et grẽce habeť ο καθημε-
νος επι των χερουβιμ/sedens sup cherubim:vbi sedens recti casus est. quapropter rursus ex
grẽco vertendũ erat qui sedet/potius q̃ qui sedes. et Cherubim hic pluratiue dicitur/quo sacrũ illũ
supreme hierarchie intelligas principatũ. C Tertio versu:cõfiteanť noi tuo magno. nomẽ magnum
ante Christi aduentũ/putãt nomẽ tetragrãmaton. IHVH. at post Christi aduẽtũ/et posteaq̃ dñs re-
gnauit:putant pentagrãmaton IHSVH. sumpta media q̃ mediatoris est littera. qđ et credũt ifinuaſ
se magni dei preconẽ Paulũ/cũ inquit. et dedit illi nomẽ quod est super oẽ nomen. C Quinto versu.
vbi legim⁹ adorate scabellũ pedũ eius qm̃ sanctũ est:Hieronymus ex hebræo habet/adorate scabel
lum pedũ eius/quia sanctus est. vbi sanctus etsi explicet id quod signabat scabellũ pedũ diuinitatis:
cũ eo tamẽ discrepat in genere. et cõsimiliter in greco legiť προσκυνειτε τω υποποδιω των
ποδων αυτου οτι αγιος εστι adorate scabellũ pedũ eius qm̃ sanctus est. est eni hypopodi-
on neutrum/et agios masculinum. quare aut mysterium intelligitur q̃ hic nomine scabelli Christus
secundum humanitatem signatur/qui et secundum eam sanctus est. et in qua/ipsa quasi diuinitatis
ifinitas requieuit in his ifimis/veluti deitatis pedes. sed in deo infimitas cũ sũmitate coicidit/et diui

nitatis plenitudine. Nam & ipse dñs noster, hoc ipsum detegẽte Paulo) est in quo inhabitat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter. quis igitur dubitat sanctũ illud corpus esse adorandũ? ipse enim est agnus imolatus: qui abstulit peccata mundi/sanctus dñi et hostia incõtaminata. & dignus est agnus qui occisus est/accipere virtutẽ & diuinitatẽ & sapientiã & fortitudinẽ & honorẽ & gloriã & benedictionẽ. & ad hoc forte significandũ sacramentũ/mutatũ est genus. adde q̃ substantiue/magis explicatiue tenetur. sic eni in Luca de eo secundũ humanitatem dicitur. scio te: qui sis sanctus dei. sed si contendis epithetum esse/& quod (si respicit scabellum) discrepare in genere. Si concedam: addã insuper prestare proprietatẽ sermonis imutare/q̃ sacramentũ obnubere/contegere/confundere. At si vlterius contendis: seruata sermonis proprietate epithetum ad deum referri. Nõ satis tunc apta videtur additio cause. nã celum etiã quod moribũdis oculis intuemur thronus & sedes dei dicitur. sed qua colligitur cõsequẽtia: adorate celũ dei thronũ/quia deus sãctus est? quipotius vetamur adorare. sed si celũ esset sanctus dñi/qui tantopere ab omnibus ꝓphetis est ꝓmissus: ꝓculdubio iuberemur ipsũ adorare. itaq; sacramẽti explicatius videtur: vt legatur sanctus q̃ sanctũ. sed de his hactenꝰ.

¶ Sexto versu. moises & aaron in sacerdotibꝰ eius. dices in quo similes fũt moises & aaron & samuel Christi dñi sacerdotibꝰ/multũ oĩno. nã Moisi & Aaron loquebatur dñs in colũna nubis ex septimo versu: apostolis autẽ primis suis sacerdotibus/loquebatur Christus dñs in tẽplo corporis. Moises & Aaron publicarũt primã legẽ vmbratilẽ & carnalẽ: apostoli sacerdotesq̃ Christi publicauerũt secũdam legẽ/exẽplarem & spiritualẽ. Moises & Aaron signa fecerunt ante populũ Israel in deserto: sacerdotes Christi id est apostoli in toto mundo. Moises & Aaron inuocabãt dñm & exaudiebat eos: apostoli inuocabãt saluatorẽ dñm & multo magis pro toto mundo exaudiebat eos. Samuel pro spiritu Helie in se duplicando inuocauit deũ & deprecatus est: apostoli autẽ abunde spiritũ sanctum acceperunt/& manuũ impositione alijs cõunicauerunt. & nichil in illis iueniri potuit: quin hi multo locupletius abundarent. ¶ Nono versu. vlciscẽs in oẽs adinuentiones eorum: ex hebræo vltor super cõmutationibus eorum. certum enim est q̃ ad aquas contradictionis Moises & Aaron increduli facti sunt: & a diuina iussione et voluntate commutati & transgressi. qua de causa deus vltus est hanc alienationem & transgressionem eorum: & non intrauerunt in terram promissionis. verũ vt legimus aliũ sensũ contendere videtur. sed tunc legendũ potius exercitationes q̃ inuentiones. nam ea in quibus exercebãt populũ: nõ erant inuenta eorũ sed diuina instituta. & sic etiam græce legit ετι παρτα τα επιτηδευματα αυτωρ in omnia exercitia/siue in omnes exercitationes eorum. quo designatur deum protinus vlcisci eos: si qui diuinas ordinationes in quibus exercebant populum/ transgrederentur.

¶ Psalmus in cõfessione. LXXXVIIII.

1 Iubilate deo oĩs terra: seruite dño in lętitia.
2 Introite in cõspectu eiꝰ: in exultatione.
3 Scitote quoniã dñs ipse est deus: ipse fęcit nos & non ipsi nos.
4 Populus eius & oues pascue eius introite portas eius/ in confessione atria eius: in hymnis cõfitemini illi.
5 Laudate nomen eius qñ suauis dñs in ęternũ misericordia eius: & vsq; i generationem et generationem vęritas eius.

¶ Psalmus in cõfessione. LXXXVIIII.

Iubilate dño oĩs terra: seruite dño in lętitia.
Intrate in conspectu eiꝰ in exultatione/scitote q̃ dñs ipse est deus: ipse fęcit nos & nõ ipsi nos.
Nos autem populus eiꝰ & oues pascue eius/intrate portas eius in confessione: atria eius in hymnis confessionum.
Laudate nomẽ eiꝰ quoniam suauis est dominus in ęternum misericordia eius: & vsq; in sęculum sęculi vęritas eius.

¶ Psalmus in cõfessione. C.

Iubilate dño oĩs terra: seruite dño in lętitia.
Ingredimini coram eo: in laude.
Scitote quoniam dominus ipse est deus/ipse fęcit nos: et ipsius sumus.
Populus eiꝰ: & grex pascue eius.
Ingredimini portas eiꝰ i gratiarum actione: atria eius in laude.
Confitęmini ei bñdicite noi eiꝰ qa bonꝰ dñs/i sęmpiternũ misericordia eiꝰ: & vsq; ad generationẽ & generationem fides eius.

GALL. ROM. HEB.

TITVLVS. Psalmus pro cõfessione/id est gratiarũ actione/diuina laude & beneficiorũ suorum agnitione. Psalmus de Christo dño. Propheta in spiritu loquitur/& vocat vniuersos terre incolas ad dei beneficia agnoscẽda.

EXPOSITIO CONTINVA. Iubilate dño oĩs terra: seruite dño i letitia. supra virtũ captũ laudes effũdite redẽptori deo oẽs habitatores terre: & ei q̃ nos i suũ obsequiũ mercat⁹ est/hilarẽ/pr̃optũ alacrẽq; et spontaneũ exhibete cultũ. 1 Introite in cõspectu eius: in exultatione. representamini conspectui eius: in spirituali gaudio et metis alacritate. 2 Scitote q̃m dñs ipe est deus: ipse fecit nos et nõ ipsi nos. hoc agnoscite q̃m is qui vos mercatus est in suos seruos/ipse est conditor et creator vester: ipse est opifex noster/et nos ipsius creatura sumus et opus. 3 Populus eius et oues pascue eius introite portas ei⁹ in cõfessione/atria eius i hymnis: confitemini illi. ipse dñs et rex vester est et vos plebs eius/ipse pastor vester est/et vos grex celestis alimonie eius/suscipite cũ gratiarũ actione catechẽses agnitionis eius/suscipite cũ diuinis laudibus mysteria et sacramẽta eius: recolite beneficia eius. 4 Laudate nomẽ eius quoniã suauis est dñs/in eternũ misericordia eius: et vsq; in generationẽ et generationẽ veritas eius. instate laudibus nois eius/q̃m dulcis/benign⁹ et pius qui nos redemit/misericordie eius nullus est terminus: et a successione in successionẽ fides/veritatisq; lex eius.

ADVERTE Tertio versu. vbi legimus/et non ipsi nos: nos recti casus est. sic enĩ grece και ουχ ημεις id est et non nos. et qui adiecit ipsi: hoc fecisse videtur vt per appositionẽ intelligatur nos esse recti casus. verum Hieronymus ex hebræo/eius loco habet: et ipsius sumus. et est aptior sensus. quis enĩ arbitratur se fecisse/aut creasse? Et tametsi patres nostri nos seminẽt aut generẽt: nõ tamẽ faciũt aut creant. et verius adhuc seminãt q̃ generãt. sed ille qui formã dat: maxime gignit ac generat. qd enĩ aliud generatio etiã apud philosophos: q̃ ipsius forme introductio? sic enĩ Moses etiã id deo tribuit. deũ inquit qui te genuit dereliquisti: et oblitus es dñi creatoris tui. Sed et cũ aliquãdo alias ab hebræo patrie lingue satis perito de psalmis nõnulla percõctarer: hũc locũ michi reprehẽdit tanq̃ inscitia interptis (quisquis is fuerit) viciatũ. vt in quo nulla abdicationis particula/negatio nulla ponatur. et eũ sensũ quẽ postmodũ ex fido interpte et optime de litteris sacris merito sacerrimo Hieronymo didici: adduxit. quare si versus restituatur sue origini conformior: minus poterunt nobis insultare iudæi/aut nos falsitatis et iscitie arguere. ¶ Vltimo versu. solent aliqui legere vsq; i generatione et generationẽ veritas eius: sed rectius vt eodẽ casu legatur vsq; in generationẽ et generationem. id enim: sermonis ratio/ac proprietas efflagitat.

¶ Ps ipsi Dauid. C.

1 Misericordiã & iudicium cantabo tibi domine/psallã et intelligam in via immaculata: quando venies ad me.

2 Perambulabam i innocentia cordis mei: in medio domus mee.

3 Nõ ꝓponẽbã ãte oculos meos rem iniustã: facientes ꝓuaricationes odiui.

4 Non adhęsit michi cor prauum: dęclinantẽ a me malignum nõ cognoscębam.

5 Dętrahentẽ secręto ꝓximo suo: hunc ꝓsequębar. Superbo oculo & insatiabili corde: cũ hoc nõ edę-

¶ Ps ipsi Dauid. C.

Misericordiã & iudiciũ cantabo tibi domine/psallam et intelligã in via immaculata: quãdo venies ad me.

Perambulabam in innocentia cordis mei: in medio domus mee.

Nõ ꝓponębã ãte oculos meos rẽ malã/faciẽtes ꝓuaricationes odiui: et nõ adhęsit michi cor prauũ. Dęclinantes a me malignos non agnoscębã: detrahẽtem aduersus proximum suũ occulte hunc persequębar. Superbo oculo & insatiabili corde: cum hoc simul

¶ Psalmus Dauid. CI.

Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine/psallam & ęruditar in via perfecta: quando venies ad me.

Ambulabo in simplicitate cordis mei: in medio domus mee.

Non ponam coram oculis meis verbum belial: facientem dęclinationes odiui/nec adhęsit michi. Cor prauũ recedet a me/malum nesciam: loquentem in abscondito cõtra proximum suum hũc interficiam. Superbum oculis & altũ corde: cum hoc esse non

GALL.	ROM.	HEB.
bam.	non edębam.	potero.
7 O culi mei ad fidęles terre vt ſedeāt męcū: ambulans in via imaculata hic michi miniſtrabat.	O culi mei ſuꝑ fidęles terre vt ſedeāt hi męcū: ambulans in via imaculata hic michi miniſtrabat.	O culi mei ad fidęles terre vt habitent męcū: ambulans in via ſimpliciter hic miniſtrabit michi.
8 N on habitabit ī medio domus mee qui facit ſuperbiam: qui loquit̄ iniqua non direxit in cōſpectu oculorum meorum.	N on habitabit in medio domus mee qui facit ſuperbiā: qui loquitur iniqua non direxit in cōſpectu oculorum meorum.	N on habitabit in medio domꝰ mee faciens dolū: loquens mendacium nō placębit in cōſpectu oculorum meorum.
9 I n matutino interficiębā omnes peccatores terre: vt diſperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.	I n matutinis interficię-bam oēs peccatores terre: vt diſperdam de ciuitate domini omnes qui operantur iniquitatem.	M ane perdā omnes impios terre: vt interficiā de ciuitate dñi vniuerſos q̄ operantur iniquitatem.

TITVLVS. Pſalmus Dauid. Pſalmus laus Chriſti dñi ad patrē. Propheta ī ſpiritu eū iducit pſallētē.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Miſericordiā & iudiciū cātabo tibi dñe: pſallā & itelligā i via imaculata quādo venies ad me. miſerationē tuā & iuſtitie tue equitatē in laude tua depromā pater imēſe: laudabo te/meditabor et exercebor in lege tua incontaminata & pfecta O pater/qñ tu docebis me
2 & mādabis illā reſerare. Perambulabā in innocētia cordis mei: in medio domꝰ mee. cōuerſatus ſum
3 in ſimplicitate animi/in puritate mētis mee: in medio terre iudææ. N ō ꝓponebā ante oculos meos rem iniuſtā: facientes p̄uaricationes odiui. nichil funeſtum/ nichil quod maligni principiſq; tenebra-
4 rum ſit/ac iniuſtū in mente volui: ſcribas autē & phariſeos legis tue tranſgreſſores odio habui. N ō adheſit michi cor prauū: declinantē a me malignū nō cognoſcebā. homo ſcelerati animi non copu-
5 latus eſt michi: viri maligni a ſemita mea declinātis notitiā nolui. D etrahentē ſecreto ꝓximo ſuo: hunc pſequebar. virū clam oblocutorē cōtra fratrē & notū ſuū: ego increpaui et in eū inuectus ſum.
6 S uperbo oculo & inſatiabili corde: cū hoc nō edebā. cū viris elati animi & iexplebilis cōcupiſcētie:
7 menſā/participationē et vna cōuictū denegabā/āte eos diuine alimonie doctrinā nō ſeminabā. O culi mei ad fideles terre vt ſedeāt mecū: ambulās in via imaculata hic michi miniſtrabat. affectus animi mei & prouidētia ad fideliter mandata dei ſuſcipiētes in terra/vt mecū participes ſint in regno patris mei: obſeruans in ſimplicitate & puritate mentis legē dei ille michi famulabat̄ & obſequium
8 preſtabat. N on habitabit in medio domus mee qui facit ſuperbiā: qui loquitur iniqua/non direxit ī cōſpectu oculorū meorū. nō reſidebit in regno meo ſuperbus: doloſus/maliloquus & mendax nichil
9 digne egit vnde placęre poſſit ante conſpectū meū. I n matutino interficiebā oēs peccatores terre: vt diſperderē de ciuitate dñi oēs operantes iniquitatē. in aduētu meo exterminaui oēs impios orbis: vt extirparem de regno dei vniuerſos qui mandata dei preuaricantur aut contemnunt.

ADVERTE Primo verſu. intelligā in via imaculata: ex hebræo erudiar in via perfecta. id intellige de lege euāgelica/qua pater erudiuit filiū. dñs eni in lege dñi meditatꝰ & exercitatus eſt die ac nocte. ſed & tūc a patre erudit̄: quādo pater in eo manēs mādat illa eloqui & manifeſta facere. & hoc eſt forte quod ſubiungit̄ ſi ſine interrogatione legit̄: quādo venies ad me. vt ſit ſenſus/intelligā/erudiar/docebor a te in lege pfecta: quādo venies ad me/quādo mandabis & precipies me illa loqui & manifeſtare. ego (inquit dñs) a meipſo facio michil: ſed ſicut docuit me pater hec loquor. & lex Moiſi perfecta non eſt: ſed typus & rudis quedā delineatio perfectę. Sunt qui hāc particulā quādo venies ad me cū interrogatione intelligūt: vt potꝰ ſit ſenſus/quādo aderis/quādo auxiliaberis michi/ & non tā ſibi q̄ nobis Chriſtus dñs aut pſallit aut orat. nunq̄ eni illi aberat pater: niſi quadā myſtica preſenti abſentia. qui miſit me inquit mecū eſt: & non relinquit me ſolū. Secundo/tertio quarto & ſequētibus verſibus ad finē vſq; pſalmi: que interpretes per p̄teritū iperfectū nobis expoſuerūt/ Hieronymus per futurū oīa expreſſit. & ſi nō per futurū exprimere voluerūt vt octauū verſū: per preteritum perfectū forte id rectius feciſſe viderent̄. vt & in tertio verſu cū interpretati ſunt faciētes preuaricationes odiui. Quarto verſu. nō adheſit michi: Hieronymus ex hebræo iunxit ſuperiori participule/& quod ſubiungitur cor prauū ſequēti. quare ſi concinnandus eſt verſus ad hebraice veritatis

tralationē: legendus est.nec adheserunt michi/cor prauū declinabat a me/malignū non cognoscebam. ¶ Vltimo versu.in matutino interficiebā oēs peccatores terre.ex hebræo/mane perdā oēs impios terre.vt legim⁹/primo aduentui applicari potest.nā in primitiua ecclesia vniuersa ferme exterminata est idololatria/& per baptismū oēs peccato mortui:vt resurgerent iustificati in ciuitate dñi/monte sion & tabernaculo dei cum hoibus. Verū vt sacer Hieronymus traduxit:de secundo aduentu recte intelligi potest.cum in ipsis exordijs ipsoq; futuri seculi diluculo dicturus est peccatoribus & impijs:discedite a me maledicti in ignē eternū/qui paratus est diabolo & angelis eius.ergo i vtroq; aduentu delentur peccatores:sed in primo per correptionē & iustificationis viuificationem/in secūdo vero per secundam mortem/& eternam condēnationem.

¶Oratio pauperis cum anxiatus fuerit/& coram domio effuderit precem suam. CI.

1 Omine exaudi orationē meam : et clamor me⁹ ad te veniat.

2 Non auertas faciem tuā a me:in quacunq; die tribulor inclina ad me aurē tuam.

3 In quacunq; die inuocauero te: velociter exaudi me.

4 Quia defecerunt sicut fumus dies mei:et ossa mea sicut cremiū aruerunt.

5 Percussus sum vt fœnū et aruit cor meū:quia oblitus sum comedere panē meum.

6 A voce gemit⁹ mei:adhesit os meū carni mee.

7 Similis fact⁹ sū pelicano solitudinis:factus sū sicut nycticorax in domicilio.

8 Vigilaui:et fact⁹ sū sicut passer solitarius in tecto.

9 Tota die exprobrabant michi inimici mei:et qui laudabant me aduersum me iurabant.

¶Oratio pauperis cum anxius fuerit/et corā domino effuderit precem suam. CI.

Omie exaudi orationē meam:et clamor me⁹ ad te perueniat.

Ne auertas faciem tuam a me/in quacunq; die tribulor inclina ad me aurē tuam:in quacūq; die inuocauero te velociter exaudi me.

Quia defecerūt sicut fumus dies mei:et ossa mea sicut ī frixorio cōfrixa sūt

Percussus sū sicut fœnū et aruit cor meū quia oblitus sum manducare panem meum:a voce gemitus mei adheserunt ossa mea carni mee.

Similis fact⁹ sū pelicano ī solitudine/fact⁹ sū sicut nycticorax in domicilio: vigilaui et factus sū sicut passer vnicus in edificio.

Tota die exprobrabant michi inimici mei: et qui me laudabant aduersum me iurabant.

¶Oratio pauperis cum anxius fuerit/et corā domino fuderit ęloquiū suum. CII.

Omie exaudi orationē meam:etclamor meus ad te veniat.

Non abscondas faciē tuam a me:in die tribulationis mee īclina ad me aurem tuam.

In quacūq; die inuocauero te:velociter exaudi me

Qm̄ cōsūpti sūt sicut fum⁹ dies mei: et ossa mea q̄si frixa contabuerunt.

Percussū est q̄si fœnū et arefactū est cor meū:qa oblitus sū comedere panem meum.

Avoce gemit⁹ mei:adhesit os meū carni mee.

Assimilatus sum pelicano deserti:factus sū quasi bubo solitudinum.

Vigilaui:et fui sicut auis solitaria super tectū.

Tota die exprobrabant michi inimici mei:exultātes per me iurabant.

10 Quia cinerem tanq̃ panẽ mãducabã: et poculũ meũ cũ fletu miſcębam.
11 A facie ire indignationis tue: quia ęleuans allisisti me.
12 Dies mei ſicut vmbra dęclinauęrunt: & ego ſicut fœnum arui.
13 Tu autẽ domine in ęternum ꝑmanes: & memoriale tuum i generationẽ & generationem.
14 Tu exurgẽs miſeręberis ſion/qa tẽpus miſerendi eius: quia venit tempus.
15 Quoniã placuęrunt ſeruis tuis lapides eiꝰ: & terre eius miſerębuntur.
16 Et timębunt gentes nomẽ domini: & omnes ręges terre gloriam tuam.
17 Quia ędificabit dñs ſion: & vidębit in gl'ia ſua.
18 Reſpexit in orationẽ humiliũ: & non ſpręuit precem eorum.
19 Scribanť hec i generatione altera: & ppl's q creabitur laudabit dominum.
20 Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: deminꝰ de cælo in terrã aſpexit.
21 Vt audiret gemitum cõpeditorum: vt ſolueret filios interemptorum.
22 Vt annunciẽt in ſion nomen domini: & laudem eius in hieruſalem.
23 In conueniẽdo populos in vnum: & ręges vt ſeruiant domino.

Quia cinerẽ ſicut panem mãducabã: et potũ meũ cum flętu temperabam.
A facie ire indignationis tue: qa ęleuãs ęliſiſti me.
Dies mei ſicut vmbra dęclinauęrũt: et ego ſicut fœnum arui.
Tu autẽ domine in ęternum ꝑmanes: & memoriale tuũ in ſęculũ ſęculi.
Tu exurgens miſeręberis ſion: quia venit tempꝰ miſerendi eius.
Quia bñplacitũ habuęrunt ſerui tui lapides eiꝰ: & terre eius miſerębunť.
Et timębunt gentes nomen tuum dñe: & omnes ręges terre gloriã tuam.
Qm̃ ędificauit dñs ſion: & vidębiť i maieſtate ſua
Et reſpexit in orationes pauperum: & nõ ſpręuit preces eorum.
Scribãť hec i generatione altera: & ppl's q creabitur laudabit dominum.
Qm̃ proſpexit de excelſo ſãcto ſuo: dñs de cælo in terram proſpexit.
Vt audiret gemitum vinculatorum: & ſoluat filios interemptorum.
Vt annunciẽť in ſion nomen domini: & laus eius in hieruſalem.
In conueniẽdo populos in vnum: & regna vt ſeruiant domino.

Quia cinerẽ ſicut panẽ cõmędi: & potũ meũ cum flętu miſcui.
A facie indignationis & ire tue: quia ęleuaſti me et alliſiſti me.
Dies mei q̃ſi vmbra inclinati ſunt: & ego quaſi fœnum arui.
Tu autẽ dñe i ęternũ ꝑmanes: memorabile tuũ in gñatione & gñatione.
Tu ſuſcitãs miſeręberis ſion quia tẽpus eſt vt miſerearis eius: qm̃ venit tẽpus/qm̃ venit pactũ.
Qm̃ placitos fęcęrũt ſerui tui lapides eiꝰ: & pulꝛuerem eius miſerabilem.
Et timębunt gentes nomen domini: & vniuerſi reges terre gloriam tuã.
Quia ędificauit dñs ſion: apparuit in gl'ia ſua.
Reſpexit ad orationem vacui: & nõ dęſpexit orationem eorum.
Scribanť hec i generatione nouiſſima: et ppl's qui creabitur laudabit dñm.
Qm̃ ꝑſpexit de excelſo ſãctuario ſuo: dñs de cælo terrã cõtemplatus eſt.
Vt audiret gemitũ vinctí: vt ſolueret filios mortis.
Vt narretur i ſion nomẽ domini: et laudatio eius in hieruſalem.
Cum congregati fuerint populi ſimul: et regna vt ſeruiant domino.

GALL.	ROM.	HEB.
24 Respõdit ei in via virtutis sue: paucitatẽ dierum meorum nuncia michi.	Respondit ei in via virtutis sue/paucitatem dierũ meorũ enuncia michi/&	Afflixit i via fortitudinẽ meam: abbreuiauit dies meos.
25 Ne reuoces me i dimidio dierũ meorũ: i gñationẽ et generationẽ anni tui.	ne reuoces me i dimidio dierum meorum: in sęculum sęculi anni tui.	Dicã deꝰ meꝰ ne rapias me i medio dieꝝ meoꝝ: i gñatiõe gñationũ ãni tui
26 Initio tu dñe terram fundasti: et opera manuum tuarum sunt cæli.	Initio terram tu fundasti domine: et opera manuũ tuarum sunt cæli.	A principio terram fundasti: et opꝰ manuũ tuarum sunt cæli.
27 Ipsi peribũt tu autẽ permanes: et omnes sicut vestimentũ veterascẽt.	Ipsi peribũt tu autẽ permanes/et omnia sicut vestimentum veterascent: et	Ipsi peribũt tu autẽ stabis/et omnes quasi vestimentum atterentur: quasi pallium mutabis illos
28 Et sicut opertoriũ mutabis eos et mutabũtur: tu autẽ idẽ ipse es et anni tui non dęficient.	sicut opertoriũ mutabis ea et mutabuntur. Tu autem idem ipse es: et anni tui non dęficient.	et mutabuntur. Tu autem ipse es: et anni tui non dęficient.
29 Filij seruorum tuorũ habitabunt: et sęmen eorũ in sęculum dirigętur.	Filij seruorũ tuorũ habitabunt: et sęmen eorum in sęculũ sęculi dirigętur.	Filij seruorũ tuorũ habitabũt: et sęmen eorũ ante faciẽ tuã perseuęrabit.

TITVLVS. Oratio pauperis cũ anxius fuerit/& in conspectu dñi fuderit eloquiũ suũ. Psalmus: deprecatio ecclesie id est populi fidelis infideliũ calamitate pressũ ad Christum dñm. ꝓpheta in spiritu populum fidelem orantem inducit.

EXPOSITIO CONTINVA. Dñe exaudi orationẽ meã: & clamor meus ad te veniat. fili dei/verbum patris eterni admitte precẽ meã: & vociferatio cordis mei ante te introeat. Non auertas faciẽ tuã a me: in q̃cũq; die tribulor iclina ad me aurẽ tuã. fili dei ne substrahas gratiã & fauorẽ tuũ a me: ĩ quocũq; tp̃e tribulationis mee extende sup me ꝓpiciationẽ tuã. In quacũq; die inuocauero te: velociter exaudi me. redẽptor benignissime quocũq; tẽpore iploraueró auxilium misericordie tue: ne differas in longũ precẽ meã suscipere. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerũt. fili dei ne differas in longũ me audire/quia euanuerunt sine vsu instar fumi tempora mea: & quicquid in me solidũ & firmũ/veluti res quepiã cõcremata/vstulatũ est & exliccatũ. Percussus sum vt fœnũ & aruit cor meũ: quia oblitus sũ comedere panẽ meũ. afflauit me pcussio tua vt vredo herbã cãporũ: cõtabuit aia mea/quia nõ fuit qui ꝓpinaret doctrine tue & spiritualis alimonie cibum. A voce gemitꝰ mei: adhesit os meũ carni mee. a multitudine luctꝰ mei: ossa mea & cutis simul adheserũt. Similis factꝰ sũ pelicano solitudinis: factus sũ sicut nycticorax in domicilio. assimilatꝰ sũ vlule deserti: assimilatꝰ sũ noctue in ruinis atq; macenis edifictorũ. Vigilaui: & factus sũ sicut passer solitarius in tecto. insõnes noctes egi: & assimilatus sũ passeri absq; compare culmũ domorũ insidenti. Tota die exprobrabãt michi inimici mei: & qui laudabãt me aduersũ me iurabãt. absq; intermissione conuicijs lacessebãt me infideles aduersarij mei: & qui videbantur me probare/aduersũ me cõspirabant. Quia cinerẽ tanq̃ panẽ mãducabã: & potũ meũ cũ fletu miscebam. lacessebãt/& aduersũ me conspirabant/quia pro doctrina tua cinere me pascebãt: et pro potu lachrimis potabant. A facie ire indignationis tue: quia eleuans allisisti me. fili dei cinis michi cibus & lachrime mee potus a presenti plaga furoris & succensionis tue: quia tu qui me ab exordio nascentis ecclesie eleuasti/multiplicasti/auxisti/nunc depressisti/minuisti/contriuisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerunt: & ego sicut fœnũ arui. tẽpora pfectionis mee vt vestigia vmbre defluxerũt: & ego in filitudinẽ fœni agri cito defeci/& a prisca illa charitate & deuotione siccatus sũ. Tu autẽ dñe in eternũ pmanes: & memoriale tuũ i generationẽ & generationẽ. at vero tu dñator eterne i sẽpiternũ pseuęras: & memoria tua per oẽs generationes. Tu exurgẽs misereberis sion/quia tẽpus miserendi eius: qa venit tẽpus. O fili dei vnicũ cõfugiũ nostrũ/tu excitatus misereberis/venia gratiaq; tua dignaberis cœtũ sanctorũ tuorũ/quia adest hora vt miserearis eius: qa aduenit hora. Quã placuerũt seruis tuis lapides eiꝰ: & terre eiꝰ miserebunt. venit tẽpꝰ vt miserearis sion qm̃ sancti quos suscitasti/acceptabiles fecerunt populos

qui inſerãtur in edificio ſion:& terrã & puluerẽ ſion miſeratione digna efficient/ vt adaptẽtur edifi-
16 ficio ſanctorũ tuorũ. Et timebũt gentes nomẽ tuũ dñe:& oẽs reges terre glorią tuam. audito no-
mine tuo nationes reuerebuntur te fili dei dñator eterne:& oẽs dñatores orbis maieſtatẽ tuam;
17 Quia edificabit dñs ſion:& videbitur in gloria ſua.reuerebũtur nomẽ filij dei/quia Chriſtus dñs
18 reſtaurabit eccleſiã ſuam:& apparebit in decore ſuo/in honorificẽtia priſtina. Reſpexit in oratio-
nem humilũ:& nõ ſpreuit precem eorũ.Chriſtus dñs oculos admouit precib⁹ afflictorũ & humi-
19 liatorũ:& nõ eſt aſpernatus deprecationẽ eorũ.Scribantur hec in generatione altera:& populus
qui creabit laudabit dñm.exaretur hec & memorẽtur in generatioe poſt hanc calamitatẽ futura;
& qui in futurũ in meliorẽ vitam reformabũtur collaudabunt Chriſtũ/regẽ eternũ & dñatorẽ no-
20 ſtrum.Quia ꝓſpexit de excelſo ſancto ſuo:dñs de celo in terrã aſpexit. collaudabũt Chriſtũ do-
minũ/quia ipſe de dextera patris/de ſublimi glorie ſue ſede oculis miſerationis ſue ſup nos aſpe-
21 xit:rex noſter & dñator noſter de ſublimi ſolio ſuo reſpexit habitatores terre. Vt audiret gemit⁹
cõpeditorũ:vt ſolueret filios interẽptorũ.dñs habitatores terre aſpexit/vt attenderet ad eiulatus
22 vinctorũ:vt eripet liberos eorũ qui in aduerſa calamitate cõtriti defecerũt. Vt annũciẽt in ſion no
mẽ dñi:& laudẽ eius in hieruſalẽ.id operat⁹ eſt Chriſtus dñs vt euãgelizeẽ nomẽ ei⁹ in eccleſia gẽ
23 tiũ:& laudatio eius in gẽte hebræoꝝ. In cõueniendo populos in vnum:& reges vt ſeruiant dño.
vt populi gentiũ & hebreorũ in vnũ gregem & ouile vnũ cõueniant : & dñatores terre cõſpirẽt in
24 vnũ vt famulẽt Chriſto dño regi noſtro. Reſpõdit ei in via virtutis ſue:paucitatẽ dierũ meoꝝ nũ-
25 cia michi. Ne reuoces me in dimidio dierũ meorũ:in generatione & generationẽ anni tui. mater
ſion allocuta eſt dñm in tẽpore cõfortationis ſue:dñe oſtẽde michi breues eſſe dies afflictiõis mee.
& ne finias/ne exterminies me in medio hoc tẽpore inter primũ feruẽtis cult⁹ tui tẽpus & nouiſſi-
26 mũ : nã in ſeculũ ſeculi duratio tua. Initio tu dñe terrã fundaſti:& opera manuũ tuarũ ſunt celi.in
27 principio tu fili dei orbẽ terre creaſti: & opificia omnipotentis potẽtie tue ſunt celeſtes globi. Ipſi
peribũt tu autẽ permanes:& oẽs ſicut veſtimentũ veteraſcẽt. celi mutabunt & trãſibunt/tu autem
28 perſtabis:& vniuerſi celorũ globi veluti amict⁹ in tẽpore cõſeneſcẽt. Et ſicut opertoriũ mutabis
eos & mutabunt:tu autẽ idẽ ipſe es & anni tui nõ deficiẽt.tu fili dei celos mutabis vt mutari ſo-
let indumentũ & mutabunt:at vero tuipſe ſemp imutabilis es/& annorũ tuorũ eternitas & dura-
29 tio nequaq̃ deficiẽs. Filij ſeruorũ tuorum habitabũt:& ſemen eorũ in ſeculum dirigetur. inſtructi
a ſanctis tuis terrã viuentiũ hereditabũt:& ꝓles eorũ vſq; in ſempiternũ in cultu tuo ꝓſeuerabit.

ADVERTE.hunc pſalmũ nõ ab re de filio dei interpretatũ intelligas. nã & paul⁹ capite primo
epiſtole ſue ad hebræos:26 ſextũ verſum & obiter duos ſubſequẽtes adducit ad filium dei dirigi.
¶ Sexto verſu.adheſit os meũ carni mee:os ꝓ oſſe hic itellige nõ ꝓ ore/& ex tralatiõe romana/
& quia in greco habeẽ το οστουν ꝓ oſſe / & quod ad oris ſignificationẽ minime anceps vocabu
lũ eſt.¶ Septimo verſu.ſimilis fact⁹ ſum pelicano.que auis ſit pelicanus quẽ & πελεκαν greci
quinta apud eos & tertia apud nos inflexiõe appellãt:ſunt qui de ea aue varia fabulanẽ/cõfodere
ſibi pectus & ſanguine ſuo,ꝓprios viuificare pullos.ſi egrũ reſpiciat/nõ moriturũ.ſin minus/mori-
turũ.ſed certa deliderãẽ hiſtoria.verũ que hic noſanda eſt/in hebræo vocat̃ QVAATH.& q̃cũq;
ſit:imũda eſt/in deſertis & ſolitudinib⁹ habitãs.in leuitico onocrotalus interꝑtata eſt.vbi dicitur.
hec que de auib⁹ comedere nõ debetis.& ſubiũgit ibim & cygnũ & onocrotalũ.Sed onocrotal⁹/
holoris ſimilitudinẽ habet.nec diſtare putareẽ omnino:niſi faucib⁹ ipſis meſſet alterius vteri ge-
nus.huc oia iexplebile aial cõgerit.mira vt ſit capacitas.mox pfecta rapina ſenſim ide in os red-
dita/inferã in aluũ ruminãtis modo defert.hoc de onocrotalo ex hiſtoria.¶ Ceterũ ariſtoteles noie
pelicani intelligit quoddã gen⁹ auiũ pelago/amnib⁹ lacubuſq; & fluminib⁹ victũ queritantiũ/ de
quib⁹ in quodã loco hiſtorie aialiũ hũc in modũ ſcribit οιδε πελεκαες οι εν τοις ποτα-
μοις γιγομενοι καταπινουσι τας μεγαλας κογχας και λειας οταν δε την τω στο
μαχου κοιλιας το στεμφωσιν εξεμουσιν ινα χασκουσων τα κρεα εξαιρουντες εσ
θιωσι pelecanes autem qui fluuios accolunt maiuſculas conchas planaſq; glutiunt.quas vbi in
ingluuie/preuẽtriculoq; coxerint/euomunt:vt hiantibus ipſis carnes eximentes edant.¶ Quem lo-
cum fere interpretatur plinius paulo amplius adijciens. Platea inquit nomiatur aduolans ad eas
que ſe in mari mergunt:capita earum morſu corripiens donec capturam extorqueat.eadem cum
deuoratis ſe impleuit cõchis/calore ventris coctas euomit. atq; ita ex ijs eſculẽta legit/teſtas ex-
creans.& pelecanem vt videre licet platęam interpretatur:quam & ita volunt a latitudine dictã.
hec de pelecane dicta ſint. ¶ Et qđ in eodem ſexto verſu dicimus/& ſicut nycticorax in domici-
lio:Hieronymus ex hebræo vertit factus ſum quaſi bubo ſolitudinũ. putant nonnulli nycticora-
cem veſpertilionem eſſe/quam greci nycterida appellant:ſed alia volucris eſt . & Hieronymus in
fine epiſtole ad ſumniam & fretelam nycticoracem vult eſſe noctuam.nycticorax inquit noctuam

ſignificat. & ita circa litteram interpretati ſumus. & in domicilio: in ruinis. nam & hunc in modum in eadem epiſtola ex hebræo interpretatur Hieronym⁹. & que hic ponitur hebrei COVS appellant. & diffiniunt genus eſſe volucris vlulantis. & rabi Salomon eandem dicit eſſe cum pelicano. hac de cauſa circa expoſitionem littere pro pelicano poſui vlulā. & nichil in hoc verſu aliud velle videt ꝓpheta: q̄ cōparare illi⁹ calamitatis derelictos ſanctos/auib⁹ dānatis/& que ad lucem cōparere nō audēt/& que in ſolis deſertis habitātes ſuas querelas & vlulat⁹ miſerabiliter effundūt. ſed & in leuitico: interpres idē vocabulū vertit bubonē/vbi dicit. bubonē & mergulū: eas noians inter aues ꝓhibitas. ¶ Septimo verſu. ſicut paſſer ſolitari⁹ in tecto. gallia narbonēſis (& pleraq; alia forſan loca) vocalē auē habet magnitudine merule/quā vulgo paſſerē ſolitariū appellāt: a qua putāt nōnulli hāc cōparationē duci/q̄q̄ & merulā putēt eo dictā q⁹ ſoliuaga ſit auis. id enim merū qđ ſolitariū grāmatici ſignificare cōtēdūt/vnde auis nomē deductū volūt. At merula culmis domoꝝ nō inſidet: ne de merula id intelligaī dictū. Preterea hic ſolitari⁹ nō circūlocutiuū ſed adiectiuum eſt. nā & hic Hieronym⁹ ex hebræo habet: ſicut auis ſolitaria ſup tectū. quo cōparare videt: illius tēporis fideles aui deſtitute & nō habēti ſocietatis cōſolationē/in merore vigilāti ſi forte adiūgatur comes & ſolaciū afferēs. ¶ Quintodecimo verſu. et terre eius miſerebunt: Hieronym⁹ & puluerem eius miſerabilē. qđ forte recti⁹. nā miſereri dñi eſt/nō ſeruoꝝ. itaq; hoc deſignare videt verſus: ſeruos quos ꝓ ſua pietate/illa tēpeſtate ſuſcitabit de⁹/facturos in Chriſti deiq; fide ſolidos & acceptabiles deo/tanq̄ ſacros lapides ſancto edificio ſion inſerēdos. ſed & etiā facturos: plebeos/infimos & vltimos (qui in cōparatiōe ꝓfectorū & ſolidoꝝ: vt terra & puluis erūt) miſeratiōe diuina dignos. hec igit intelligētia verſus. qm̄ acceptabiles fecerūt ſerui tui lapides ſion: & terrā ei⁹ miſerabūdā. & quia timebūt gētes nomē tuū dñe: & oēs reges terre glorią tuā. venit tēpus vt miſereāris ſion. & qđ dicit placuerūt/fecerūt: certā dei & indubitabilē ꝓfinitionē mōſtrat. vt autē benepla citi diuini deſignaret expreſſio & noſtro more loquēdo/dicendū eſſet: quia placebūt/ſiue faciēt/ſaltē habito reſpectu ad tēpus in quo illud ꝓtulit ꝓpheta. ¶ Duodeuicesimo verſu. reſpexit i oratiōnē humiliū: vbi habem⁹ humiliū/Hieronym⁹ poſuit vacui. alij malūt excitati & minime in oratione dormitātis. quaſi tunc popul⁹ expergefaciēdus ſit & excitaturus mentē/& alacriter vigilāterq; oratur⁹: & ideo dñs nō aſpernabit eorū precē. ſic delbora excitat ſe cū dicit. Delbora ſurge ſurge & loquere canticū. vbi παραωτομ vocabulū ꝓſentis loci habet. & ſic ꝓfecto expgefacta & excitata mēte/deo orandū eſt. Sed quid inquis? ergo Hieronym⁹ perperā dixit/reſpexit ad orationē vacui? Nō dixerim. nā itellexiſſe arbitror: reſpexit de⁹ ad orationē vacui/id eſt nulla cura nullaue alia ſolicitudine q̄ orādi ipliciti. ſic enī accedere ad orationē debem⁹. & qui ſic orat: excitat⁹/mini meq; dormitās aut ad aliena poti⁹ (vt ſic dixerim) cogitās orat. & cū eo coincidit qđ alij meli⁹ eſſe cōtendūt. Verū ſi quis vult exaudiri: oñi alio vacu⁹ negocio/accedat ad orandū. ſic enī fiet: vt de⁹ precē ei⁹ reſpiciat & ex mēte nō alio inflexa profectā benign⁹ exaudiat. ¶ Viceſimoſecūdo verſu. vt annūciēt: recti⁹ annūcieī. nā ex hebręo narreī. & in tralatiōe romana annūcieī. & in greco τοῦ ἀπαγγεῖλαι. ¶ Viceſimotertio verſu. incōueniēdo populos in vnū: id grecorū cōſuetudine dictū eſt. ſed ſermo latin⁹ magis requirit: cū cōueniēt populi pariter. & Hieronym⁹ habet cū cōgregati fuerint populi ſimul. id enim vult ἐπὶτοαὐτο/qua dictiōe hic vtunt greci/in idē/ſimul/pariter. quā (vt alias quoq; dictū eſt) interdū in vnū/interdū in idipm vertūt. ¶ Viceſimoquarto verſu. reſpōdit ei in via virtutis ſue: Hieronym⁹ ex hebræo/afflixit in via fortitudinē meā. & aliā dat intelligentiā. valida enī fuit prima eccleſia: & valida erit vltima. verū prime ꝓcedēdo in mediam quaſi trāſeūtis viā feruor paulatim elāguit/& vt fœnū arefacta eſt deuotio. & illo medio tēpore in quo veriſimile eſt & nos adhuc eſſe: afflicta eſt eccleſia. & eā occuparūt inſidie draconū: que ſunt æreſes & puerſitates dogmatū. & inualuit maximus draco qui eſt prima beſtia in apocalypſi & cū ſuo perditionis capite machumetęa ſecta. ſed de⁹ miſerat⁹ ſuos/breuiauit dies ꝓ pernicie veneni: ne oēs interirēt. & beati qui nō intereūt in illa media tēpeſtate veneno draconū & beſtie fauciati. & orat ſpūs eccleſie: ne illa media tēpeſtate ipſa intereat & diripiaī. a cuius periculis lux vite Chriſtus dominus eam eripere dignetur: qui fuit/eſt & erit benedictus in ſecula amen. ¶ Viceſimoſeptimo verſu. ipſi peribunt tu autem permanes: mallem hic legi permanebis. tum authoritate veritatis hebraice: ex qua Hieronymus vertit/ipſi peribunt tu autem ſtabis. tum veneratiōe & amore deiloqui pauli: in cuius epiſtola ad hebræos ita legimus. ipſi peribunt tu autem permanebis. tū quia ſermo accōmodatior ratiōe precedētis & ſubſequentiū verborū: que oia futurū enūciant.

Paſſer

¶ Ipſi Dauid. CII.

1 BEnedic aīa mea do
mio et oia q̄ intra me

¶ Ipſi Dauid. CII.

BEnedic aīa mea do
minū: & oia interio

¶ Ps Dauid. CIII.

BEnedic aīa mea do
mino: & oia viſcera

sunt nomini sancto eius.
2 Benedic anima mea domino: & noli obliuiſci omnes retributiones eius.
3 Qui propiciat oibus iniquitatib9 tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.
4 Qui redimit de interitu vitam tuã:qui coronat te in mia & miserationibus
5 Qui replet in bonis desiderium tuum:renouabit vt aquile iuuentus tua.
6 Faciẽs misericordias dominus:& iudicium omnibus iniuriam patiẽtibus
7 Notas fecit vias suas moisi:filijs isrl volũtates suas
8 Miserator & misericors dominus: longanimis & multum misericors.
9 Non in perpetuum irascetur:neq; in eternũ cominabitur.
10 Non secũdum pctã nostra fecit nobis: neq; secũdum iniquitates nostras retribuit nobis.
11 Quoniam scdm altitudinem cli a terra: corroborauit misericordiã suam super timentes se.
12 Quãtũ distat ort9 ab occidente:lõge fecit a nobis iniquitates nostras.
13 Quomodo miserẽt pater filiorũ misert9 est dns timẽtibus se:qm ipse cognouit figmentũ nostrũ.
14 Recordat9 est qm puluis sum9/homo sicut fœnũ: dies eius tanq flos agri

mea nomen sanctũ eius.
Benedic anima mea dominum: & noli obliuiſci omnes retributiones ei9.
Qui ꝓpicius fit oñibus iniquitatibus tuis:qui sanat oẽs languores tuos.
Qui redẽmit de interitu vitam tuam:qui satiat in bonis dẽsiderium tuum.
Qui coronat te in miseratiõe & mia:renouabit sicut aquile iuuentus tua.
Faciẽs misericordias dominus: & iudicium omnibus iniuriã patiẽtibus.
Notas fecit vias suas moisi:filijs isrl volũtates suas
Misericors & miserator dominus:patiens & multum misericors.
Non in finem irascetur: neq; in eternum indignabitur.
Non secundum peccata nostra fecit nobis:neq; secundum iniquitates nostras retribuit nobis.
Quia secundum altitudinem cli a terra:cõfirmauit domin9 misericordiã suam super timẽtes eum.
Quãtum distat oriẽs ab occasu:elongauit a nobis iniquitates nostras.
Sicut miserẽtur pater filijs/ita misertus est dominus timentibus se: quia ipe scit figmentũ nostrũ.
Memento dñe ꝙ puluis sum9/homo sicut fœnum dies eius:et sicut flos agri

mea nomini sancto eius.
Benedic anima mea domio:& noli obliuiſci omnium retributionũ eius.
Qui ꝓpiciat cunctis iniquitatibus tuis:qui sanat omnes infirmitates tuas.
Qui redimit de corruptione vitã tuã:& coronat te mia & miserationibus
Qui replet bonis ornamentũ tuũ:innouabit sicut aquile iuuentus tua.
Faciẽs iustitias domin9: & iudicia cunctis qui calumnias sustinent.
Notas fecit vias suas moisi:filijs isrl cogitatões suas
Misericors & clemẽs dominus: patiens & multe miserationis.
Non in sempiternum iudicabit:neq; in eternum irascetur.
Non secundum peccata nostra fecit nobis:neq; secundum iniquitates nostras retribuit nobis.
Quãtum enim excelsius est celum terra:tãtum cõfirmata est misericordia eius super timentes eum.
Quãtũ lõge est oriẽs ab occidẽte: tantũ lõge fecit a nobis scelera nostra.
Sicut miserẽtur pater filiorum:misert9 est dominus timentibus se.
Ipse enim nouit plasmationẽ nostram: recordat9 est quia puluis sumus.
Hõ q̃si herba:dies ei9 si-

GALL.	ROM.	HEB.
sic efflorębit.	ita efflorębit.	cut flos agri sic efflorebit
15 Qm̃ spirit⁹ pertransibit in illo & non subsistet: & non cognoscet amplio⁹ locum suum.	Quia spirit⁹ pertransibit ab eo & non erit: & non cognoscet amplio⁹ locum suum.	Quia spirit⁹ pertransiet eum & non subsistet: & non cognoscet eum vltra locus eius.
16 Misericordia autem dñi ab ęterno & vsq; in ęternum: super timętes eum.	Misericordia autem dñi a sęculo est: & vsq; in sęculum sęculi sup timętes eū	Misericordia autem dñi ab ęterno & vsq; in ęternū sup timętes eū: & iustitia eius in filios filiorū.
17 Et iustitia illius in filios filiorum: ijs qui seruāt testamentum eius.	Et iustitia eius sup filios filiorū custodientibus testamētum eius: & memoria retinentibus mandata eius vt faciant ea.	Iis qui custodiunt pactū eius: & recordantur prę-ceptorum eius ad faciendа ea.
18 Et memores sunt mādatorū ipsius: ad faciēdū ea	Domin⁹ in cęlo parauit sędem suam: & regnum eius omnium dñabitur.	Dominus in cęlo stabiliuit thronū suū: & regnū illius omnium dñabitur.
19 Domin⁹ in cęlo parauit sędem suā: & regnū ipsi⁹ omnibus dominabitur.	Bñdicite dñm oēs angeli eius/potētes virtute qui facitis verbū ei⁹: ad audiēdam vocē sermonū eius.	Benedicite domio āgeli eius/fortes robore/faciētes verbū eius: obediētes voci sermonis eius.
20 Benedicite dño oēs angeli eius/potētes virtute faciētes verbū illius: ad audiendā vocē sermonū ei⁹	Benedicite dñm oēs virtutes eius: ministri ei⁹ qui facitis voluntatem eius.	Benedicite dño oēs exercitus eius: ministri ei⁹ qui facitis placitum illius.
21 Benedicite dño oēs virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatem eius.	Benedicite dñm oia opera eius: in omni loco dominationis eius benedic anima mea dominum.	Benedicite dño vniuersa opera eius: in omnib⁹ locis potestatis ei⁹ benedic anima mea domino.
22 Benedicite dño oīa opera eius: in omni loco dominationis eius benedic anima mea domino.		

TITVLVS Dauid. Psalm⁹ gratiaꝝ actio cū āte tū maxime facta a Christo dño nostra redęptiōe. Propheta in spū pſonā agit cuiuſq; diuinorū bñficiorū gratitudine & gratiarū actione flāmantis.

EXPOSITIO CONTINVA. Benedic anima mea dño: & oīa que intra me sunt nomini sancto eius. o spūs/o mens mea/o imago ad diuinā effigiem efformata gratias age dño possessori & creatori tuo: & oia precordia mea/cuncte aīe mee vires benedicite verbo eius sanctitate perfecto. Benedic aia mea dño: & noli obliuiſci oēs retributiones eius. o diuini vultus imago psalle/lauda gratias age deo dñatori tuo: & ne imemor & ingrata esto beneficiorū eius. Qui ꝓpiciatur oibus iniquitatibus tuis: qui sanat oēs infirmitates tuas. noli imemor & ingrata esse beneficiorū eius/qui remittit oīa peccata tua: & oibus ex peccato contractis lāguoribus medetur. Qui redimit de interitu vitam tuā: qui coronat te in misericordia & miserationib⁹. noli imemor & ingrata esse beneficiorū eius/qui non solū peccata tua dimittit/& sanat morbos tuos/sed & te suam imaginē ab eterno cruciatu gehēne eripit: & gloria donat sempiterna/nullo meritо tuo sed dono misericordie sue & miserationū suarū elargitione. Qui replet in bonis desideriū tuum: renouabitur vt aquile iuuētus tua. noli inquā imemor esse beneficiorū factoris tui/qui offensas tuas dimittit/qui egritudines tuas sanat/qui redimit te a morte gehēne/qui celesti regno te donat/qui solus bonis suis mētem tuā satiat: qui renouabit vt aquile iuuentā tuam/teq; in semp floridā imarcessibilēq; suscitabit vitā Faciens misericordias dñs: & iudiciū oibus iniuriā patiētibus. Notas fecit vias suas moisi: & filijs israel volūtates suas. nequaq̃ deꝰ obliuioni tātorū bonorū largitor/miserator dñs: & iustus iudex oibus ijs qui iniuste patiūtur. mīam suā & iudiciū suum manifestauit Moisi: populo israelitico legē suā & preceptiones suas. Miserator & misericors dñs: longanimis & multū misericors. cōpaties

9 & ꝓpicius dñs:ad irascendū & vlciscendū tardus/& plurimus ad ignoscēdum. Non in perpetuū
irascetur:neq; in eternū cōminabitur.nō infensus retinebit contra nos iram suam in sempiternū:
10 neq; in perpetuū succēsebit nobis. Non secundū peccata nostra fecit nobis:neq; scđm iniquitates
nostras retribuit nobis.nō reddidit nobis vices vt merebātur delicta nostra:neq; vt merite erant
11 transgressiones nostre mulctauit nos/supplicioq; affecit. Quoniā scđm altitudinē celi a terra:cor-
roborauit misericordiā suam super timētes se.quāto differt diuinū a mortali:tanto validiorē effe-
12 cit ꝓpiciationē suam/ijs qui charitate beneficiorū suorū inflāmati metuunt eum. Quātum distat
ortus ab occidēte:longe fecit a nobis iniquitates nostras.q̄ procul est oriēs ab occasu/vita a mor-
13 te/lux a tenebris:tā procul fecit a nobis trāsgressiones nostras. Quomodo miserē pater filiorū/
miserꝝ est dñs timētib⁹ se:qm̄ ipse cognouit figmentū nostrū.nō secus ac indulgēs pater parcere
solet & benignus ignoscere delictis liberorū suorū:ita dñs ignouit & ꝓpicius factus est seruis suis
14 metuētibus eum:quoniā ipsi cognita est fictio & plasmatura nostra. Recordatus est quoniā pul-
uis sumus/homo sicut fenū:dies eius tanq̄ flos agri sic efflorebit.in mentē reuocauit dñs/quoniā
nos factura sua/ex terra plasmati sumus/q⁹ homo in hoc mundo quasi fragilis herba/qꝝ temp⁹
15 vite eius & omnis gloria eius in modū floris agri continuo fugit/elabitur/emarcescit. Quoniā
spūs pertransibit in illo & nō subsistet:& nō cognoscet amplius locum suum. recordatus est dñs/
quia anima egredietur ab hoie/& q⁹ homo nō amplius in hoc mūdo subsistet:& nō considerabit
16 amplius loca/terras/honores & possessiōes suas. Misericordia autē domini ab eterno & vsq; in
eternū:super timētes eum.vita hec tēporalis breuissima est & cito trāsitura/sed misericordia dei
17 nostri nō defutura est in sempiternū:ijs qui in charitate metuūt eum. Et iustitia illius in filios filio
18 rum:ijs qui seruant testamentū eius. Et memores sunt mandatorū ipsius:ad faciendū ea.& iustifi-
catio dñi & equitatis retributio in longa gnatiōis serie: eoꝝ q custodiūt legē & p̄cepta eius.& qui
19 in memoriā reuocāt mādata ei⁹:vt adipleāt ea. Dns in celo parauit sedē suā/& regnū ipsius oīb⁹
dnabit̄.dns qui nobis miam suā facit & iustitiā in filios eorū qui custodiūt p̄ceptū ei⁹/& faciūt mā-
data eius/aptauit in celestib⁹ thronū suū in dextra patris sui:& iperiū suū excelsi⁹ cūctis/vniuersis
20 iperabit. Benedicite dño oēs āgeli ei⁹:potētes virtute/faciētes verbū illi⁹ ad audiēdā vocē sermonū
ei⁹. glorificate dñm & gras agite vniuersi spūs administratorij eius: iplētes iussionē ei⁹ vt obediat
21 mādato eterni verbi eius. Benedicite dño oēs virtutes ei⁹:ministri ei⁹ qui facitis volūtatē ei⁹.exalta-
te/magnificate & glorificate dominū qui solus est omni benedictiōe dign⁹/vniuersi celestes exer-
22 citus eius:qui ministratis ei/& nunq̄ trāsgredimini iussum & beneplacitū eius. Benedicite domi-
no oīa opera eius:in omni loco dominatiōis eius benedic aīa mea domino. glorificate dominū &
super oīa benedictū agnoscite vniuersa opificia eius:& in oibus quibus vniuersis dominat & pro-
uidet creaturis/o spiritus meus benedictione exalta deum conditorē & dominatorem tuum.

ADVERTE. Quinto versu.renouabit̄ vt aquile iuuētus tua.nulla inter huius aeris volucres acu- A
tius & perfecti⁹ aquila solē intuet̄:cui & datū est iuuentā renouare.nullum in hoc sensibili mūdo Q
aial/lympidius/absolutiusq; hoie deū agnoscit.cui & soli datū est/post exactā etatem resurgere/& V
in iuuentā perpetua imortalitate florentē reuiuiscere.Sed & aquila fertur:nō senio nō egritudine I
sed aduncitate rostri perire:quā attritu petræ corrigit/positaq; senecta iuuenescit.alioqui intantū L
superius accrescit rostrū:vt adūcitas aperiri nequeat/atq; ita cōficitur fame.mens etiā nostra nō A
senio nō morbo deperit si exerceat̄ ad Christū. alioqui fame celestis alimonie qua sola ipsa viuit/
interit in mortisq; supplicijs deputata suo fine caret eternisq; bonis spoliatur. vt oculꝰ quidā eter-
nus:cui in tenebris semp & assidue cōfoditur pupilla.ceterū aquile/ cū dracone insitum est natu-
rale odium:quippe qui & illi & pullis eius insidietur.& nobis quoq; nō minus cū dęmone:qui no-
bis nō desinit insidiari/& ab ipso ortu/primisq; cunabulis liberis nostris nostroq; generi. Verū ita
deceret christianos hoies liberos suos ꝓbare:vt haliaetū suos (sic eni vocant piscicolorū prędā-
tricem aquilā / quasi ἁλιευτικον ἀετον id est piscatoriā aquilā)& acutissime cernentē. illa eni
iplumes etiānum pullos suos percutiēs/subinde cogit aduersus intueri solis radios.& si cōniuen-
tem flentēq; aiaduertit:p̄cipitat e nido velut adulterinū & degenerē.illū vero cuius acies firma/cō
tra steterit:educat.ita liberos suos ad dei cognitionem dum tantilli sunt castigare deliberent:relu
ctantes autē & dei disciplinā ferre nō valentes/ ceu degeneres & adulterinos repellere.vt cū offi-
fragis:duris saltē attriti laboribus viuāt.illos eni quos haliaetus nobilis aquila e nido demittit:ac
cipit offifraga ignobilior quidē in aquilarū genere educādos.sic etenim diuina statuit ꝓuidētia.&
hec de aquila. ¶ Quinto versu.qui replet in bonis desiderio tuum: Hieronym⁹ ex hebræo/qui re
plet bonis ornamentū tuum.alijs placet esse dicendū:os tuum.& tunc intelligendū esset: qui re-
plet bonis/laudibus scilicet & gratiarū actionibus os tuū. ¶ Quintodecimo versu. quoniā spirit⁹
pertransibit in illo & nō subsistet & nō cognoscet amplius locū suū.id nō subsistet/nō cognoscet:

GALL. ROM. HEB.

eum reſpicit a quo ſpiritus pertranſierit. nam ſpiritu noſtro a corpore noſtro abeunte: nō amplius in hoc ſeculo ſubſiſtimus/neq; locū noſtrū vltra in eo cognoſcimus. & q̄q̄ reſurrectione iterū ſubſiſtemus: non tamen amplius reuertemur ad locū & eas partes quas in hoc mundo reliquimus: ſed in altero ſolū(ſecūdum quod deo cognitum eſt)ſubſiſtemus ſeculo. & q̄ eum reſpiciat a quo ſpūs pertranſijt/apertius ex hebræo expreſſit Hieronymus cum inquit: ſpiritus pertranſiet eum & non cognoſcet eum vltra locus eius. quod dictū eſt ne quis impius torqueat intelligentiam/ſpiritui tribuens & parti quod de ſuppoſito & toto diuinus enūciauit ſpiritus. Cetera in tralationibus/ſatis plana & concordia: neq; vlteriori annotatione egent.

Ipſi Dauid. CIII.

1 BEnedic aīa mea dō mino: dn̄e de⁹ meus magnificat⁹ es vehemēt
2 Confeſſionem & decorem induiſti: amictus lumine ſicut veſtimento.
3 Extēdēs cęlū ſicut pellē: qui tegis aq̄s ſup̄iora ei⁹.
4 Qui ponis nubem aſcēſum tuum: qui ambulas ſuper pennas ventorum.
5 Qui facis āgelos tuos ſpiritus: & miniſtros tuos ignem vrentem.
6 Qui fundaſti terrā ſuper ſtabilitatem ſuā: nō inclinabitur in ſęculū ſęculi.
7 Abyſſus ſicut veſtimentum amictus eius: ſuper montes ſtabunt aque.
8 Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt.
9 Aſcendunt mōtes & deſcendūt campi: in locum quem fundaſti eis.
10 Terminū poſuiſti quem nō tranſgredientur: neq; cōuertētur operire terrā.
11 Qui ęmittis fontes in cōuallibus: inter mediū mōtium pertranſibūt aque.
12 Potabunt omnes beſtie agri: expectabūt onagri in ſiti ſua.

Ipſi Dauid. CIII.

1 BEnedic aīa mea dō minū: dn̄e de⁹ meus magnificat⁹ es vehemēt
2 Confeſſionē & decorem induiſti: amictus lumine ſicut veſtimento.
3 Extēdēs cęlū ſicut pellē: q̄ tegit in aq̄s ſup̄iora ei⁹
4 Qui ponit nubem aſcēſum ſuum: qui ambulat ſuper pennas ventorum.
5 Qui facit āgelos ſuos ſpiritus: & miniſtros ſuos ignem vrentem.
6 Qui fūdauit terrā ſuper ſtabilitatē eius: & nō inclinabit in ſęculū ſęculi.
7 Abyſſus ſicut pallium amictus eius: ſuper montes ſtabunt aquę.
8 Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt.
9 Aſcendūt montes & deſcendūt campi: in locum quem fundaſti eis.
10 Terminum poſuiſti eis quē nō trāſgredient: neq; cōuertētur operire terrā.
11 Qui ęmittit fontes in cōuallib⁹: inter mediū montium pertranſibūt aque.
12 Potabunt eas oēs beſtie ſiluarū: expectabūt onagri in ſiti ſua.

CIIII.

BEnedic aīa mea dō mino: dn̄e de⁹ meus magnificatus es nimis.
Gloria & decore indutus es: amict⁹ luce quaſi veſtimento.
Extendēs cęlos vt pellē/ qui tegis aquis cęnacula eius/qui ponis nubē currum tuum: qui ambulas ſuper pennas venti.
Qui facis angelos tuos ſpiritus: miniſtros tuos ignem vrentem.
Qui fundaſti terrā ſuper baſem ſuam: non cōmouebit in ſęculū & i ſęculū
Abyſſo quaſi veſtimento operuiſti eam: ſup̄ mōtes ſtabunt aquę.
Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt.
Aſcendūt montes & deſcendunt campi: ad locū quem fundaſti eis.
Terminū poſuiſti quem nō pertrāſibūt: nec reuertentur vt operiāt terram.
Qui ęmittis fontes in cōuallibus: vt inter medios montes fluant.
Vt bibant omnia aīalia regionū: et reficiat onager ſitim ſuam.

13 Super ea volucres cęli habitabūt: de medio petrarum dabunt vocem suā.
14 Rigās mōtes de superioribꝰ suis: de fructu operū tuorum satiabitur terra.
15 Producēs fœnum iumētis: & herbā seruituti hominum.
16 Vt ęducas panē de terra: & vinū lętificet cor hois.
17 Vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmęt.
18 Saturabūtur ligna cāpi & cedri libani quas plantauit: illic passeres nidificabunt.
19 Erodij domꝰ dux est eorū / montes excelsi ceruis: petra refugium ęrinacijs.
20 Fęcit lunā in tēpora: sol cognouit occasum suum.
21 Posuisti tenebras & facta est nox: in ipsa ptrāsibunt omnes bestie silue.
22 Catuli leonum rugiētes vt rapiant: & quęrant a deo escam sibi.
23 Ortus est sol & cōgregati sunt: & in cubilibꝰ suis collocabuntur.
24 Exibit homo ad opꝰ suum: & ad operationē suā vsqꝫ ad vesperam.
25 Quam magnificata sunt opera tua dñe / omnia in sapientia fęcisti: ipleta est terra possessione tua.
26 Hoc mare magnū et spacioſum manibꝰ: illic reptilia quorū nō est numerꝰ.

Super ea volucres cęli habitabūt: de medio petrarum dabunt voces suas.
Rigās mōtes de superioribꝰ suis: de fructu operū tuorum satiabitur terra.
Producēs fœnum iumētis: & herbā seruituti hominum.
Vt ęducat panē de terra: & vinū lętificet cor hois.
Vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet.
Satiabūtur omnia ligna siluarum & cedri libani quas plantasti: illic passe nidificabunt.
Fulice domꝰ dux est eorū / montes excelsi ceruis: petra refugium ęrinacijs
Fęcit lunā in tēpora: sol cognouit occasum suum
Posuisti tenebras & facta est nox: in ipsa ptrāsibunt omnes bestie silue.
Catuli leonum rugiētes vt rapiant: & quęrant a deo escam sibi.
Ortus est sol & cōgregati sunt: & in cubilibꝰ suis se collocabunt.
Exiet homo ad opus suum: & ad operationem suam vsqꝫ ad vesperam.
Quam magnificata sunt opera tua domine / omnia in sapientia fęcisti: repleta est terra creatura tua.
Hoc mare magnum & spacioſū illic reptilia quorum non est numerus /

Sup ea volucres cęli morabunt: de medio nemorum dabunt vocem.
Qui irrigas mōtes de cęnaculis tuis: de fructu operū tuorū implebit terra.
Germinans herbam iumentis & fœnum seruituti hominum: vt educat panem de terra.
Et vinum lętificat cor hominis / ad exhilarandam faciem oleo: panis autem cor hominis roborat.
Saturabūtur ligna dñi: cedri libani quas plantasti.
Ibi aues nidificabunt: miluo abies domus eius.
Mōtes excelsi ceruis: petra refugium ęrinacijs.
Fęcit lunā per tēpora: sol cognouit occubitū suum
Posuisti tenebras & facta est nox: in ipsa mouębuntur oēs bestie silue.
Leones rugientes ad prędam: & quęrentes a deo escam sibi.
Oriente sole recedent: & in speluncis suis cubabūt
Egredietꝰ homo ad opus suum: & ad seruitutē suā vsqꝫ ad vesperum.
Quam multa sūt opera tua domine / omnia in sapientia fęcisti: impleta est terra possessione tua.
Hoc mare magnum & latum manibus / ibi reptilia inumerabilia: anima-

GALL.	ROM.	HEB.
15 Animalia pusilla cū magnis: illic naues pertransibunt.	animalia pusilla & magna: illic naues pertransibunt.	lia parua cum grādibus.
		Ibi naues pertranseunt: leuiathan istum plasmasti vt illuderet ei.
16 Draco iste quē formasti ad illudendum ei/ omnia a te expectant: vt des illis escam in tempore.	Draco iste quē formasti ad illudendum ei/ omnia a te expectant dñe: vt des illis escam in tempore.	Omnia in te sperant: vt des cibum eis i tempore suo.
17 Dante te illis colligent: aperiente te manum tuā omnia implębuntur bonitate.	Dante te illis colligent: aperiente te manū tuam omnia replębuntur vbertate.	Dante te illis colligent: aperiente te manū tuam replębuntur bono.
18 Auertēte autē te faciem turbabūtur/ auferes spiritum eorum & dęficient: & in puluerem suū reuertentur.	Auertēte autē te faciem tuā turbabūtur / auferes spiritum eorum & dęficient: & in puluerem suum reuertentur.	Abscondes vultū tuū & turbabūtur/ auferes spiritum eorum & dęficient: & in puluerem suum reuertentur.
19 Emittes spiritum tuū & creabuntur: et renouabis faciem terre.	Emitte spiritum tuū & creabūtur: & renouabis faciem terre.	Emittes spiritum tuū & creabuntur: & instaurabis faciem terre.
20 Sit gloria domini in sęculum: lętabitur dominus in operibus suis.	Sit gloria domini in sęculum sęculi: lętabitur dominus in operibus suis.	Sit gloria domini in sempiternum: lętabitur dominus in operibus suis.
21 Qui respicit terram & facit eam tremere: qui tangit montes & fumigant.	Qui respicit terrā & facit eam tremere: qui tangit montes & fumigabunt.	Qui respicit terrā & tremet: tangit montes & fumabunt.
22 Cantabo domino in vita mea: psallam deo meo q̄diu sum.	Cantabo domino in vita mea: psallam deo meo q̄diu ero.	Cantabo domino in vita mea: psallam deo meo q̄diu sum.
23 Iocundum sit ei ęloquiū meum: ego vęro dęlęctabor in domino.	Suauis sit ei laudatio mea: ego vęro dęlęctabor in domino.	Placeat ei ęloquium meum: ego autem lętabor in domino.
24 Dęficiāt peccatores a terra & iniqui ita vt nō sint: benedic anima mea domino.	Dęficiāt peccatores a terra & iniqui ita vt nō sint: benedic anima mea domino.	Dęficiant pctōres de terra & impij vltra non sint: benedic anima mea domino.

TITVLVS Nullus. psalmus specialius beneficia dei & prouidentie eius denarationē continuat. sed & hunc quibusdam Christi mysterijs accōmodat hieronymus. Propheta in spiritu loquitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Benedic anima mea domino: domine deus meus magnificatus es 1
vehemēter. exalta/ lauda/ magnifica/ glorifica spiritus meus Christum dominatorem omniū: quia
tu dominator Christe/ creator/ recreator & reparator meus/ exaltatus es superexcellenter. Con- 2
fessionem & decorē induisti: amictus lumine sicut vestimēto. gloria & honore coronatus es: & cla-
rificatus apud patrem ea claritate quam habuisti apud eum priusq̄ mundus fieret. Extendes ce- 3

lum sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius. qui expandis super terram celestes & spirituales
viros tanq̄ dei tabernaculum: qui gratijs & charismatib⁹ spiritus tui summos eorum imples & cō-
4 tegis. Q ui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulas super pennas ventorum. qui assumptus in
5 nube ascendisti in celum: qui altitudinem transcendisti angelorum. Q ui facis angelos tuos spiri-
tus: & ministros tuos ignem vrentem. qui in celum ascendens spirituales substantias mittis ad
apostolos tuos secundi aduentus tui precones: et in similitudinē coruscantis flamme angelos iden-
6 tidem resurrectionis tue nuncios. Q ui fundasti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur
in seculum seculi. qui firmiter stabiliuisti habitatores orbis terrē super basem suam inconcussibilem
7 petram: ab illo tuo fundamento non dimouebuntur in sempiternum. A byssus sicut vestimentum
amictus eius: super montes stabunt aque. profunditate diuinorum eloquiorum ornabuntur: et su-
8 per principes eorum infusiones charismatum spiritualiumq; gratiarum. A b increpatione tua fu-
gient: a voce tonitrui tui formidabunt. habitatores terre ob reprehensionem scelerum suorum a
tuis sanctis apostolis & discipulis prevcrecundia delitescent: et a vehemētia predicationis eorum
9 animis cōcutientur & pauebunt. A scendunt montes & descendunt campi: in locum quem funda-
sti eis. summates ecclesie tue virtutibus proficiunt & contemplationibus ad tē assurgunt: & subditi
sese humiliant & obedientie se submittunt / vnusquisq; secundum vocationem qua vocasti eum.
10 T erminum posuisti quem non transgredientur: neq; conuertentur operire terram. id designat quēq;
in suo gradu mansurum: neq; vlterius erroribus & confusione terram esse replendam. verum reli-
quorum versuum (quia psalmus longus est & pre se pingere videtur in historia nature diuinā pro-
uidentiam legendam) cui cordi fuerit ab expositione Hieronymi aut alegoricam aut mysticam re-
quirat intelligentiā. Nunc ad annotationes nos conuertamus.

ADVERTE. Tertio versu. extendens celum sicut pellem. intelligi volunt sicut tentorium / velum &
cortinam: & vocabulum quod hic hebraice habetur id etiam significare. adde insuper q⁹ et ta-
bernacula id est tentoria olim fiebant cooperiebantutue ex pellibus. ¶ Duodecimo versu. expe-
ctabunt onagri in siti sua. Onager agrestem asinum sonat. & iter asinorum species: de quibusdam Onā-
meminit Plinius / quibus est maximū aquarum tedium. illis siquidem fœtus charitas summa / adeo ger.
vt per ignes ad fœtus tendant: sed aquarum tedium maius. Nam si riuus vel minimus interfit: hor-
rent ita vt pedes omnino caucant tingere. nec nisi assuetos potant fontes in pecuarijs: atq; ita vt
sicco tramite ad potum eant / mirumq; dictu sitiunt. Id genus animalium hic etiam onagrorum no-
mine comprehensum inficias non eam. cum et nature onagrorum sit mirum in modum sitire: & su-
ctu terre potius refrigerium querere q̄ aquas adire. Sed quos potius huic generi animalis compa-
rabimus q̄ iudæos: qui flāmis se potius committant q̄ vitalis regenerationis lauacro / qui iam supra
millenos et quingenos annos expectant messiam suum in siti sua / etiam posteaq̄ venit: sed fastidio
modicule aque qua ad eum eundum est / malunt differi veniſſe terreno suctu & miserabili industria
viuentes. vtinam cerui essent non onagri: quod eorum salutis gratia dictum velim. nam de eis pro-
phetatum / impletum est. Christus dominus captus est in peccatis nostris: cui diximus i vmbra tua
viuemus in gentibus. ¶ Tertiodecimo versu. de medio petrarum dabunt voces suas: Hieronymus
ex hebræo / de medio nemorum dabunt vocem. quod magis probant qui norunt hebraice: & dictio-
nem APA hic positam / ramum aut frondem potiusq̄ petram significare volunt. Adde q⁹ & prime
versus particule id melius quadrare videtur / in qua dicitur super ea volucres celi habitabunt / id est
super ea que prenominata sunt / montes / aquas decurrentes / bestias agri / et onagros. est enim hoc i
loco ea neutrum plurale: vt & grēce hoc in loco ἐπ᾽αὐτα. ¶ Duodeuicesimo versu. saturabuntur
ligna campi / & cedri libani quas plantauit illic passeres nidificabunt: sic interprete Hieronymo ha
betur ex hebræo / saturabuntur ligna domini / cedri libani quas plantasti / ibi aues nidificabunt. quod
& approbantibus iudæis verius interpretatum est. de cedro cui iustus comparatur: in annotatio-
nibus psalmi nonagesimiprimi dictum est. sunt enim ligna cedri / imputribilia. que cum sint iusto-
rum symbola: nimirum ligna domini dicuntur. et vbi dicimus / illic passeres nidificabunt: Hierony-
mus / ibi aues nidificabunt. et vbi interpretes passerem habent: frequentius Hieronymus generale
vocabulum habet auem: vt versu primo psalmi decimi. tertio psalmi octogesimitertij. octauo psal-
mi centesimiprimi. & sexto psalmi centesimi vicesimitertij. ¶ Vndeuicesimo versu. erodij domus dux Ero-
est eorum: Hieronymus / miluo abies domus eius. tralatio romana / fulice domus dux est eorū. Pau- dius.
lus hebræus nō erodiū / non miluū / non fulicam sed ciconiam esse putat. ερωδιος Aristoteles eā
vocat: quā nostri ardeā. quā et verū est in altissimis nidos struere arboribꝰ: sed & etiā miluum. sunt &
qui erodiū / diomedæā auē appellant. verū aues diomedææ: nō i arboribꝰ / sed in terra (effossa scrobe)
morātur / fœtusq; incubāt. et miror interpretem qui pro erodio in editione romana fulicam littora-

lem & marinam auem traduxerit. verum in expositione super hunc psalmum/ que fertur esse Hieronymi: diffinitur Erodius maximum volatilium aquilam superans/ atq; vorans. sed quam hanc dices: nisi forte griphem? Hec adducta sunt: vt intelligas intanta sententiarum diuersitate/ auis in hebræo hoc in loco posite quenam ea sit difficile esse comperire veritatem. sed esto Ardea vt septuaginta dixere/ aut Ciconia vt Paulus/ aut Miluus a miluendo notus accipiter vt hic vertit Hieronymus. nam (et quod hic dicitur) abietes altissimasq; arbores domos habent he volucres. Sed inquies/ quid sibi volunt septuaginta cum dicunt: του ερωδιου η κατοικια ηγειται αυτων? Nichil quo ad litteram: nisi q; ardeę domus presidet illis. dixerat enim passeres in cedris nidulare. at quia altius ardeæ nidificant: nunc quoq; dicit ardearum domos id est nidos/ passeribus preesse ac presidere/ ceu summa presunt imis. ¶ Eodem nonodecimo versu. mōtes excelsi ceruis. sunt qui hic non ceruis sed ibicibus dicendum esse volunt. idq; quod dicitur excelsi montes: magis eis cōuenire. & sunt ibices capree que prerupta et inaccessa montiū incolunt agilitatis pnicitatisq; mirande. q̄q̄ onerato capite vastis cornib⁹ se librant vt torm̄eto aliquo rotate in petris/ potissimum e monte aliquo in aliū transilire cupiētes/ atq; recursu pernici quo libuerit exultant. harū venatus nō canum modo sed & hominū supremo vite periculo sepe tentatur. rhętici montes qui & germanici/ hac caprea abundāt. ¶ Itē eodē 19 versu. petra refugiū erinacijs. quod hic erinacius: greci dicunt χοιροχυλιον. pro quo in Leuitico legitur chirogylus/ corruptius chirogryllus. latini echinum terrestrē/ & ericiū chœrogylion vocāt. sed et Hieronymus ad Sūniā & Fretelā Scithas scribens: dicit animal esse non maius ericio/ habens similitudinē muris & vrsi. vnde et in palestina arctomys/ id est vrsinus mus dicitur. & magna est in istis regionibus (inquit) huius generis abūdātia/ sēperq; in cauernis petrarū & terre foueis habitare consueuerūt. hec Hieronymus. et cōtemplatus sū Alpinū murē sic eni vocat Plinius quoddā genus aialis qđ & Alpes rhętice ferūt/ & cōiecturā oīno feci eū esse quē erinacium/ chœrogylū/ arctomya/ vrsinūue murē interdū appellant. greçus codex hic habet λαγωοις id est leporib⁹ aut si mauis cuniculis. qđ arbitror factū ab iterpretibus: qa hoc aialis gen⁹ in Leuitico ruminare & vngulā nō diuidere/ id est bifurcare dicit. qđ eque leporib⁹ vt chœrogylijs conuenire cognoscitur. chœrogylius (inquit) qui ruminat/ vngulāq; nō diuidit: īmundus est. sed a animaduertere debuerunt: ilico subiunctū lepore tanq̄ alterā animātis speciē. nā vbi dixit de chœrogylio imundus est: cōtinenter subintulit/ lepus quoq;. nā et ipse ruminat: sed vngulā nō diuidit. satius igitur videtur vt aut chœrogylijs/ aut (vt Hieronymus) erinacijs dicatur. ¶ Vicesimo versu. fecit luna in tēpora. id intelligūt fecit lunā in menses. nā dēptis iis qui romanorū consuetudinē sequētes a sole menses ducunt: cetere nationes eos a luna cōputant. renouatur eni quolibet mense. et a coitu id est a silē te luna ad proxime silentē/ mensis extendit. quod dictū est. ne putēt intelligendū in tēpora: in significationes/ & euētuū presagia. i quib⁹ casso labore supputādis: multi cū Chaldæis/ magis veneficisq; ac necromantibus proxime notandi/ nimia curiositate vanescūt. a qua quidē min⁹ laudabili cognoscendi cupiditate olim implicitum/ benignitas Christi IHESV saluatoris me clementissime eripuit/ largita gratiā studij melioris approbandi/ refutandiq; illiberalis/ superstitiosi & noxij. sed non michi idcirco qui id confiteor & beneficiū agnosco/ & alijs idē exopto/ gratia vlla debetur: sed illi soli q munus nullis meritis/ at sola sua exuberanti bonitatis copia/ indulsit. ¶ Vicesimo sexto versu. hoc mare magnū & spaciosū manibus. Hieronym⁹ in epistola superius adducta: manib⁹ existimat ad capacitatē eius referri. q; quasi expassas manus habeat: & in se cūctas aquas capiat. quid si etiā per man⁹: brachia maris et sinus intelligamus/ quib⁹ se in amplū spaciose per terras porrigit? de quibus Peligmus poeta. nec brachia longo Margine terrarū porrexerat amphitrite. hoc vocabulo manib⁹ hoc in loco caret tralatio romana/ & codex greçus. ¶ Vicesimo octauo versu. draco iste quē formasti ad illudendū: Hieronymus ex hebræo/ leuiathā istū plasmasti: vt illuderet ei. greçe sic δρακωρουτος ορ εμπαισαι αυτω. quod arbitror sic recte posse verti. draco iste quē formasti/ vt illuderes ei. Nā αυτω/ id est ei: masculinū est. quod nō προσ θαλασσαν id est ad mare referri potest. nā apud greços fœminino est. et si tertia vertis persona/ illuderet: nō facile videas quidnā qđ illudat/ intelligere debeas. & dominus in Iob. an extrahere poteris leuiathan hamo? nunquid illi ludes quasi aui? quasi posse illudere leuiathan/ dei sit/ non humane fragilitatis. Eundem leuiathan & cetum interpretatur Hieronymus: quo proculdubio figuratur diabolus. quod ex adiūcto draconis aut serpētis vocabulo: satis intelligit. neq; eni pistrix aut balena: de se draco aut serpēs est. sed aduersari⁹ draco dicit et serpēs ob molitiones ei⁹ flexuosas/ obliquas & tortas optasq; insidias. cętus autē ob iexplebilē voraginē. et vt naues i mari vbi cęt⁹ est maximū earū periculū/ pertrāseūt: ita & nos in hoc mundo vbi draco ille magnus habitat/ pertrāsimus. Sed quo pacto/ cęto in mari diuina prouidentia illudi ordinatū sit ne i eo cuncta perirēt: audire operepreciū est. Orce: cętis infēse belue/ dētib⁹

Draco.

truculente/ quarū imago nulla repreſentatione exprimi poſſit alia q̄ carnis cuiuſdā informis & immēſæ. vbi igitur ceti id eſt balene ſe eſtate condunt in quodā ſinu placido & capaci/mire gaudentes ibi parere:hoc norunt orce. et irrūpētes in ſecreta:et vitulos earū/ac fœtas vel etiā i ānū grauidas lacerant morſu/incurſuq; ceu liburnicarū roſtris fodiūt.ille ad flexū imobiles/ad repugnandū inertes & pondere ſuo oneratæ/tūc quidē et vtero graues pariēdiue pœnis iualide:ſolū auxiliū noueře/ in altū profugere/& toto ſe defendere oceano. cōtra/orce:occurrere laborāt/ſeſeq; opponere/et cautium anguſtijs trucidare/in vada vrgere/ſaxis illidere. ſpectantur ea prelia(ceu mari ipſo ſibi irato) nullis in ſinu ventis/fluctibus vero ad anhelitus ictuſq;/quātos nulli turbines voluant. hec de ceto ex hiſtorijs. Et quotuſquiſq; euaderet a faucibus immaniſſimi draconis/voratoris animarū multo minꝰ q̄ ceti vilꝰ piſcīū:niſi deus illi tāq̄ aut carne Chriſti macerata et cōtuſa illuſiſſet/& ad viuā (vt ſic dixerim)illiſiſſet petrā/nō eſt(inquit Eſaias)ſpecies ei/neq; decor/et vidimus eum et non erat aſpectus.

¶ Triceſimoprimo verſu. paſſim legitur/emitte ſpiritū tuū & creabuntur vt romana habet editio:verum emittes ex hebræo legendū & ex verbo ſequēti renouabis. pariter & ex editione gallica/& ex græco.vbi per futurū legitur εξαποστελεις το πρευμασου/ emittes ſpiritum tuum.

HALLELVIACIIII

1 Confitęmini domino et iuocate nomē eius:annunciate inter gētes opera eius.

2 Cantate ei & pſallite ei: narrate omnia mirabilia eius.

3 Laudamini i nomine ſācto eius:lętętur cor quęrētium dominum.

4 Quęrite dominum & cōfirmamini: quęrite faciē eius ſemper.

5 Mementote mirabilium eius quę fęcit:pdigia eiꝰ & iudicia oris eius.

6 Sęmen abraam ſerui eiꝰ: filij iacob ęlęcti eius.

7 Ipſe dominꝰ deꝰ noſter: in vniuerſa terra iudicia eius.

8 Memor fuit in ſęculum teſtamenti ſui: verbi qđ mandauit in mille generationes.

9 Quod diſpoſuit ad abraham:& iuramenti ſui ad iſaac.

10 Et ſtatuit illud iacob in prȩceptum:et iſraęl in teſtamentum ęternum.

HALLELVIACIIII

Confitęmini domino & inuocate nomen eius:annunciate inter gētes opera eius.

Cantate ei & pſallite ei: narrate omnia mirabilia eius.

Laudamini i nomine ſācto eius:lętętur cor quęrētium dominum.

Quęrite dominum & cō firmamini: quęrite faciē eius ſemper.

Mementote mirabilium eius quę fęcit:prodigia et iudicia oris eius.

Sęmen abraam ſerui eiꝰ: filij iacob ęlęcti eius.

Ipſe dñs deus noſter: in vniuerſa terra iudicia eiꝰ.

Memor fuit in ſęculū teſtamenti ſui:verbi quod mandauit in mille generationes.

Quod diſpoſuit ad abraham & iuramenti ſui ad iſaac/ſtatuit illud iacob i prȩceptum:et iſraęl in teſtamentum ęternū.

HALLELVIA.CV.

Confitęmini domino/ inuocate nomen eiꝰ: notas facite populis cogitationes eius.

Canite ei & pſallite ei:loquimini in vniuerſis mirabilibus eius.

Et exultate in nomine ſācto eius:lętętur cor quęrētium dominū.

Quęrite dominū & virtutem eius: quęrite faciē eius iugiter.

Recordamini mirabiliū eius quę fęcit: ſignorum & iudiciorum oris eius.

Sęmen abraam ſerui eiꝰ: filij iacob ęlęcti eius.

Ipſe dominus deus noſter: in vniuerſa terra iudicia eius.

Recordatus eſt in ęternū pacti ſui:verbi quod prȩcepit in mille generationes.

Quod pepigit cū abraam:et iuramēti ſui ad iſaac.

Et firmauit illđ cū iacob in lęge:cum iſraęl i pactū ſempiternum.

GALL.	ROM.	HEB.
11 Dicens tibi dabo terram chanaan: funiculum hęreditatis veſtre.	Dicens tibi dabo terram chanaan: funiculum hęreditatis veſtre.	Dicens tibi dabo terram chanaan: funiculum hęreditatis veſtre.
12 Cū eſſēt numero breui: pauciſſimi & incole eius.	Cū eſſent in numero breui/pauciſſimi et incole in ea: & ꝓtranſiẽrunt de gẽte in gentem et de regno ad populum alterum.	Cū eſſent viri pauci: modici et aduene in ea.
13 Et pertranſiẽrunt de gẽte in gentem: & de regno ad populum alterum.	Non permiſit hominem nocęre eis: corripuit pro eis rẽges.	Et tranſiẽrunt de gente ī gentē: & de regno ad populum alterū.
14 Non relinquit hominem nocęre eis: & corripuit ꝑ eis rẽges.	Nolite tangere chriſtos meos: et in prophętis meis nolite malignari.	Non dimiſit hominē vt nocęret eis: & corripuit ꝑ eis rẽges.
15 Nolite tangere chriſtos meos: et in prophętis meis nolite malignari.	Et vocauit famē ſuꝑ terram: & omne firmamentum panis contriuit.	Nolite tangere chriſtos meos: et ꝓphętas meos nolite affligere.
16 Et vocauit famē ſuꝑ terram: & omne firmamentum panis contriuit.	Miſit ante eos virum: in ſeruum venūdatus eſt ioſęph.	Et vocauit famē ſuꝑ terram: omnem virgam panis contriuit.
17 Miſit ante eos virum: in ſeruum venundatus eſt ioſęph.	Humiliauerunt in cōpedibus pedes eius/ferrū ꝑtranſiuit aiam eius donec veniret verbū eiꝰ: ęloquiū dñi inflammauit eū.	Miſit ante faciem eorum virum: in ſeruum venūdatus eſt ioſęph.
18 Humiliauęrunt in cōpedibus pedes eiꝰ/ferrū ꝑtrāſijt animā eius: donec veniret verbum eius.	Miſit rex & ſoluit eum: princeps populorum & dimiſit eum.	Afflixęrt i cōpede pedes eius: in ferrū venit aia eiꝰ
19 Et loquiū dñi inflammauit eum/miſit rex et ſoluit eum: princeps populorū & dimiſit eum.	Et conſtituit eum dñm domns ſue: & principem omnis poſſeſſionis ſue.	Vſqꝫ ad tẽpus donec veniret ſermo eius: ęloquiū dñi ꝓbauit eum.
20 Conſtituit eum dominū domus ſue: & principem omnis poſſeſſionis ſue.	Vt ęrudiret principes ſuos ſicut ſeipſū: & ſeniores ſuos prudẽtiam docęret.	Miſit rex et ſoluit eum: princeps populorum & dimiſit illū.
21 Vt ęrudiret pricipes eiꝰ ſicut ſęmetipſū: & ſenes eius prudentiā docęret.	Et intrauit iſrael in ægyptum: & iacob habitauit in terra chanaam.	Poſuit eū dominū domꝰ ſue: & principem in omni poſſeſſione ſua.
22 Et intrauit iſraęl in ægyptum: & iacob accola fuit in terra cham.	Et auxit populū ſuū nimis: & cōfirmauit eū ſuper inimicos eius.	Vt ęrudiret pricipes eius ſcđm volūtatē ſuā: & ſenes eiꝰ ſapientiā docęret.
23 Et auxit populū ſuū vehementer: & firmauit eū ſuper inimicos eius.	Conuertit cor eorum vt odirent populum eius: &	Et ingreſſꝰ eſt iſraęl ægyptū: & iacob aduena fuit in terra cham.
24 Conuertit cor eorum vt odirent pplm eiꝰ: & dolū		Et creſcere fęcit populū ſuū nimis: & roborauit eum ſuꝑ hoſtes eius.
		Conuertit cor eorum vt odio haberent populum

facerent i ſeruos eius.

25 Miſit moiſen ſeruū ſuū: aaron quē ęlęgit ipſum.

26 Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum: et ꝓdigiorum in terra cham.

27 Miſit tenebras & obſcurauit: & non exacerbauit ſermones ſuos.

28 Conuertit aquas eorum in ſanguinem: & occidit piſces eorum.

29 Edidit terra eorū ranas: in penetrabilibus regum ipſorum.

30 Dixit et venit cœnomya & ſcinifes in omnibus finibus eorum.

31 Poſuit pluuias eorū grādinem: ignem comburentem in terra ipſorum.

32 Et ꝓcuſſit vineas eorū & ficulneas eorum: & cōtriuit lignum finium eorū.

33 Dixit & venit locuſta & bruchus: cuiꝰ nō erat numerus.

34 Et comędit oē fœnū in terra eorum: & comędit oēm fructū terre eorum.

35 Et ꝓcuſſit oē primogenitum in terra eorū: primitias oīs laboris eorū.

36 Et ęduxit eos cū argēto & auro: & non erat in tribubus eorum infirmus.

37 Lętata eſt ægyptꝰ i ꝓfectione eorū: quia incubuit timor eorū ſuper eos.

38 Expādit nubē in protectionem eorum: et ignē

dolum facerent in ſeruos eius.

M iſit moiſen ſeruū ſuū: et aaron quē ęlęgit ipſū.

P oſuit i eis verba ſignoꝝ ſuorū: et ꝓdigiorū ſuorū in terra chanaam.

M iſit tenebras et obſcurauit eos: quia exacerbauerunt ſermones eiꝰ.

C onuertit aquas eorum in ſanguinem: et occidit piſces eorum.

M iſit i terra eorū ranas: et in cubilibus regum ipſorum.

D ixit et venit cœnomya et ſcinifes: in omnibus finibus eorum.

P oſuit pluuias eorum in grandinē/et ignē cōburentem in terra ipſorum.

Et ꝓcuſſit vineas eoꝝ et ficulneas eorū: et cōtriuit oē lignū finium eorum.

D ixit et venit locuſta et bruchus cuius non erat numerus: et comędit oē fœnum terre eorum.

Et ꝓcuſſit oē primogenitū i terra ægypti: primitias oīs laboris eorum.

Et ęduxit eos in argento et auro: et nō erat i tribubus eorum infirmus.

Lętata eſt ægyptus in ꝓfectione eorū: qa cecidit timor eorum ſuper eos.

Expādit nubē in protectionem eorū: et ignē vt

eius: vt doloſe agerent cōtra ſeruos illius.

Miſit moiſen ſeruū ſuū: aaron quē ęlęgit ſibi.

Poſuit i eis verba ſignorum ſuorum: et portētorum in terra cham.

Miſit tenebras et cōtenebrauit: et nō fuęrūt increduli verbis eius.

Cōmutauit aquas eorū in ſanguinem: et occidit piſces eorum.

Ebulliuit terra eorum ranas: in cubilibus regū eorum.

Dixit et venit muſca ōni moda: ſcinifes in vniuerſis terminis eorum.

Dedit pluuias eorū grādinem: ignem flammantem in terra eorum.

Et ꝓcuſſit vineam eorū et ficum eorū: et cōfręgit lignum finium eorū.

Dixit et venit locuſta et bruchus: cuius non erat numerus.

Et comędit oē fœnū terre eorū: et dęuorauit fructum terre eorum.

Et ꝓcuſſit oē primogenitū in terra eorū: primitias vniuerſi partus eorū.

Et ęduxit eos cū argēto et auro: et nō erat i tribubus eorum infirmus.

Lętata eſt ægyptus cum ęgrederentur: qm̄ irruerat terror eorum ſuper eos.

Expandit nubem in tentorium: et ignem vt lucę-

GALL.	ROM.	HEB.
vt luceret eis per noctē.	luceret eis per noctem.	ret nocte.
39 Petierunt et venit coturnix: et pane cæli saturauit eos.	Petierūt carnes et venit coturnix: et pane cæli saturauit eos.	Petierunt et adduxit ortygometram: et pane cæli saturauit eos.
40 Dissupit petram & fluxerunt aque: abierunt in sicco flumina.	Dissupit petram et fluxerunt aque: et abierunt in sicco flumina.	Aperuit petrā et fluxerunt aque: cucurrerunt i aridis flumina.
41 Qm̄ memor fuit verbi sācti sui: qđ habuit ad abraham puerum suum.	Quia memor fuit verbi sancti sui qđ locutus est ad abrahā puerum suum.	Quia recordatus est verbi sācti sui: cum abrahā seruo suo.
42 Et eduxit populum suū in exultatione: et electos suos in letitia.	Et eduxit populum suum in exultatione: et electos suos in letitia.	Et eduxit populū suum in letitia: laudantes electos suos.
43 Et dedit illis regiones gētium: et labores populorum possederunt.	Et dedit eis regiones gētium: et labores populorum possederunt.	Et dedit eis terras gentium: et laborem tribuū possederunt.
44 Vt custodiāt iustificationes eius: et legem eius requirant.	Vt custodiant iustificationes eius: et legem eius exquirant.	Vt custodirent cerimonias eius: et leges eius seruarent.

TITVLVS HALELV IA. Psalmus: laus veteris synagoge continens factorū in ea historiā/& futurorum figuram, historia partim ex Geneſi/partim ex Exodo cognoscitur. docet psalmus: nos qui ex gentibus delecta ecclesia sumus beneficia Christi iugiter in memoriā reuocare/& nostras ingratitudines & trālgressiones agnoscere. solū id cōtēdēdū esse: vt facie eius q̄ est vita eterna & beatorū gloria/aliqñ videam⁹ (hec est (inquit) vita eterna vt cognoscāt te solū deum verū et quē misisti IHESVM Christū) preinstructi sic laudare deū nostrū ex veteri synagoga. verū quia hec laus est synagogæ/ nō nisi inuolucris mysteria ecclesie continēs: ideo cui cordi fuerit ad expositionē Hieronymi in hunc 104. psalmum se conferat. ¶ EPOS psalmi.

1 GEns benefactorē tę agnoscat & iuocet oīs
Nomē CHRIST Etuū: cūctis tua facta loq̄t
2 Cātetq; et psallat/miraculaq; oia narret.
3 Inq; tuo sancto sua gaudia nomine ponat/
Nomine qđ longę est nomē sup omne locatū.
Cui cæli/cui terra/cui curuantur abyssi.
Nos saluatorē σωτηρα hoc græcia dicit
Hebræi IHESVM supadmirabile nomē.
4 Hunc dñm/hui⁹ opē petite/ipsūq; vsq; videre.
5 Mira mementote & quę portētosa peregit/
Omnipotentifico quo tartara terruit ore
Cū verbo ad vitā extinctos post fata vocauit/
Claudos erexit/cum cæcos lumina iussit
Aspicere/& surdos vitalia verba loquentem
Audire/& mutos laxare in verba loquelam.
Cum lepras/morbosq; oēs & dæmonas ipsos
Expulit imperio/atq; expulsos tradidit orco.
Legem cum sanxit quæ prodijt eius ab ore.
6 Cultū illi proles Abrahami credula prestat.
Et quæ delecta est Iaacob imitata fidelem.
7 Hic deus/hic dñs noster qui iudicat orbem.
8 Qui memor imissi per gentis millia pacti
9 Quod primū pepigit cū Chaldæo Abrahamo.
10 Iurauitq; Isaac/sanxit Iaacobq; fidēli.
Israēliq; dedit nunq̄ violabile pactum.
11 Pollicitus dabo quę teneas Cananæa regna.
12 Cum foret is paucus/terra & peregrin⁹ in illa/
13 De gente in gentē & de regno i regna perrans.
14 Nec tulit hos lędi/proq; his hincinde tyrānos.
Corripuit/testis Gerara & Nilotica tellus.
15 Tangere (ait) nolite vnctosq; meosq; pphętas.
16 Iussa fames venit/nec panis linquitur vsus
17 Cura dei in seruū/castum præmisit Iosęph.
18 Carcere quē tetro affligunt & cōpede stringūt
Atq; onerant ferro/sua dū præsagia soluunt.
19 Illum nam dñi veracem sermo probauit.
Misit rex/varij princeps populi/& tulit illum.
20 Præfecitq; suæ domui/gazæq; superbæ.
21 Vt proceres eius vitæ formaret ad vsum.
Vtq; sacerdotes quę sunt diuina docęret.
22 Tunc subit ægyptū/Camesenæq; incola terræ
Ipse senex Israēl Iaacob tunc tardior annis
Cū decies septem & quinis non plurib⁹ intrat
23 Sed deus hūc auxit numerū/qb⁹ addidit āplas
24 Plusq̄ Niligenis vires/ea causa timoris
Nilicis odijq; simul male conficit illos.

25 Dū Moſen/Aaronq; deus ſolacia miſit
26 Ad ſigna efficiēs & prodigioſa miniſtros
27 Immiſit tenebras/fecit ſua credita verba.
28 Sāguis aqua effecta eſt/& piſcib⁹ vnda negata.
29 Terra dedit ranas vel in ipſa cubilia regum.
30 Omne genus muſcæ/culicūq; ipleuit & oras
31 Pro pluuijs ruit imixtum cum grādine fulmen.
32 Cum ficu vua perit/quæcūq; & fertilis arbos/
33 Dixit & acris adeſt(qd & inumerabile)bruch⁹.
34 Exedit fœnum/fructū deroſit et omnem.
35 Primitias oīs partus nox abſtulit vna.
36 Eduxitq; ſuos/fuluo donauit & auro
Argentoq; ſimul/nullus fuit æger in illis.
37 Cunq; abeunt illi:lętata ægyptia tellus
Nam timor illorum nimium concuſſerat iſtos
38 Nube die/& nocte igne deus protexit euntes.
39 Venit & vbertim poſtq̄ petiere coturnix
Et deus hos ſaturans cæleſti pane refecit.
40 Rupta petra eſt/fluxere vndæ ceu flumina ſicco.
41 Q̄z memor oipotens Abrahami factus/& eius
Sancti polliciti/olim quod promiſerat illi.
42 Laudantē populū magno ſolamine duxit
43 Arua quibus dedit atq; aliorum parta labore.
44 Vt teletas eius ſeruent/legemq; requirant.

ADVERTE Circa titulū halelu ia ſi amplius agnoſcere vis:lege pſalmi 110/prima annotationē. ¶Tertio verſu. laudamini in noie ſancto eius:ex hebræo/& exultate in noie ſancto eius.et hoc videtur eſſe accōmodatius. ¶Decimonono verſu. eloquiū dñi inflāmauit eū.rectius ex hebræo/eloquiū dñi ꝓbauit eū. Verū iterpretes metaphorā acceperūt. nā flāmis & igni aurū metallaq; probant:ſic eloquium dñi de interpretatione ſōniorum pincerne/piſtoris/& pharaonis probauit manifeſtauitq; Ioſeph eſſe veracē. ¶Viceſimoprimo verſu. et ſenes eius prudentiam docęret:Hieronymus ex hebræo/& ſenes ſapiētiā doceret.& rect⁹.nā prudētia humana:ſapiētia potius diuina reſpicit. & Ioſeph principes egyptios i agēdis ex prima parte verſ⁹ docuit prudētiā/& ex hac ſeda parte preſbyteros ſapientiā id eſt verū dei cultū.nam & grecū etiā ita habet και τουσ πρεσβυτερουσ αυτου σοφισαι:et preſbyteros eius ſapere.ſeniores enī erant qui cultui diuino mancipabantur. vides igitur egyptios per Ioſeph verā dei habuiſſe intelligentiā:ſed aliis ſupuenientibus regibus & tyrannis poſtmodū extinctā & ad ludibria dæmonū relapſam. ¶Viceſimoquarto verſu. aaron quē elegit ipſū: Hieronym⁹ ex hebræo/aaron quē elegit ſibi.et hic/illo melior ſermo eſt. ¶Viceſimoſeptimo verſu.et nō exacerbauit ſermones ſuos: meli⁹ nō exacerbauerūt ſermones ei⁹.ex hebræo/nō fuerunt icreduli verbis ei⁹.et romana tralatione qa exacerbauerūt.& grēco οτι παρεπικραναν verū noſtra editio & hebraica:intelligētia concordāt.quid eſt enī nō exacerbauit ſermones ſuos:niſi non fecit ſermones ſuos incredibiles?& quid preterea non fuerunt increduli verbis eius:niſi verba dei oſtenſis mirifice & incōprehēſibilis potentie ei⁹ ſignis facta fuiſſe credibilia?at quem romana & greca ſenſū pretendūt pſalmodia cōtrari⁹ eſt.nā quid aliud quia exacerbauerūt ſermones eius:q̄ qa fuerūt increduli ſermonib⁹ eius.quare potius vt habem⁹ aut vt eſt ex hebræo legendū:aut quod affirmant negandū. ¶Triceſimo verſu.dixit & venit cœnomya:Hieronymus ex hebræo/dixit et venit muſca ōnimoda.et cœnomya id eſt κοινομυια/vt in calce epiſtole ad Sūniam notat Hieronymus:non bene prima ſyllaba ſcribitur per y pſilon vt ſignificet caninā muſcā/ſed per diphthongū grecam οι/ſiue per latinā œ:vt ſignificet cōmunē muſcam.et penultima ſyllaba habet y pſilon:habetq; primam & penultimam ſyllabarum diphthongos/& apud nos accentū in penultima vt harpya.quare apud nos legēdū & pronunciandū eſt dixit et venit cœnomya ſiue cenomya quia diphthongū œ rarus vſus ſcribendi obtinuit vt felix/fenū fenus.verum grāmatici hec diſſerant.ſed et in expoſitione huius pſalmi interpretatus eſt muſcam caninā:ſecutus forſan codices grecos qui vtplurimum habent κυνομυιαν cynomyā id eſt muſcam caninam/ ¶Eodē 30 verſu.et ſciniphes in omnibus finibus eorum.greci dicunt σκνιπεσ:& eſt plurale maſculinum.diffiniuntq; eſſe vermiculos culicibus ſimiles/& inſtar culicum permoleſtos.quos libenter crediderim eſſe culices:ob moleſtiam & triſte faſtidium quod ſuperiore anno Saone(duobus illic potentiſſimis Chriſtianorum congreſſis regibus/magnaq; ſeſe amplexantibus benuolentia gallo hiſpanoq;)noſtris tunc hominibus intulere.et (ni fallor) σκνιψ a Theodoro culex interpretatur.ſi igitur conſuetudinē grecam ſequeremur: ſcriberemus ſcnipes.ſed videri poteſt ad faciliorē noſtre lingue ꝓnunciationē:i littera adiecta.vt in mina pro mna.& aſpiratio littere p addita eſt:vt et gryphes pro grypes.vt nunc cōſuetudine nr̄a dicamus:ſciniphes & videtur aptius per ph q̄ per f ſcribi debęre.& qui x in fine locāt:vocabulū ipſum viciant. ¶Triceſimotertio verſu.dixit & venit locuſta & bruchus.locuſtas dici volūt q; loca quibus inſident vſtulent & arida reddant.muſce genus dirum ſegetibus.dei irati peſtis ea intelligitur cum & grandiores cernuntur & tanto volant pennarum ſtridore vt alie alites credantur/ſolēq; obumbrent/ſolicite ſuſpectantibus populis ne ſuas operiant terras.ſufficiunt quippe vires.et tanq̄ parum ſit maria tranſire:immēſos permeant tractus.diraq; meſſibus contegunt nube:multa contactu adurentes.omnia vero morſu erodentes:et fores quoq; tectorum.et interdū earum obitus:gregatim ſublate vento/in maria aut ſtagna decidunt. Id forte caſuq; euenire putant:ego vero dei pro-

cœnomya.

Sciniphes

Locuſta.

GALL. ROM. HEB.

uidentie tribuo. q̃ cũ vult affert/dixit(inquit ꝓpheta)& venit locusta/& cũ vult aufert. sic eteni sacra de Egyptijs continet historia. egressusq; est Moises de conspectu Pharaonis: & orauit dominum. qui flare fecit ventum ab occidente vehementissimum:& arreptam locustam proiecit in mare rubrum. cum vult & vbi vult affert:vt etiã Italiã ex Africa locustã magna cohorte itestasse memorie ꝓditum sit. ¶ In eodem triceſimotertio versu. & bruchus. bruchum a βρωσκω/id est comedo dici volunt. aliud genus aculcate muſce erodens que locusta non tangit/presens ad mediam infligendam diuine vindicte flagellũ. vt homo cum deliquit/et si summũ animaliũ:a minimis tamẽ (ita iubente deo) castigetur/cogaturq; eum agnoscere dominum:cuius imperio sensata insensataq; omnia parent/ & pro eo in vindictam armantur. ¶ Triceſimoquarto versu. primitias omnis laboris eorũ:ex hebræo/ primitias vniuersi partus eorum. et id aptius. nam hac vltima plaga leguntur primogenita percussa/a primogenito Pharaonis vsq; ad primogenitum captiue/& omne primogenitum iumentorum: que sunt primitie partus potiusq; vniuersi laboris. ¶ Triceſimonono versu. petierunt & venit coturnix:ex hebræo/petierunt & adduxit ortygometram. ορτυγα nuncupant greci:quam nos vocamꝰ coturnicẽ. sed ορτυγομητρα vt idem sit atq; ορτυξ vti videtur & Hieronymus et greçus codex. alias ορτυγομητρα ortygometra matricem coturnicis aut auis designat. & coturnix/nota ẽ auis. ¶ Vltimo versu. iustificationes eius:ex hebræo/cerimonias eius. quas igitur dicimus hic iustificationes:ad sacramenta & initiationum ritum pertinent:lex autem ad doctrinam et precepta.

HALELVIA. HALELVIA. CV.

1 COnfitẽmini domio quoniam bonꝰ:quoniam in sęculum miseri cordia eius.

2 Quis loquętur potentias domini:auditas faciet omnes laudes eius?

3 Beati qui custodiunt iudicium:& faciunt iustitiam in omni tempore.

4 Memẽto nostri dñe i beneplacito populi tui:visita nos in salutari tuo.

5 Ad videndum in bonitate ęlęctorum tuorum/ ad lętandum in lętitia gẽtis tue:& laudęris cũ hęrędítate tua.

6 Peccauimus cum patribus nostris:iniustę ęgimꝰ iniquitatem fęcimus.

7 Patres nostri in ægypto non intellexerunt mirabilia tua:non fuerũt memores multitudinis miseri cordie tue.

8 Et irritauerunt ascendẽ-

HALELVIA. HALELVIA. CV.

COnfitẽmini domio quoniã bonus:quoniam in sęculum misericordia eius.

Quis loquętur potẽtias dñi:auditas faciet omnes laudes eius?

Beati qui custodiunt iudicium:& faciunt iustitias in omni tempore.

Memẽto nostri dñe i beneplacito ppli tui:& visita nos in salutari tuo.

Ad videndum in bonitate ęlęctorum tuorũ ad lętandum in lętitia gentis tue:vt laudęris cũ hęrędítate tua.

Peccauimus cum patribus nostris:iniustę ęgimꝰ iniquitatem fęcimus.

Patres nostri in ægypto non intellexerunt mirabilia tua:& non fuerunt memores multitudis misericordie tue.

Et irritauerunt ascendẽ-

HALELVIA. HALELVIA. CVI.

COnfitẽmini domio quoniam bonꝰ:quoniam in ęternum miseri cordia eius.

Quis loquętur fortitudines domini:auditas facit et omnes laudes eius?

Beati qui custodiunt iudicium:et faciunt iustitias in omni tempore.

Recordare mei dñe i repropiciatione ppli tui:visita me in salutari tuo.

Vt videam bona ęlęctorum tuorum & lęter in lętitia gentis tue:& exultẽ cum hęrędítate tua.

Peccauimus cum patribus nostris:iiquę fęcimꝰ impię ęgimus.

Patres nostri in ægypto non intellexerunt mirabilia tua:non sunt recordati multitudinis misericordie tue.

Et ad iracũdiã ꝓuocauę

tes in mare:mare rubrũ.
9 Et saluauit eos ꝓpter nomen suum:vt notam faceret potentiam suam.
10 Et increpuit mare rubrũ & exiccatum est: & deduxit eos in abyssis sicut in deserto.
11 Et saluauit eos de manu odiẽtium:& redemit eos de manu inimici.
12 Et operuit aqua tribulãtes eos: vnus ex eis non remansit.
13 Et crediderũt verbis eius: et laudauerunt laudẽ eius.
14 Cito fecerunt/obliti sunt operũ eius:non sustinuerunt consilium eius.
15 Et cõcupierũt cõcupiscẽtiam in deserto: & tentauerunt deũ in inaquoso.
16 Et dedit eis petitionem ipsorum:& misit saturitatem in animas eorum.
17 Et irritauerunt moisen in castris:aaron sanctum domini.
18 Aperta est terra et deglutiuit dathan: & opuit super cõgregationẽ abiron
19 Et exarsit ignis in synagoga eorum:flãma combussit peccatores.
20 Et fecerunt vitulum in chorẽb: & adorauerunt sculptile.
21 Et mutauerunt gloriam suam: in similitudinẽ vituli comedentis fœnum.
22 Obliti sũt deũ qui saluauit eos/qui fecit magna-

tes in rubrum mare/& liberauit eos ꝓpter nomẽ suum:vt notã faceret potentiam suam.
Et increpauit mare rubrum & siccatum est: & ẽduxit eos in aquis multis sicut in deserto.
Et liberauit eos de manu odientium & redemit eos de manu inimicorũ/ & operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit.
Et crediderũt in verbis eius & cãtauerunt laudes eius/ cito fecerũt & obliti sunt operum eius: & nõ sustinuerunt consilium eius.
Et concupierunt cõcupiscẽtias in deserto:& tẽtauerunt deum in siccitate.
Et dedit eis petitiões eorum:& misit saturitatem in animas eorum.
Et irritauerunt moisen in castris:& aaron sanctũ domini.
Aperta est terra et deglutiuit dathan: & operuit super synagogã abiron.
Exarsit ignis in synagoga eorum:& flãma combussit peccatores.
Et fecerunt vitulum in chorẽb & adorauerunt sculptile & mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli manducantis fœnum.
Obliti sũt deũ qui liberauit eos/ qui fecit magna-

rũt sr̃ mare:ĩ marí rubro
Saluauit autẽ eos ꝓpter nomẽ suum:vt ostẽderet fortitudinem suam.
Et cõminat9 est marí rubro & aruit: & transduxit eos per abyssos quasi in deserto.
Et saluauit eos de manu odientis: & redemit eos de manu inimici.
Et operuit aqua hostes eorum: vnus de ipsis nõ superfuit.
Et crẽdidẽrũt verbis ei9: cecinẽruntq; laudẽ eius.
Cito obliti sunt operum illius: nec expectauerunt voluntatem eius.
Et desiderauerũt desideriũ in deserto: & tentauerunt deum in solitudine.
Et dedit eis petitionem ipsorum:& misit tenuitatem in animam eorum.
Et zelati sunt moisen in castris:aaron sanctũ domini.
Aperta est terra et deuorauit dathan: et operuit synagogã abiron.
Et succensus est ignis in synagoga eorum: flãma exussit impios.
Fecerũt vitulum in chorẽb et adorauerunt conflatile:et mutauerũt gloriam suam in similitudine bouis comedentis fœnum.
Obliti sunt dei saluatoris sui/qui fecit magnalia

Chorẽb Χωρηβ Horẽb idem. vt ham Cham. Hus Chus.

GALL.

lia in ægypto/ mirabilia in terra cham: terribilia in mari rubro.

23 Et dixit vt disperderet eos: si non moises electus eius stetisset in cōfractione in conspectu eius.

24 Vt auerteret iram ei⁹ ne disperderet eos: et pro nichilo habuerunt terram desiderabilem.

25 Non crediderunt verbo eius/ & murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem domini.

26 Et eleuauit manum suā super eos: vt prosterneret eos in deserto.

27 Et vt dejiceret semen eorum in nationibus: & dispergeret eos in regiōib⁹

28 Et initiati sunt beelphegor: & comederunt sacrificia mortuorum.

29 Et irritauerunt eum in adinuentionibus suis: & multiplicata est in eis ruina.

30 Et stetit phinees et placauit: & cessauit quassatio.

31 Et reputatum est ei in iustitiam: in generationem & generationem vsq; in sempiternum.

32 Et irritauerunt eum ad aquam contradictionis/ & vexat⁹ est moises propter eos: quia exacerbauerunt spiritum eius.

33 Et distinxit in labijs suis: nō disperdiderūt gentes

ROM.

lia in ægypto/ mirabilia in terra chanaan: terribilia in mari rubro.

Et dixit vt disperderet eos/ si non moises electus eius stetisset in cōfractione in conspectu eius: vt auerteret iram eius ne disperderet eos.

Et pro nichilo habuerūt terrā desiderabilē & non crediderūt in verbis ei⁹/ & murmurauerunt in tabernaculis suis: nec exaudierunt vocem domini.

Et eleuauit manum suā super eos vt prosterneret eos i deserto/ & vt dejiceret semē eorum in nationibus: & dispergeret eos in regionibus.

Et cōsecrati sūt beelphegor: & manducauerunt sacrificia mortuorum.

Et irritauerunt eum in studijs suis: & multiplicata est in eis ruina.

Stetit phinees & exoravit & cessauit quassatio/ & reputatū est illi ad iustitiam: a generatione in generationem vsq; in seculum.

Et irritauerunt eum ad aquas cōtradictiōis: et vexat⁹ est moises ꝓpter eos

Quia exacerbauerūt spiritum eius: & distinxit in labijs suis.

Non dispdiderūt gētes:

HEB.

in ægypto/ mirabilia in terra cham: terribilia super mare rubrum.

Dixit ergo vt contereret eos nisi moyses elect⁹ ei⁹ stetisset medius cōtra faciem illius: vt conuerteret indignationē eius vt non interficeret.

Et despexerunt terram desiderabilem: nec credidērunt sermoni eius.

Et murmurauerūt in tabernaculis suis: nō exaudierunt vocem domini.

Et eleuauit manum suā super eos: vt dejiceret eos in deserto.

Et vt dejiceret semen eorum in gētibus: & dispergeret eos in terris.

Et cōsecrati sūt beelphegor: & comederunt victimas mortuorum.

Et concitauerūt eum in studijs suis: & percussit eos plaga.

Stetit aūt phinees & diiudicauit: et ē retēta ꝓcussio

Et reputatum est ei in iustitiā: in generatiōe & generatione vsq; in eternū.

Et ꝓuocauerūt sup aquā cōtradictionis: & afflict⁹ est moises propter eos.

Quia prouocauerunt spiritum eius: & pcepit labijs suis.

Non extmiauerūt ꝑplos

quas dixit dominus illis.
34 Et cõmixti sũt iter gẽtes & didicerũt opa eorũ/& seruierũt sculptilib9 eor: & factũ est illis i scãdalũ.
35 Et imolauerũt filios su/os:et filias suas dæmõijs
36 Et effudẽrũt sanguinem innocentem/sanguinẽ filiorum suorum & filiarũ suarum: quas sacrificauerũt sculptilibus chanaan.
37 Et infecta est terra in sanguinibus/ & cõtaminata est in operibus eorum:& fornicati sunt in adinuentionibus suis.
38 Et iratus est furore dñs in populo suo:& abominatus est hereditatẽ suã.
39 Et tradidit eos in manus gentiũ: & dominati sunt eorum qui oderunt eos.
40 Et tribulauerunt eos inimici eorum/ & humiliati sunt sub manibus eorũ: sepe liberauit eos.
41 Ipsi autẽ exacerbauerũt eum in cõsilio suo: & humiliati sunt in iniquitatibus suis.
42 Et vidit cum tribularentur:et audiuit orationem eorum.
43 Et memor fuit testameti sui: & pœnituit eũ scdm multitudinem mie sue.
44 Et dedit eos in misericordias:in conspectu omniũ qui ceperant eos.
45 Saluos fac nos domine deus noster:& congrega

quas dixerat dñs illis. & cõmixti sunt iter gẽtes & didicerũt opa eor/& seruierũt sculptilib9 eorũ: & factũ est illis in scandalũ.
Et imolauerunt filios su/os et filias suas dæmõijs & effudẽrunt sanguinem innocentem: sanguinẽ filiorum suorum & filiarũ quos sacrificauerũt sculptilibus chanaan.
Infecta est terra in sanguinibus: & cõtaminata est in operibus eorum.
Et fornicati sunt i obseruationibus suis/& iratus est animo dñs in populũ suum: & abhominat9 est hereditatem suam.
Et tradidit eos in man9 gentiũ:& dominati sunt eorum qui oderunt eos.
Et tribulauerũt eos inimici eorum/& humiliati sunt sub manibus eorũ: sepe liberauit eos.
Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo: & humiliati sunt in suis iniquitatibus.
Et respexit eos cum tribularentur: cum exaudiret orationes eorum.
Et memor fuit testameti sui: & pœnituit eũ scdm multitudinem mie sue.
Et dedit eos in misericordias:in conspectu omniũ qui eos ceperant.
Saluos nos fac domine deus noster & congrega

quos dixit dominus eis.
Et cõmixti sunt gẽtibus & didicerũt opa eorũ/& seruierũt sculptilib9 eor: & factũ est eis in scãdalũ.
Et imolauerũt filios suos et filias suas dæmõib9
Et effudẽrũt sanguinem innocentem/sanguinẽ filiorum suorum & filiarũ suarum: quos immolauerũt sculptilib9 chanaan.
Et polluta est terra sanguinibus & coinquinati sunt in operibus suis: & fornicati sunt in studijs suis.
Iratus est itaq3 furor dñi in populũ suũ:& abominatus est hereditatẽ suã.
Et dedit eos in manu gẽtium:& domiati sunt eorunt qui oderunt eos.
Et afflixerunt eos inimici eorũ: & humiliati sunt sub manu eorum.
Multis vicibus liberauit eos/ipi vero prouocabãt in consilijs suis:& humiliati sunt propter iniquitatem suam.
Et vidit tribulationem eorum: cum audiret eos rogantes.
Et recordat9 est pacti sui cũ eis:et pœnituit eũ secũ dũ multitudinẽ mie sue.
Et dedit eos miserabiles: coram omnibus qui ceperant eos.
Saua nos domine deus noster: & congrega nos

GALL. ROM. HEB.

nos de nationibus. nos de nationibus/vt cõfiteamur nomini ſancto tuo:& gloriemur in laude tua. de gentibus.
46 Vt confiteamur nomini ſancto tuo: & gloriemur in laude tua. Vt confiteamur nomini ſancto tuo: & canamus laudantes te.
47 Bñdictus dñs deꝰ iſraęl a ſęculo & vſqꝫ in ſęlm:et dicet oĩs populꝰ fiat fiat. Bñdictus dñs deꝰ iſraęl a ſęculo & vſqꝫ in ſęlm:& dicet oĩs populꝰ fiat fiat. Bñdictꝰ dñs deꝰ iſrł ab ętno & vſqꝫ in ętern̄ũ:& dicet oĩs ppłs amē amē.

TITVLVS.HALELV IA/HALELV IA.Hic item pſalmus laus veteris ſynagogæ myſtęria in ſymbolis occulta continens. EPOS pſalmi.

1 Dicite qꝫ bonus eſt dñs/miſerator in æuum.
2 Sed qs quãta poteſt/q̃ dignꝰ laude loquęt?
3 Qui lęgẽ obſeruãt faciũtqꝫ illã vſqꝫ/beati.
4 Nos memorare deus veteri dę lęge precantes
Daqꝫ tuum MESIAN populo/nos viſitet ille.
5 Daqꝫ ęlęctorum bona lætitiamqꝫ vidęre:
Et cum ſorte tua noſtras coniungere laudęs.
6 Nos licet indignos tanto fateamur honore:
Cum patribꝰ ſcelere obſtricti factiſqꝫ nefandis.
7 Mira nec in Taneis intellexęre parentes
Quos tam magna tuæ pietatis copia fugit.
8 Nãqꝫ irritauęre deum cum littus erythron
Ingreſſuri eſſent/hęc aiunt noſtra ſepulcra.
9 At pater omnipotens quia ſit pius ęruit illos
Vt foret & toti ſua nota potentia mundo.
10 Increpuitqꝫ mare/atqꝫ mare exſiccaſ erythron
Et veluti in ſicco ſic hos deduxit abyſſis.
11 Dęqꝫ poteſtate oſorum ſaluauit & hoſtis
12 Obruit vnda ſuos hoſtęs/nec diffugit vnus
13 Verbis facta fidęs tunc eſt/laudęſqꝫ dedęre.
14 At cito dęſiſtunt/operũqꝫ obliuio cœpit.
15 Et male gliſcentes epulas/deſerta per ampla
Tentauęre deum/loca quois non affuit humor.
16 Quos epulis quantũ cuperent ſatiauit & vndis
17 Mox ſtimulãt Moſen/Aaronqꝫ ad ſacra miniſtrũ.
18 Terra Dathan abſorbet hiãs/abſorbet Abiron.
19 Erũpitqꝫ ignis coniuratoſqꝫ perurit.
20 In Choręb vitulũ conflant/conflatile adorant.
21 Et ſimilis vituli pratum paſcentis & herbas
Effigięs illis pro ſummo eſt gloria ręge.
22 Suntqꝫ deum obliti qui fortiter ęruit illos.
Fęcit in ægypto magnalia/quiqꝫ ſolum Cham
Prodigijs impłęuit/& horrificis mare rubrum.
23 Dixit vt ęlidam populum hunc nę flecte furorem
24 Hoc dixit Moſi. prece Moſęs obſtitit illi.
Contempſęre ſolum pactum ac optabile valde
Malentes ſerui ad Mephitica regna reuerti.
25 Et domini verbis incręduła turba remanſit
Et querula/& dñi nunq̃ obſequioſa loquęlæ
26 Quapropter querulos omnes confęcit eręmus.
27 Et natos dñs gentes ſpartiſſet in omnes
Ni Moſęs miti flexiſſet voce tonantem.
28 Vt Moabitiades comptæ allexęre puellæ
Non conſenſuræ niſi ſęcum ſacra litarent
Sacra nefanda dijs/infami ſacra priapo
Infamęqꝫ ritus acceptauęre priapi
Mactare & pueros & manducare litatos.
29 Actibus his deus vltricem ſuccenſus in iram
Solis in aduerſum iubet hos in ſtipite figi.
30 Dęſpicit hoc Zambri. reliquis plorantibus intrat
Ad Cozbin/turpi inter ſe/ſe crimine miſcent
Cũqꝫ vident omnes/Phinees non pertulit/& quo
Cinctus erat ferro qua peccant fixit vtrũqꝫ.
Placatus deus eſt Zęlo hoc Eleazare nati
31 Hocqꝫ datum illi ad iuſtitiam eſt/& plaga receſſit.
32 Qui ſuperant ad aquas Moſiqꝫ/deoqꝫ moleſti
33 Qꝫ fuerint:hęc ore dei ſententia lata eſt.
Non dęlęturos gentes quas dixerat illis.
34 Gentibus imixti moręs didicęre malignos
Sculptilibus fudęre preces/hoc dędecus illis.
35 Dæmonibus nati & natæ iugulantur in aris.
36 Sanguis natorum & natarum ęffunditur inſons:
Qui ſtatuis Canaam manibus cecidęre parentũ.
37 Tellus infecta eſt illo madefacta cruore
Inqꝫ illorum actis/contempto principe rerum
38 Qui ſprętus iuſta in populũ hunc excanduit ira
Atqꝫ ſuam ſpręuit tanta ob mala crimina fortẽ.
39 Gentibus infenſis dominandos tradidit illos.
40 Hoſtibus afflictos miſeratus ſæpe redęmit.
41 Conſilijſqꝫ illorum extincta accenditur ira
Dantqꝫ ſuo pœnas ſceleri ęrũniſqꝫ premuntur
42 Vidit at oppreſſos deus/audiuitqꝫ precantęs
43 Ipſe ſuæ lęgis memor/indoluitqꝫ miſertus
44 Dans veniam/atqꝫ illis(oſore vidente)pepercit.
CO ſuperimenſi IHESV ſapientia patris
Quid totięs lęgi/Moſiqꝫ/deoqꝫ repugnant
Myſtica contẽnunt prenuncia ſigna futuri
Quę tę venturũ monſtrabant:illa quid inquã
Nobis inſinuant:niſi q̃ tę hominẽqꝫ deũqꝫ
Aduerſaturi malegrata mente negarent.
Quid prior in varias ſignat diſperſio gentes
Hanc niſi quam ſparſi toto patiuntur in orbe?
45 Donec tę verũ agnoſcãt MESIAN/veniãqꝫ precent.
Et dicant fido deprompta pectore voce
Collige nos dñe ę cunctis regionibus orbis
46 Nam deus es noſter/ſanctum cognoſcere nomen
Tu concęde tuum/ſit laus tua gloria noſtra.
47 Tu benedicaris per ſæcula aduſqꝫ & in æuum
O dñe o deus iſrælis qui ſuſpicit ad te
Ingeminetqꝫ omnis gentis cognatio fiat.

ADVERTE. quarto versu. memẽto nostri dñe in bñplacito populi tui: ex hebræo/recordare mei dñe in repropiciatione populi tui. id igitur beneplacito nõ respicit populũ sed deum: vt intelligamus memẽto nostri dñe in beneplacito populi tui/id est memẽto dñe in bñplacito tuo populi tui. ¶ Quinto versu. ad videndũ in bonitate electorũ tuorũ/ad letandum in letitia gentis tue/et laueris cũ hereditate tua: ex hebræo intelligibili⁹/vt videã bona electo⁹ tuo⁹ & letẽr in letitia gẽtis tue/& exultem cum hereditate tua. quare iuxta authoritatẽ Hieronymi concinnare possemus versum nostrũ hoc pacto. vt videamus bona electorum tuorum/et letemur in letitia gẽtis tue/vt exultemus cum hereditate tua. ¶ Quartodecimo versu. cito fecerunt obliti sunt. fecerunt/superfluum videtur. nam id solum habemus ex hebræo cito obliti sunt & grece εταχυναν επελαθοντο/accelerauerunt/obliti sunt. ¶ Vicesimo versu. & adorauerunt sculptile: ex hebræo & adorauerũt cõflatile. & hoc accõmodati⁹ videtur. nam in exodo de Aaron legitur: formauit opere fusorio/& fecit ex eis vitulum conflatilẽ. neq; de sculptili sed de conflatili per totum legitur/nisi forte sculptile & cõflatile confundere velis. Sed posq̃ venerunt in terram chananæorũ: adorauerũt sculptilia. de quibus versus 34 & 37. ¶ Vicesimooctauo versu. beelphegor. id idolũ ignominie. & erat quẽ stulta gentilitas deum ortorũ colebat/nunc alcinoum/nunc vertũnum/nũc ianum/nunc priapum appellans. cuius adhuc cum magno dedecore apud eos qui sapiunt: circũferuntur priapæa virgilij. que vtinam vltrix flãma ante authorem populata fuisset: vt saltem si nõ omnino purus/minus tamen in eglogis georgicis & eneide eius/impurus legeretur.

HALELV IA. CVI.

1 CONfitemini domio quoniã bon⁹: qm̃ in sęculũ misericordia eius.
2 Dicant qui redẽpti sunt a domino/quos redęmit de manu ĩimici: de regionibus congregauit eos.
3 A solis ortu et occasu: ab aquilone & mari.
4 Errauerũt in solitudine in inaquoso: viã ciuitatis habitaculi nõ inuęnerũt.
5 Esurientes & sitientes: anima eorũ in ipsis defecit.
6 Et clamauerũt ad dñm cũ tribularẽt: & de necessitatib⁹ eorũ eripuit eos.
7 Et dęduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis.
8 Confiteantur dño misericordie eius: & mirabilia eius filijs hominum.
9 Quia satiauit animã inanem: & animam ęsuriẽtem satiauit bonis.
10 Sedentes in tenebris & vmbra mortis: vinctos in

HALELV IA. CVI.

CONfitemini domio qm̃ bon⁹: qm̃ in sęculum misericordia eius.
Dicant nunc qui redẽpti sunt a dño/quos redęmit de manu inimici. & de regionibus cõgregauit eos
A solis ortu et occasu: ab aquilone & mari.
Errauerũt in solitudine in siccitate: viam ciuitatis habitatiõis nõ inuęnerũt.
Esurientes & sitiẽtes: anima eorũ in ipsis defecit.
Et clamauerũt ad dñm cũ tribularẽt: & de necessitatib⁹ eo⁹ liberauit eos
Et ęduxit eos in viam rectam: vt irẽt in ciuitatem habitationis.
Confiteantur dño misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum.
Quia satiauit animã inanem: & animam ęsuriẽtem satiauit bonis.
Sedẽtes i tenebris et ĩ vmbra mortis: vinculis liga-

HALELV IA. CVII

CONfitemini domio qm̃ bonus: quoniã in ęternũ misericordia ei⁹
Dicant qui redẽpti sunt a domino: quos redęmit de manu hostis.
Et de terris congregauit eos: ab oriente & occidẽte/ab aquilone & mari.
Errauerunt in solitudine ĩ deserta via: ciuitatẽ q̃ habitaret nõ repperęrunt.
Esurientes & sitiẽtes: aia eorũ in ipsis deficiębat.
Et clamauerũt ad dñm in tribulatione sua: de afflictione eorũ eripuit eos
Et duxit illos per viã rectam: vt venirẽt in ciuitatem habitabilem.
Confiteantur dño misericordiam eius: et mirabilia eius in filios hominũ.
Quia saturauit aiam vacuam: & animam ęsuriẽtem implęuit bonis.
Habitates in tenebris et vmbra mortis: alligatos

GALL.	ROM.	HEB.
mendicitate & ferro.	tos in mẽdicitate & ferro	inopia & ferro.
11 Quia exacerbauerũt ẽlo quia dei: & consilium altissimi irritauerunt.	Quia exacerbauerũt ẽlo quium dñi: & consilium altissimi irritauerunt.	Quia prouocauerũt sermones dei: & consiliũ excelsi blasphemauerunt.
12 Et hũiliatũ est in laboribus cor eorum: infirmati sunt nec fuit q adiuuaret	Et hũiliatũ est in laboribus cor eorũ: ifirmati sũt nec fuit qui adiuuaret.	Et humiliauit in labore cor eorũ: cecidẽrũt & nõ erat qui adiuuaret.
13 Et clamauerũt ad dñm cũ tribularẽt: & de necessitatib9 eor̃ liberauit eos	Et clamauerunt ad dñm cũ tribularẽt: & de necessitaitb9 eor̃ liberauit eos	Et clamauerunt ad dñm ĩ tribulatiõe sua: & de angustijs eorũ saluauit eos.
14 Et ẽduxit eos de tenebris & vmbra mortis: & vincula eorum disrupit.	Et ẽduxit eos de tenebris & vmbra mortis: & vincula eorum disrupit.	Et ẽduxit eos de tenebris & vmbra mortis: & vincula eorum disrupit.
15 Cõfiteant dño mie ei9: et mirabilia ei9 filijs hoim.	Cõfiteant dño mie ei9: et mirabilia ei9 filijs hoim.	Cõfiteãt dño mia; ei9: et mirabilia ei9 ĩ filios hoim
16 Quia contriuit portas æreas et vectes ferreos cõfrẽgit.	Quia contriuit portas æreas: & vectes ferreos confrẽgit.	Quia contriuit portas æreas: & vectes ferreos cõfrẽgit.
17 Suscẽpit eos de via iiqtatis eorũ: ꝓpter iniustitias eni suas humiliati sunt.	Suscẽpit eos de via iiquitatis eor̃: ꝓpter iiustitias eni suas humiliati sunt.	Stultos propter viã sceleris eorũ: & propter iniquitates afflictos.
18 Omnẽ escã abomiata est aia eor̃: & appropinq̃uerũt vsq; ad portas mortis	Omnẽ escã abomiata est aia eor̃: & appropiauerũt vsq; ad portas mortis	Omnẽ cibũ abominata est aia eorũ: & accesserũt ad portas mortis.
19 Et clamauerunt ad dñm cũ tribularẽt: et de necessitatib9 eor̃ liberauit eos	Et clamauerunt ad dñm cũ tribularẽt: & de necessitatib9 eor̃ liberauit eos	Et clamauerũt ad dñm in tribulatiõe sua: de angustijs eorũ saluauit eos.
20 Misit verbum suũ & sanauit eos: & ẽripuit eos de interitionibus eorum.	Misit verbũ suũ & sanauit eos: & ẽripuit eos de interitu eorum.	Misit verbum suũ & sanauit eos: & saluauit eos de interitu.
21 Cõfiteant dño mie ei9: et mirabilia ei9 filijs hoim.	Cõfiteant dño mie ei9 et mirabilia ei9 filijs hoim.	Cõfiteãt dño mia; ei9: et mirabilia ei9 ĩ filios hoim
22 Et sacrificent sacrificium laudis: & annũcient opera eius in exultatione.	Et sacrificent sacrificium laudis: & annunciẽt opera eius in exultatione.	Et immolẽt hostias gratiarum: & narrent opera eius in laude.
23 Qui descendunt mare in nauibus: faciẽtes operationem in aquis multis.	Qui descendunt mare in nauibus: faciẽtes opationes in aquis multis.	Qui descendunt mare in nauibus: facientes opus in aquis multis.
24 Ipsi vidẽrunt opa dñi: & mirabilia ei9 in ꝑfundo.	Ipsi vidẽrũt opa dñi: & mirabilia ei9 in ꝑfundo.	Ipsi vidẽrũt opa dñi: & mirabilia ei9 in ꝑfundo.
25 Dixit & stetit spũs procelle: & exaltati sunt flu-	Dixit & stetit spũs procelle: & exaltati sunt flu-	Dixit & surrexit ventus tempestatis: & ẽleuauit

ctus eius.
26 Ascendũt vsq; ad cælos & dęscẽdũt vsq; ad abyssos: anima eorum in malis tabescębat.
27 Turbati sunt & moti sũt sicut ębrius: & omnis sapientia eorũ dęuorata est
28 Et clamauęrũt ad dñm cũ tribularẽt: & de necessitatibus eoꝝ ęduxit eos.
29 Et statuit procellam eius in auram: & siluęrunt fluctus eius.
30 Et lętati sunt quia siluęrũt: & dęduxit eos in portum voluntatis eorum.
31 Confiteantur dño misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum.
32 Et exaltent eum in ecclęsia plębis: & in cathedra seniorum laudent eum.
33 Posuit flumia in dęsertũ: & exitus aquarũ in sitim
34 Terram fructiferam in salsuginem: a malitia inhabitantium in ea.
35 Posuit dęsertũ in stagna aquarum: & terram sine aqua in exitus aquarum
36 Et collocauit illic ęsurientes: & constituęrunt ciuitatem habitationis.
37 Et seminauęrũt agros & plãtauęrũt vineas: et fęcęrunt fructum natiuitatis.
38 Et benedixit eis et multiplicati sũt nimis: & iumẽta eorũ non minorauit.
39 Et pauci facti sunt: & ve-

ctus eius.
Ascendũt vsq; ad cælos & dęscẽdũt vsq; ad abyssos: anima eorum in malis tabescębat.
Turbati sunt et moti sũt sicut ębrius: & omnis sapientia eorũ dęglutita est
Et clamauęrunt ad dñm cũ tribularẽt: & de necessitatib⁹ eoꝝ liberauit eos
Et statuit procellam in auram & siluęrũt fluctus eius: & lętati sunt ꝙ siluęrunt.
Et ęduxit eos in portum volũtatis eoꝝ: & de necessitatib⁹ eoꝝ liberauit eos
Confiteantur dño misericordie eius: et mirabilia eius filijs hominum.
Et exaltent eum in ecclęsia plębis: & in cathedra seniorum laudent eum.
Quia posuit flumia ī dęsertũ: & exit⁹ aquaꝝ i siti
Terram fructiferã in salsuginem: a malitia inhabitantium in ea.
Posuit dęsertũ in stagna aque: et terram sine aqua in exitus aquarum.
Et collocauit illic ęsurientes: & constituęrunt ciuitatem habitationis.
Et seminauęrũt agros & plãtauęrũt vineas: et fęcęrunt fructum natiuitatis.
Et bñdixit eos et multiplicati sũt nimis: & iumẽta eoꝝ nõ sunt minorata
Pauci facti sunt: & ve-

gurgites eius.
Ascendunt in cælum & dęscendunt in abyssos: anima eorum in afflictione consumitur.
Obstupuęrũt & itremuęrũt q̃si ębri⁹: & vniuersa sapiẽtia eorũ absorpta est
Clamabũt autẽ ad dñm in tribulatione sua: & de angustia ęducet eos.
Statuet turbinẽ in tranquillitatem: & silębunt fluctus eius.
Lętabũtur quoniã quięuerunt: et dęducet eos ad portum quem voluęrũt.
Confiteantur dño misericordiam eius: et mirabilia eius in filios hominũ.
Et exaltent eum in ecclęsia populi: & in cathedra seniorum laudent eum.
Ponet flumia in dęsertũ: & fontes aquarũ in sitim
Terram fructiferam in salsuginem: pre malitia habitatorum eius.
Ponet dęsertum in paludes aquarum: & terram inuiam fontes aquarum
Et collocauit ibi ęsurientes: et formabunt vrbem ad habitãdum.
Et serent agros & plantabunt vineas: & facient fruges germina.
Et benedicet eis & multiplicabũtur nimis: & pecora eorum non minuet.
Imminuta sũt autem &

GALL.

xati ſunt a tribulatione
malorum & dolore.
40 Effuſa eſt contentio ſup
principes : & errare fęcit
eos in inuio & nō in via.
41 Et adiuuit pauperem de
inopia : & poſuit ſicut
oues familias.
42 Vidębūt recti & lętabū-
tur : & omnis iniquitas
oppilabit os ſuum.
43 Quis ſapiēs & cuſtodiet
hec: & itelliget miſericor-
dias domini?

ROM.

xati ſunt a tribulatione
malorum & dolorum.
Effuſa eſt cōtentio ſuper
principes eorū: et ſęduxę
rūt eos in iuio & nō i via
Et adiuuabit pauperem
de inopia: & poſuit ſicut
oues familias.
Vidębūt recti & lętabū-
tur: & omnis iiquitas op
pilauit os ſuum.
Quis ſapiēs & cuſtodiet
hec? & tunc intelliget mi-
ſericordias domini?

HEB.

afflicta: propter anguſtiā
mali & doloris.
Et effundet dęſpectionē
ſup pricipes: et errare eoſ
faciet i ſolitudine de via.
Et ſubleuabit pauperē
de inopia: & ponet quaſi
gregem familias.
Vidębūt recti & lętabū-
tur: & omnis iiquitas cō-
trahet os ſuum.
Quis ſapiēs & cuſtodiet
hec: & itelliget miſericor
dias domini?

TITVLVS. HALELV IA. Pſalmꝰ : laus diuina de Chriſto domino/de populo redempto/de ſy-
nagoga ad fidem ſalutaris conuertenda continens prophetiam. EPOS pſalmi.

1 QVod bonꝰ eſt dñs/quoniā miſerator in æuū
2 Iſ dicāt/a te qui ſūt pie CHRISTE redēpti.
Quoſcꝫ redęmiſti truculēta e fauce maligni
Collectos ad te/ex cunctis regionibus orbis.
3 Solis ab exortu/occaſucꝫ aquilone notocꝫ.
4 In ſterili mundo errabant vbi & arida cuncta.
Ducere quæ valet ad cælū via nulla patębat.
5 Et cibus & potus dæerant & dogma ſalutis.
Nulla ſalus animis/omnis ſine fine peribat.
6 At pater omnipotens illos miſeratus ab alto
Ad ſę clamantes hac omni mole leuauit.
7 Direxitꝫ via/ cæli quæ ducit ad vrbem
8 Quæ pietas eius bonitas q̄ mira loquamur.
9 Qui vacuā mentē paſcens / bonitate repleuit.
10 In tenebris mortiſcꝫ vmbroſæ horrore ſedębāt
Mendici & ferro ſtygio ſub principe vincti
11 Q, domini ęloquium/q, conſiliū irritarant.
12 Nullus opem q̄is cōfectis morte/ferębat.
13 At pater oipotens illos miſeratus ab alto
Ad ſę clamātes hac omni mole leuauit
14 Et tulit ę tenebris/necis vmbra: & vincula rupit
15 Quæ pietas eius/bonitas q̄ mira loquamur.
16 Nam ſtyge confracta ferrata repagula fręgit
17 Dęcꝫ lacu extraxit/ſcelus in que merſerat illos
18 Mens foribus lęti hęrens oēm fugerat eſcam.
19 At pater omnipotens illos miſeratus ab alto
Ad ſę clamantes hac omni mole leuauit
20 Atcꝫ ſuum verbū miſit/ſanauit & illos
Eripuitcꝫ malo interitu/fatocꝫ ſupremo.
21 Quæ pietas eius/bonitas q̄ mira loquamur.
22 Libamen laudis paniſcꝫ mericꝫ litemus.
Narręmuſcꝫ opera illius ſolatia mentis.
23 Diſcipuli dominū qui ſunt in naue ſecuti
Sparſęruntcꝫ fidem cunctis in gentibus olim
24 Vidęrunt opera ipſa dei & miracula in alto
25 Nam validę vt voluit cōmouit ſpūs vndas
Intumuitcꝫ maris(dū dormit)vaſta procella.
26 Diſcipuli ad cælos tolli hinc & ad ima relabi
Tartara ſę crędunt/aio mala ferre nequibant.
27 Attonitis omnis ceu potis ſenſus ademptus
28 CHRISTVS at oipotēs timidos miſeratꝰ & ægros
Ad ſę clamantes hac omni mole leuauit
29 Increpuit ventum ſubitocꝫ eſt verſus in aurā
Prætumidū domuitcꝫ ſalum fluctuſcꝫ repreſſit.
30 Hac cauſa & lætos tuta in ſtatione locauit
31 Quæ pietas eius/bonitas q̄ mira loquamur.
32 Exaltetcꝫ illum orthodoxæ eccleſia plębis/
Pontificum cathedra exaltetcꝫ & prædicet illū.
33 Qui poſuit iudæam quā doctrina rigarat
Dęſertam/necꝫ dans vltra hęc doctrina ſalutē.
34 Terra ſalutifera olim/nūc ſalſugine plęna eſt.
Quid cauſæ eſt: vita hoc habitantū peſſima fęcit.
35 Et gentęs poſuit doctrinæ in ſtagna relictas:
Arida quæ fuerat terram dedit eſſe ſalubrem.
36 In qua qui fuerant epuli vitalis egeni:
Collocat ad cæli ſtatuitcꝫ habitacula ciues.
37 Excolųere animos crędųere arbuſtula morum
Fęcęre & fructum deus ad quem condidit illos.
38 Et benedixit eis auxitcꝫ malitiꝫ pepercit
Qui pecudum vitam vtuendo more trahebant
39 Et iuſti in paucos iunt hac ratione redacti
Quos labor afflixit pariterꝫ & plaga malorū.
40 Præfęcitcꝫ malis ſimiles deus/omne nefandum
Qui facere audęrent fidei pietate relicta.
41 CHRISTVS at oipotes inopes miſerabit & quos
Eximet hos vt oues vno concludet ouilli.
42 Gaudębunt recti fœlicia tanta videntes.
Cum ſua nequitiꝫ omnis/concluſerit ora
Hæreſis atcꝫ ſuus ſimul hæreſiarcha peribit
Sed nec erunt vltra pro veris falſa recepta.
Nam vero regnāte deo vno & pricipe CHRISTO
Vera fides vera & lex vitaq; & omnia vera.
Quis ſapiēs aio hęc meditans & quæ tua IHESV
IHESV cuncta regens/miſeratio mente volutat?

ADVERTE. Et si p̄cedēs ad veterē synagogā: p̄sentē tamē psalmū ex secūdo versu ad redēptos/id est ecclesiā & filij dei cultores pertinēre/& apertā nonnullorū que Christus dñs & dixit & gessit cōtinere prophetiam. dicit enim dominus in Matthēo/dico autem vobis q̄ multi ab oriente & occidēte venient/& recumbent cū abraham/ isaac & iacob in regno cælorum. et partim secundus et tertius versus id continent: de regionibus congregauit eos/a solis ortu & occasu ab aquilone & mari. Et Matthei sacra historia, quarta autem hora noctis: venit dominus ad eos ambulans supra mare. & videntes eum supra mare ambulantem: turbati sunt/dicentes. quia phātasma est. et pre timore clamauerunt. statimq; IHESVS locutus est eis dicens. habete fiduciā/ego sum: nolite timere. & Petrus ad verbum eius descendens de nauicula: ambulabat super aquas/vt veniret ād eum. vidēs vero vētum validum: timuit. et cum cepisset mergi: clamauit dicens. dñe saluū me fac. & cōtinuo IHESVS extendens manū: apprehēdit eum/& ait illi. modice fidei: quare dubitasti? & cum ascendisset in nauiculam: cessauit ventus. qui autē in nauicula erant: venerūt & adorauerunt eum/ dicentes. vere filius dei es. Sed & idem Mattheus alibi. et ascendente eo in nauiculā: secuti sunt eum discipuli eius. et ecce motus magnus factus est in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus. ipse vero dormiebat. & accesserunt ad eum discipuli eius: et suscitauerunt eum/ dicentes. dñe salua nos: perimus. et dixit eis IHESVS. quid timidi estis modice fidei? tunc surgens imperauit ventis & mari: & facta est tranquillitas magna. porro homines mirati sunt: dicētes. qualis est hic: quia venti & mare obediūt ei? Et p̄pheta hic: a vicesimotertio versu ad 30 ait. Qui descendūt mare in nauibus: facientes operationem in aquis multis/Ipsi viderunt opera domini: & mirabilia eius in profundo. dixit & stetit spiritus procelle: & exaltati sunt fluctus eius. Ascendunt vsq; ad cælos et descendunt vsq; ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt et moti sunt sicut ebrius: et vniuersa sapientia eorū deuorata est. Et clamauerunt ad dñm cum tribularentur: et de necessitatibus eorū eduxit eos. Et statuit procellam eius in auram: et siluerunt fluctus eius. ¶ Id tamen aduerte vicesimoquinto versu/ vbi legimus dixit et stetit spiritus procelle: Hieronymū ex hebræo habere/dixit et surrexit ventus tempestatis. quod rectius videtur. nam spiritum procelle sisti siue stare/et surgere: opposita videntur. siquidem illud sedari et tranquillari: hoc vero agitari et turbari significat. et quo modo etiam stabat spiritus procelle: si eleuati et exaltati sunt fluctus eius? priora sequentibus videntur aduersa. et q̄ non hic de statione et cessatione spiritus procelle agatur: ostendit vndetricesimus versus/qui illam sedationem/tranquillitatemq; insinuat. et statuit (inquit) procellam eius in auram. quod sacer Hieronymus apertius interpretatur/excepto quod per futurum loquitur hoc pacto, statuet turbinem in trāquillitatem. Tralationes/in ceteris facile conciliabuntur.

¶Canticum psalmꝰ Dauid. CVII.

1 PAratum cor meum deꝰ/paratū cor meū: cantabo et psallam in gloria mea.

2 Exurge psalterīū et cithara: exurgam diluculo.

3 Confitebor tibi in populis domine: et psallam tibi in nationibus.

4 Quia magna super cælos misericordia tua: et vsq; ad nubes veritas tua.

5 Exaltare super cælos deus et; super omnem terrā gloria tua: vt liberētur dilecti tui.

¶Canticū psalmus Dauid. CVII.

PAratum cor meum deus paratū cor meum: cantabo et psalmum dicam domino.

Exurge gloria mea exurge psalterium et cithara: exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis domine: et psalmū dicam tibi inter gentes.

Qm̄ magnificata est vsq; ad cælos mia tua: et vsq; ad nubes veritas tua.

Exaltare super cælos deꝰ et super omnem terram gloria tua: vt liberentur electi tui.

¶Canticum psalmus Dauid. CVIII.

PAratum cor meum deus; cātabo et psallam/sed et gloria mea.

Consurge psalterium et cithara: consurgā mane.

Confitebor tibi in populis domine: et cantabo te in nationibus.

Qm̄ magna sup cælos misericordia tua: et vsq; ad æthera veritas tua.

Exaltare super cælos deus: et super omnem terram gloria tua.

Vt liberentur dilecti tui:

GALL.	ROM.	HEB.
6 Saluum fac dextera tua & exaudi me: deus locutus est in sancto suo.	Saluum me fac dextera tua et exaudi me/deus locutus est in sancto suo/lętabor et diuidā sichimā:	salua dextera tua et exaudi me.
7 Exultabo & diuidam sichimā: & conuallē tabernaculorum dimętiar.	et conuallem tabernaculorum mętibor.	Deꝰ locutꝰ est ī sāctuario suo: gaudębo diuidam sichem et vallē sochot dęmętiar.
8 Meus est galaad & meꝰ est manasses: et ephraim susceptio capitis mei.	Meus est galaad et meꝰ ē manasses: et ephrē fortitudo capitis mei.	Meus est galaad et meꝰ ē manasse et ephraim hęreditas capitis mei.
9 Iuda rex meus: moab lebes spei mee.	Iuda rex meus moab olla spei mee/in idumæam extendam calciamētum	Iuda dux meus: moab lebes peluis mee.
10 In idumæā extendā calciamētū meū: michi alięnigene amici facti sunt.	meū: michi allophyli subditi sunt.	Super idumæā proijciā calciamentū meū: cū phi listim fœderabor.
11 Quis dęducet me in ciuitatem munitam: quis dęducet me vsq; in idumæam?	Quis dęducet me in ciuitatem munitam: aut quis dęducet me vsq; in idumæā?	Quis dęducet me in ciuitatem munitam: quis dęducet me vsq; in idumæam?
12 Nonne tu deꝰ qui repulisti nos? & nō exibis deus in virtutibus nostris?	Nonne tu deus qui repulisti nos? & nō egredięris deus in virtutibꝰ nostris?	Nonne tu deus qui pieceras nos: et non exieras deus in exercitibus nr̄is?
13 Da nobis auxiliū de tribulatione: quia vana salꝰ hominis.	Da nobis auxilium de tribulatione: & vana salus hominis.	Da nobis auxilium ī tribulatione: vana est enim salus ab homine.
14 In deo facięmus virtutē: et ipse ad nichilum dęducet inimicos nostros.	In deo facięmus virtutē: et ipse ad nichilum dęducet tribulantes nos.	In deo erimus fortes: et ipē cōculcabit hostes nostros.

TITVLVS. Canticū psalmi Dauid. Psalmus de Christo dño. Propheta in spiritu loquitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Paratū cor meū deus/paratum cor meū: cātabo et psallā in gloria 1
mea. prompta est anima mea ad te laudandū deus meus/prompta est anima mea: concinā & laudabo te/& hoc michi imputabitur ad decus & gloriā. Exurge psalteriū & cithara: exurgā diluculo. 2
excitare laus veteris & noue legis: hic Christꝰ dñs. excitabor diluculo/mane resurgā. Cōfitebor tibi in 3
pplis dñe: & psallā tibi in nationibꝰ. rursus ppheta. O Christe laus vetꝰ & laus noua/laudes tuas
patefaciā in populorū cōgregationibꝰ: et laudationes tuas concinam in gentibus. Quia magna est 4
super cælos misericordia tua: & vsq; ad nubes veritas tua. laudabo te ī gentibus dñe/quia ingens est
miseratio tua supra cælorū altitudinē qua genus humanū eleuas: & fides tua vsq; ad terre nouissima & altissima/cognita est. Exaltare super cælos deus & super oēm terrā gloria tua: vt liberent dilecti tui. quia tanta est misericordia tua et veritas tua tanta/ascende conditor & redēptor noster sup 5
omnē cælorū altitudinē/et hec assumptio et glorificatio tua sit in omni terra cognita/ quo cultores
tui te tuaq; sequētes a mortalitatis nexibus exuti rebusq; caducis eripiantur. Saluum fac dextera 6
tua & exaudi me: deus locutus est in sancto suo. salua seruos & cultores tuos fortitudine/benignitate & miseratione tua et audi me precantē: deus in me respondit sancto oraculo suo. Exultabo et di 7
uidam sichimam/et conuallem tabernaculorum dimetiar. ab hoc septimo vsq; ad duodecimum versum oraculum dei est et a duodecimo in finem psalmi vox prophete. atq; hoc oraculū et hi versus
vniuersi ex ordine respondent psalmi 59 versibus a septimo in finem eius/eademq; intelligentia.

ADVERTE Primo versu. paratū cor meū deus. ex hebræo non est resumptū: sed interpretes ad valentiorē affectus expressionē resumpsisse videntur. Ité secundā eiusdē primi versus particulam

cantabo & psallã in gloria mea: ex hebreo sic cõperio/cãtabo & psallã sed et gloria mea. quod hãc preferre videtur sententiã: cantabo & psallã sed & cantare & psallere tibi gloria mea est. ¶ Nono versu. iuda rex meus/moab olla spei mee: Hieronymus i psalmo 59 vertit iuda legifer meus & moab olla lauacri mei/hic autẽ vertit iuda dux meus & moab lebes peluis mee. sed non alius idcirco putetur intellectus.

¶In finem psalmus Dauid. CVIII.

1 DEus laudẽ meã nę tacueris: qa os peccatoris & os dolosi super me apertum est.
2 Locuti sũt aduersũ me lingua dolosa/& sermonib9 odij circũdedęrũt me: et expugnauęrt me gratis.
3 Pro eo vt me diligerent detrahębant michi: ego autem orabam.
4 Et posuęrunt aduersum me mala p bonis: & odiũ pro dilectione mea.
5 Constitue super eũ peccatorem: & diabolus stet a dextris eius.
6 Cum iudicatur exeat cõdemnatus: et oratio eius fiat in peccatum.
7 Fiãt dies ei9 pauci: et episcopatũ ei9 accipiat alter.
8 Fiant filij eius orphani: & vxor eius vidua.
9 Nutantes transferantur filij eius & mẽdicent: eijciantur de habitationib9 suis.
10 Scrutętur fœnerator omnem substantiam eius: & diripiant alieni labores eius.
11 Non sit illi adiutor: nec

¶In finem psalmus Dauid. CVIII.

DEus laudem meam nę tacueris: quia os peccatoris & dolosi super me apertum est.
Locuti sunt aduersu9 me lingua dolosa/& sermonib9 odij circũdedęrt me: et expugnauęrunt me gratis.
Pro eo vt diligerẽt me dętrahębant michi: ego autem orabam.
Posuęrunt aduersus me mala pro bonis: & odium pro dilectione mea.
Constitue super eũ peccatorem: & diabolus stet a dextris eius.
Cum iudicatur exeat cõdemnatus: & oratio eius fiat in peccatum.
Fiat habitatio eius dęserta: & non sit qui ihabitet in ea.
Fiant dies eius pauci: & epatũ eius accipiat alter.
Fiant filij eius orphani: & vxor eius vidua.
Commoti amoueantur filij eius et mendicẽt: eijciantur de habitationib9 suis.
Scrutętur fœnerator omnem substantiam eius: et diripiant alięni omnes labores eius.
Non sit illi adiũtor: nec

¶Victori Dauid psalm9 CVIIII.

DEus laudabilis michi nę taceas: qa os impij & os dolosi contra me apertum est.
Locuti sũt de me lingua mẽdacij/verbis odij circũ dedęrũt me: expugnauęrunt me frustra.
Pro eo qđ eos diligębam aduersabãtur michi: ego autem orabam.
Et posuęrunt contra me malum pro bono: & odium pro dilectione mea.
Constitues super eũ impium: & sathan stet a dextris eius.
Cum fuerit iudicat9 exeat condemnatus: & oratio eius sit in peccatum.
Fiant dies eius parui: episcopatũ ei9 accipiat alter
Sint filij eius pupilli: & vxor eius vidua.
Instabiles vagentur filij eius & mendicẽt: & quęrantur in parietinis suis.
Scrutęť exactor vniuersa que habet: & diripiant alięni labores eius.
Non sit qui eius miserea-

GALL.	ROM.	HEB.
sit qui misereatur pupillis eius.	sit qui misereatur pupillis eius.	tur: nec qui clemens sit in pupillos eius.
12 Fiant nati eius in interitum: in generatione vna deleatur nomẽ eius.	Fiant nati eius i interitũ: in vna generatione delea tur nomen eius.	Fiat nouissimũ eius interitus: in generatione altera deleatur nomen eius.
13 In memoriã redeat iniquitas patrũ eius in conspectu domini: et peccatũ matris eiꝰ non deleat.	In memoriã redeat iniquitas patrũ eius in conspectu domini: et peccatũ matris eius nõ deleat.	Redeat in memoriã iniquitas patrum eius apud deum: et iiquitas matris eius non deleatur
14 Fiant contra dominum sẽper/et dispereat de terra memoria eorum: pro eo ꝙ non est recordatus facere misericordiam.	Fiant contra dominum sẽper: vt dispereat de terra memoria eorum.	Sint cõtra dominũ semper: et itereat de terra memoria eorum.
15 Et persecutus est hominem inopem et mẽdicũ: et compũctũ corde mortificare.	Pro eo ꝙ non est recordatus facere misericordiam/et persecutus est hominem pauperem et mẽdicum: et compunctum corde morti tradidit.	Eo ꝙ non est recordatꝰ facere misericordiã/et ꝑsecutus est virum iopem et pauperẽ et compũctũ corde: vt interficeret.
16 Et dilexit maledictionẽ et veniet ei: et noluit bñdictionẽ et ꝓlõgabit ab eo.	Et dilexit maledictionẽ et veniet ei: et noluit bñdictionẽ et ꝓlõgabit ab eo.	Et dilexit maledictionẽ quę veniet ei: et noluit benedictionem quę ꝓlongabitur ab eo.
17 Et induit maledictionẽ sicut vestimentum/et intrauit sicut aqua in iterio ra eius: et sicut oleum in ossibus eius.	Et índuit se maledictionem sicut vestimentum: et ĩtrauit sicut aqua i interiora eius/et sicut oleũ in ossibus eius.	Et idutꝰ est maledictione quasi vestimento suo: et ingredietur quasi aqua in viscera eiꝰ/et quasi oleum in ossa eius.
18 Fiat ei sicut vestimentũ quo operitur: et sicut zona qua sẽper prꝯcingitur.	Fiat ei sicut vestimẽtum quo operiẽt: et sicut zona qua semper prꝯcingitur.	Sit ei q̃si palliũ quo circũ datur: & q̃si cingulũ quo semper accingitur.
19 Hoc opus eorũ qui detrahũt michi apud dñm: et qui loquunt mala adversus animã meam.	Hoc opus eorũ ꝙ detrahũt michi apud dñm: et qui loquunt mala aduersus animam meam.	Hec est retributio iis ꝙ aduersãtur michi a dño: et qui loquunt malũ contra animam meam.
20 Et tu dñe dñe fac mꝯcũ propter nomen tuũ: quia suauis misericordia tua.	Et tu dñe dñe fac mꝯcũ miam ꝓpter nomẽ tuũ: quia suauis est mia tua.	Tu autẽ dñe deꝰ fac mꝯcũ ꝓpter nomen tuũ: qm̃ bona est misericordia tua libera me.
21 Libera me quia egẽnꝰ et pauꝑ ego sũ: et cor meũ conturbatũ est intra me.	Libera me qm̃ egẽnus et pauꝑ sũ ego: et cor meũ conturbatum est in me.	Quoniam egẽnꝰ et pauper sum: & cor meũ vulneratum est intrinsecus.
22 Sicut vmbra cũ dꝯclinat ablatus sum: et excussus	Sicut vmbra cũ dꝯclinat ablatus sum: et excussus	Quasi vmbra cum inclinatur abductus sũ: et ex

	GALL.	ROM.	HEB.
	sum sicut locuste.	sum sicut locusta.	cussus quasi locusta.
23	Genua mea infirmata sũt a ieiunio: & caro mea immutata est propter oleũ.	Genua mea infirmata sũt pre ieiunio & caro mea ĩmutata est ꝓpter oleum: & ego factus sum oppro brium illis.	Genua mea vacillaueꝛũt a ieiunio & caro mea mutata est absq; oleo/& ego factus sum opprobrium eis: videtes me mouerũt caput suum.
24	Et ego factus sũ oppro briũ illis: vidꝛunt me et mouꝛunt capita sua.	Viderũt me & mouerũt capita sua: adiuua me domine deꝰ meꝰ & saluum me fac ꝓpter miam tuã.	Adiuua me domine deꝰ meus: salua me secundũ misericordiam tuam.
25	Adiuua me domine deus meus: saluum me fac scđm misericordiã tuam.	Vt sciãt qa manꝰ tua hec: & tu dñe fꝛeciſti ea.	Et sciant qm̃ manus tua hec: tu dñe fꝛeciſti ea.
26	Et sciãt qa manꝰ tua hec: & tu dñe fꝛeciſti eam.	Maledicẽt illi & tu benedices/ qui insurgũt in me confundãtur: seruus autem tuus lꝛetabitur.	Maledicent illi & tu benedices/reſtitꝛerunt & cõfundentur: seruus autem tuus lꝛetabitur.
27	Maledicẽt illi & benedices/ qui insurgunt in me confundantur: seruus autem tuus lꝛetabitur.	Induanť q dꝛetrahũt michi reuerẽtia: & operiãť si cut diploide cõfusiõe sua	Induanť aduersarij mei cõfusione: operiantur q̃si veſtimẽto cõfusione sua.
28	Induanť q dꝛetrahũt michi pudore: & opiãť sicut diploide confusione sua.	Confitꝛebor domino nimis in ore meo: & in medio multorũ laudabo eũ.	Cõfitꝛebor dño vehemẽter ĩ ore meo: & ĩ medio populorũ laudabo eum.
29	Cõfitꝛebor dño nimis in ore meo: & ĩ medio multorum laudabo eum.	Quia astitit a dextris pauꝑis: vt saluã faceret a ꝑsequentibꝰ aiam meã.	Qm̃ stabit a dextris pauperis: vt saluet a iudicibꝰ animam eius.
30	Quia astitit a dextris pauꝑis: vt saluã faceret a ꝑsequentibꝰ aiam meam		

TITVLVS. Ad victoriã psalmus Dauid. Psalmus de Christo domino. propheta in spiritu inducit Christum ad patrem.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Deus laudẽ meã ne tacueris: quia os peccatoris & os dolosi super me apertũ est. eterne pater laus mea & preconiũ meũ ne dissimulaueris/ne substraxeris a me auxi-
2 lium tuũ: quia conciliũ iniquũ et familiaris proditor meus contra me sermonẽ suũ laxauerũt. Locuti sunt aduersũ me lingua dolosa & sermonibus odij circũdederũt me: & expugnauerũt me gratis,
3 verba in me fuderũt/ore subdolo et fallaci/& cõsilijs maleuolentie circũuenerũt me: & nullo meri-
4 to/nulla causa adiudicauerũt me morti. Pro eo vt me diligerẽt detrahebant michi: ego autem orabam. pro beneficijs/pro dilectionis operibꝰ que ostẽdi eis/ipsi blasphęmabãt me & aduersabantur michi: ego vero pro ipsis rogabã patrẽ. Et posuerunt aduersũ me mala pro bonis: & odiũ pro di-
5 lectione mea. & econtrario cũ bonũ ipsis impenderim/malũ rependerunt: cum ipsos dilexerim/ipsi odio in me exarserũt. Cõstitue super eũ peccatorẽ/& diabolus stet a dextris eius. O pater eterne cũ ipsi incurabiles sint/et exhibitione bonorũ flectanť ad malũ/& dilectione ad odiũ/super hunc popu-
6 lum/familiarẽ traditorẽ & suũ conciliũ prefice impiũ/trade eũ potestati maligni/& princeps tene-
7 brarum preualeat ei. Cũ iudicatur exeat condẽnatus: et oratio eius fiat in peccatũ. populus hic/traditor & complex eius cũ veniet ad tribunal iudicij tui/discedens sententiã condẽnationis ferat: &
8 venie supplicatio reputetur ei in criminis augmentũ. Fiant dies eius pauci: & episcopatũ eius accipiat alter. paruo tempore dignus hac luce habeať: et in prelatura populi huius/traditoris et com-
9 plicum eius sufficiať alius. Fiant filij eiꝰ orphani: & vxor eiꝰ vidua. priuenť liberi populi huius parẽtibus suis: & synagoga eius relinquatur absq; pastore. Nutãtes transferantur filij eius & mendicẽt: et ejciantur de habitationibus suis. vacillãtes in exiliũ mittantur posteri eius/& erũnosa mendicita-
10 tis calamitate premãtur: neq; eis i macerus eorũ detur requies. Scrutetur fœnerator omnẽ substãtiam eius: & diripiant alieni labores eius. diligenter exploret creditor vniuersã supellectilẽ/gazã/et
11 possessionẽ populi huius: et alienigene expilẽt quicqd sibi peperit propriis laboribus. Non sit illi

adiutor:nec sit qui misereatur pupillis eius.nullus sit qui misereatur populi huiꝰ/nec sit qui cōpatia-
tur posteris eiꝰ vllaue miseratione flectat.F iāt nati eiꝰ in interitū:in generatione vna deleat nomē 12
eiꝰ.q ab hoc populo orti sūt ruāt in internicionē gladij & belli/nec i longū differaī:sed in tēpore ge-
nerationis vniꝰ/ppli huiꝰ estimatio et fama fundituꝰ extirpeī.I n memoriā redeat iniqtas patrū eiꝰ i 13
cōspectu dñi:& peccatū matris eiꝰ nō deleaī.obuersēī ante oculos eterni iudicis qcquid deliquerūt
patres eiꝰ:& peccatū synagoge nō aboleaī.F iāt cōtra dñm sēp/& dispeat de terra memoria eorū: 14
p eo q nō est recordatꝰ facere misericordiā.ad vltima tēpora ptinaces & obdurati maneāt deo rebel
les/& de regione viuorū craāī nomē eorū:eo q populꝰ hic nulla misericordia/sed imani crudelita
te est vsus.E t psecutꝰ est hoiem inopē & mēdicū:& cōpunctū corde mortificare.& eo q populꝰ hic 15
crudelitate & insania debacchatꝰ est in Christū dñi/q ppter hoies/homo paup & egenus factꝰ est &
p delictis eoꝝ mēte afflictꝰ/crudelitate inquā debacchatꝰ est vt eū morti traderet.E t dilexit male- 16
dictionē & veniet ei:et noluit bñdictionē & elōgabit ab eo.& eo q ppls hic maluit dei execrationē
& dei execratio & dira vltio cōtinget ei:& nō fuit illi cordi diuina bñdictio & illa ꝓcul fiet ab eo.E t 17
induit maledictionē sicut vestimētū:& itrauit sicut aq in intestina eiꝰ & sicut oleū i ossibꝰ eiꝰ.execra-
tione & reprobatione diuina induꝰ est perinde ac indumēto:& execratio dei penetrauit in aiam eiꝰ/
veluti aqua in bibulā terrā/& penetrauit vt liquor oleaginosꝰ in oēs vires & soliditates eiꝰ.F iat ei si- 18
cut vestimētum quo operiī:& sicut zona qua sēper pcingitur.maledictio/execratio & reprobatio dei
adhereat ei veluti amictus quo amicitur:& veluti cingulum quo semper accingitur.H oc opꝰ corū 19
qui detrahūt michi/apud dñm:et q loquunī mala aduersus aiam meā.hec merces a deo pre meo
iudice eterno/iis q psequunī me calūnioseː& q cōciliaī vt morti tradāt me.E t tu dñe dñe fac me- 20
cū ꝓpter nomē tuū:qa suauis est misericordia tua.et tu pater eterne dñator meꝰ & deꝰ meꝰ auxilia-
re & fac mecū misericordiā tuā ꝓpter verbū tuū:qa ꝓpicia & clemens est miseratio tua.L ibera me 21
qa egenꝰ & paup ego sū:& cor meū cōturbatū est intra me.eripe me pater qa indigꝰ ope & auxilio
factus sum:& anima intra me anxia/egra & vulnerata est.S icut vmbra cū declinat ablatꝰ iū:& ex- 22
cussus sū sicut locuste.sicut vmbre vestigiū cū sensim deperit sublatꝰ sū:et cito viribꝰ exhaustiꝰ i morē
locustarū.G enua mea infirmata sūt a ieiunio:& caro mea imutata est ꝓpter oleū.greſſꝰ mei vacilla- 23
uerūt/debiles & ibecilli facti sūt pre fame & inedia:& emarcuit corpꝰ meū absq; adipe & succo vllo.
E t ego factꝰ sū opprobriū illis:viderūt me & mouerūt capita sua.& ipi i pauptate mea & infirmita- 24
te ꝑsecuerūt & contemptui habuerūt me:& me in humilitate mea cōtuētes/cōmotione capitū odiū
& exprobrationē suā patefecerūt in me.A diuua me dñe deꝰ meꝰ:saluū me fac secundū miam tuā. 25
O pater iuste/dñator & creator auxiliare michi:& in miseratione tua salua me.E t sciāt qa manꝰ tua 26
hec:& tu dñe fecisti eā.et cognoscāt osores & hostes mei qa plaga & pcussio hec tua est:& nō ipsi(et
si iniqua et odiosa volūtate voluerint eā facere)/sed tu pater pcussione hāc effecisti.M aledicēt illi et 27
tu bñdices/qui insurgūt in me confūdaniː/seruꝰ autē tuꝰ letabiī.illipsi osores mei deuouebūt michi/
et tu pī bñdictionē tuā michi dabis/q psequunī me/supplicio eterno afficienīːego autē seruꝰ tuꝰ in 28
delicijs eternis exultabo.I nduaniː q detrahūt michi pudore:et operianī sicut diploide cōfusiōe sua.
qui aduersaniː et psequuniː me operianī ignominia:et circūdeniː vt duplici pallio ignominia sua/in
corpore et in aia/et hac et in altera vita.C ōfitebor dño nimis in ore meo:et in medio multorū lau- 29
dabo eū.patri meo laudes mirifice accrescēt pconio meo:et i ecclesia magna exaltabo eū.Q uia asti- 30
tit a dextris paupis:vt saluā faceret a persequentibus animā meā.laudabo dñm ore meo in medio
multorū/memor beneficiorū eius/quia affuit michi inopi auxilium/fauor et benignitas eius:vt me
redituū imortalitate vestiret/et eriperet vitā meam ab ijs qui me morti adiudicauerant.

ADVERTE.Tertio versu.vt me diligerēt detrahebāt michi:Hieronymus ex hebræo/ꝓ eo q eos
diligebā aduersabaniː michi.et hoc magis analogie ex oppositoꝝ respōdet.pro amore repēdebāt mi-
chi odiū.diligebā:et ipsi odiebāt.vera tñ littera nra.qa amare debebāt:et odiebāt.qppe q ex lege/
ꝓximū amare tenebaniː.sed qs magis eorū ꝓximꝰ q̄ g eis misericordiā assidue faciebat/quotidie di
uino ore suo eos instruēs/i medio eorū cecos illuminās(et si parū fuerat oculos mētis aperuisse:etiā
et corporis aperiebat)leprosos mūdās/surdos audire faciēs/mutos log/cōtractos et claudos erigēs/
et mortuos suscitās.Q Quito versu.C ōstitue sup eū pctōrē:ex hebræo/cōstitues sup eū ipiū.et cō-
sequēs erat vt reliq̄ i quintūdecimū versū vsq; ꝓ futurū idicatiui exprimereniː.nā (vt in annotatione
21 versꝰ/psalmi 30 dictū iā est)dñs nr totiꝰ bonitatis exēplar neq; optat/neq; iprecaī malū inimicis
suis/neq; ipsi Iude ꝓditori suo:sed pdicit.qd si factū fuisset:iprecationis sublata fuisset phātasia.qua
hoies sine deo/cōtra ꝓceptū euāgelicū aliqñ abutuniː/credētes aut pastoribꝰ/aut maioribꝰ suis/aut
quos nolint hre suptores deuouere et iprecari et eos maledictiōe q̄dā ferire.hec suggerēte diabolo
fiūt diuinis abutēdo:et vera in caput authorū redit maledictio/cū tamē ex intētione ꝓphete male-
dictio nō sit/sed ꝓphetia et pdictio.Et nouꝰ qui hoc vano et supstitioso vel(vt sic detestabiliꝰ licet
veriꝰ dicā)magico ritu luminibus extinctis/a sacris altaribꝰ vultibꝰ auersis/se turpiter pulueribus

volutantes/hunc psalmū execrādi deuouendiq; studio imurmurarent. proinde antistites inuigilent ne tanta iniuria fiat deo. & ne que nobis ad salutē data sunt & ad diuinā laudē: nobis fiant in perniciem & in dei contumeliā. Quod facile fiet: si hic psalmus per idicatiuū canatur/vt videtur ex hebreo esse vertendū. ¶ Sexto versu. cū iudicatur: ex hebræo/cū fuerit iudicatus. quare rectius videtur dicendū cum iudicabitur. ¶ Nono versu. ejciantur de habitationib⁹ suis: ex hebræo/querantur in parietinis suis. ex hoc querantur in parietinis/in maceriis/in ruinis suis: id intellexerūt interpretes ad eos ejciendos. & consequens posuere/Hieronymus antecedens: & vterq; sensus bonus.

¶ Decimo versu. scrutetur fœnerator omnē substantiā eius: ex hebræo scrutetur exactor vniuersa q̄ habet. & id rectius dictū q̄ fœnerator: quādoquidē ab illo tēpore quo p Vespasianū & Titū mortis dīi vltio facta est/nunq̄ illi gēti defuit exactor qui exploret vniuersa q̄ habet. nā vbicūq; gentiū quingētos ferme supra mille ānos pēdit tributum. & magis suā alijs pecuniā fœnori dat q̄ accipit alienā. Est enī hic vniuersus popul⁹ fœnerator et danista. vt de hac gēte aliud oraculū ipletū videatur: & non defecit de plateis eius vsura & dolus. ¶ Duodecimo versu. fiant nati eius in interitum: ex hebræo/fiat nouissimū eius interitus. quo designari videtur: in fine/morte moriantur secūda. & qđ subiungitur in generatione altera deleatur nomē eius: id insup significare & in regione viuorū non scribantur. ¶ Vicesimo secūdo versu. et excussus sum sicut locuste. de locustis in annotationibus psalmi 104. dictū est. et quomodo gregatim vento turbineue aliquo sublate: in lacum aut fluuiū excutiantur/vt ne vna qdē superstes appareat. ¶ Vicesimo tertio versu. & caro mea imutata est propter oleum: ex hebræo/& caro mea mutata est absq; oleo. quare ad tollendam diaphoniam: legendū potius nobis est preter oleum q̄ propter oleū. & id preter oleū hoc in loco significare ij volunt qui litterature hebraice gnari sunt/quod pingue & succosū substantie est. sic enī inedia confectus (nā & id ieiunium designat) vt aridus factus nichil succulenti/nichilq; pinguis fere sibi tenuerit. ¶ Vicesimo octauo versu. sicut diploide confusione sua. diplois duplex palliū: quo etiam duplex confusio designatur/in hoc mundo scilicet et in altero/in corpore et anima.

Psalmus Dauid. CIX.

1 Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis.

2 Donec ponam inimicos tuos: scabellum pedū tuorum.

3 Virgā virtutis tue ęmittet dominus ex sion: dominare i medio inimicorum tuorum.

4 Tęcum principiū in die virtutis tue in splendoribus sanctorum: ex vtero ante luciferū genui te.

5 Iurauit dominus et non pœnitębit eū: tu es sacerdos in ęternum secundū ordinem melchisedech.

6 Dominus a dextris tuis: confręgit in die ire sue ręges.

7 Iudicabit in nationibus/implębit ruinas: cōquassabit capita in terra mul

Dauid psalmus. CIX.

1 Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis.

2 Donec ponam inimicos tuos: scabellū pedum tuorum.

3 Virgā virtutis tue ęmittet dominus ex sion: dominaberis in medio inimicorum tuorum.

4 Tęcū principium in die virtutis tue in splendoribus sāctorū: ex vtero ante luciferū genui te.

5 Iurauit dn̄s & non pœnitębit eū: tu es sacerdos in ęternum secundū ordinem melchisedech.

6 Dominus a dextris tuis: cōfringet in die ire sue ręges.

7 Iudicabit in nationibus/implębit ruinas: cōquassabit capita multa in ter

Dauid canticū. CX.

1 Dixit dominus domino meo; sede a dextris meis.

2 Donec ponam inimicos tuos: scabellum pedum tuorum.

3 Virgam fortitudinis tue ęmittet domin⁹ ex sion: dominare in medio inimicorum tuorum.

4 Populi tui duces spontanei erūt i die fortitudinis tue in montibus sanctis: quasi de vulua orietur tibi ros adolescentie tue.

5 Iurauit dn̄s & non pœnitębit eū: tu es sacerdos in ęternum secundum ordinē melchisedech.

6 Dn̄s a dextera tua: pcussit i die furoris sui ręges.

7 Iudicabit i gentibus/implębit valles: percutiet caput in terra multa.

GALL.	ROM.	HEB.
torum.	ra copioſa.	
8 De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.	De torrente i via bibet: propterea exaltabit caput.	De torrente i via bibet: propterea exaltabit caput.

TITVLVS. Pſalmus Dauid. Pſalmus de Chriſto dño. Propheta in ſpiritu loquitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis. 1
locut⁹ eſt dñator deus dominatori meo Chriſto: ſede i dextera mea. 2
Donec ponā inimicos tuos: ſcabellū pedum tuorū. nec a ſede dextere mee dimoueberis priuſq̄ dem iudeos aduerſarios tuos qui nolunt te regnare ſuper ſe: conculcationē pedum tuorum. 3
Virgā virtutis tue emittet dñs ex ſion: dominare in medio inimicorum tuorū. baculū fortitudinis tue proferet deus ex ſion/humanitate te induet i terra hebræorū: tu dominū habe in medio aduerſariorū tuorū. 4
Tecum principiū in die virtutis tue in ſplendoribꝰ ſanctorū: ex vtero ante luciferū genui te. tu principiū & apud te principium in eternitate diuinitatis tue/in claritate et gloria beatorū omniū: preordinaui ante conditionē cælorū/ante mundi exordiū/ te ex ventre virgineo naſciturū. 5
Iurauit dñs & nō penitebit eū: tu es ſacerdos in eternū ſecundum ordinem melchiſedech. iureiurando et irreuocabiliter ꝓteſtatus eſt dominator deus nec iuraſſe vnq̄ tedebit eū: tu es pontifex manſurus in ſempiternū/non ſecundū ordinationē aaron in multitudine pecudū/victimarū/& holocauſtomatū/ſed ſecundū ritū melchiſedech/ſtatuens offerendū panem et vinū. 6
Dñs a dextris tuis: cōfregit in die ire ſue reges. dñator omniū in oibus ei dexter & fauorabilis: cōtriuit ac cōminuit in tēpore vindicte ſue reges & principes qui aſtiterūt & conuenerunt in vnū aduerſus eū. 7
Iudicabit in nationibus/implebit ruinas: cōquaſſabit capita i terra multorū. Chriſtus dominus legē dabit in gentibus/phanorū & idolorū demolitiones perficiet/et pricipes demoniorū in plurimorū regionibꝰ cōteret. 8
De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput. Chriſtꝰ dñs in peregrinatione mortalis vite multos ipetus tribulationū ꝑferet/& tandē amariſſimū mortis calicē guſtabit: & ideo poteſtatē ſup oia accipiet/& ſup oēs rex regū et dñs dominantiū ſublimabit.

ADVERTE. Quarto verſu. tecū principiū in die virtutis tue in ſplendoribus ſanctorum/ex vtero ante luciferū genui te: Hieronymus ex hebræo/populi tui duces ſpontanei erunt in die fortitudinis tue in montibus ſanctis/quaſi de vulua orietur tibi ros adoleſcentie tue. ſed Nicolaus Lira diui Frāciſci aut potius Chriſti dei (quā & Frācīſcus emulatus eſt) paupertatis imitator/ita legit. populi tui principes in die virtutis tue in decore ſācto/de matrice aurore oriet tibi ros adoleſcētie tue. & qđ hic dicitur tui principes in die virtutis tue in decore ſancto: ſeptuaginta dixerunt/tecum principium in die virtutis tue in ſplēdoribꝰ ſanctorū. et huiꝰ loco/de matrice aurore oriet tibi ros adoleſcētie tue: interp̄tati ſūt/ex vtero āte luciferū genui te/ſuſpicati ſint nōnulli potiꝰ diuinā eternāq; Chriſti generationē ſeptuaginta tetigiſſe q̄ humanā. Sed quia Tertulianus in marchionē hunc locum de generatione ex ſacroſancto virginis vtero expreſſit/& totus pſalmus de Chriſto dño ſecūdū carnē intellectꝰ videt/vt et hoc ſede a dextris meis/tu es ſacerdos i eternū ſecūdū ordinē melchiſedech. de torrēte i via bibet etiā ſcđm q; hebraica veritas habet. q̄propter ratiōi cōſonū vt & hec particula ex vtero āte luciferū genui te: de gñatiōe ſcđm diſpēſationē carnis itelligat. ſic enī & id de eterna ſapiētia/q̄ filiꝰ dei eſt/dictū eccleſiaſtici itelligi volūt: ab initio & ante ſecula creata ſū. Sed nūc quē ex hebraica veritate ſenſū pretendūt aperiendus eſt. qđ paulo ante dictū eſt/virgā virtutis tue emittet dñs ex ſion: intelligi volunt de directione in potētia & virtute Chriſto dño etiam in carne a deo data: ſicut ſcriptū eſt. virga directionis virga regni tui. ſed hanc directionē primū exercuit i medio inimicorū ſuorū. admirabant (inquit Mattheus) turbe ſup doctrina eius. erat enī docens eos ſicut poteſtatē habens: et non ſicut ſcribe eorū & phariſei. et ſubdit populi tui principes in die virtutis tue in decore ſancto. acſi diceretur: populi/apoſtoli et diſcipuli te ſequentes in die virtutis tue/in tempore valide directionis & doctrine pulchritudinis incontaminate/in puritate claritudinis ſancte (vt exponit Salomon hebræus) quā & dicit Meſſie ineſſe ab vtero matris ſue/illi inquā populi te ſequentes in illo tēpore effecti ſunt & electi principes in gentiū & populorum directione. quod vero ſubiungitur/de matrice aurore tibi ros adoleſcētie tue: hoc indicatur de vtero formoſiſſime virginis roſcidū & tenellū (ſolo architecto ſpirituſācto) auguſtū & venerādū Chriſti corpus ꝓceſſiſſe: & tūc quoq; impletū eſt Eſaie vaticiniū. Paruulus natus eſt nobis & filiꝰ datus eſt nobis/& factus eſt principatus ſuper humerū eius/& vocabitur nomē eius admirabilis/cōſiliarius/deus/fortis/pater futuri ſcli/priceps pacis. Itē & hoc eiuſdē ꝓphete. Ecce virgo cōcipiet & pariet filiū & vocabit nomē eiꝰ emanuel. eſt enī virgo illa beatarū beatiſſima verbi mater MARIA cūctarū fœminarū glia. eſt inq̄ roſea illa oī puritate cādēs aurora q̄ verū iuſtitie ſolē ꝑuenit: ex cuiꝰ puriſſima ſubſtātia ceu ex quodā fragrāti & odorato rore ſacratiſſimū Chriſti dñi tēplū ſpūſācto/imo & vna eterno ꝑe & filio pluſq̄

affabre elaboratum est. & de ea sola terrenũ patrẽ nescies/natus est saluator / vniuersorũq; salus; Quod autẽ inducũt Barachiam iudeũ aut ꝓphetantẽ/aut forte a superiori aliquo nõ vulgatorum ꝓphetarũ mutuantẽ/hoc modo dicentẽ(ait sanctus & benedictus israel:vos dixistis corã me pupilli sumus absq; patre.redẽptor quẽ ego suscitabo vobis/sine patre erit:sicut scriptum est de matrice aurore tibi ros infantie tue)hoc totum astipulat expositioni date. quapropter libentius litterę vltimo modo cõuerse expositionem sum prosecutus:q̃ vt Hieronymus habet.populi tui duces spontanei erunt in die fortitudinis tue in mõtibus sanctis/quasi de vulua orietur tibi ros adolescentie tue.tum quia ferunt eum allucinatũ affinitate vocabuli pro decore ponens montes:tum quia id de matrice aurore/de ortu salutaris modestius &(vt sic dicam)auditoribus reuerentius sonare videtur.tametsi matrix & vocabulũ quo vsus est Hieronymꝰ idem sit.sic dictũ:quia inuoluat in latebris vteri fœtum.perinde enim est quod dicit Hieronymꝰ acsi diceremus/de inuolucro vteri orietur tibi ros adolescentie tue.attamen q̃plurimi corũ qui audiunt:muliebre pudibũdum intelligunt.quod vt a visu aut natura aut lex diuina arceri voluit:ita non sine pudore nominandum/ nisi id circũlocutione honestaq; quadam periphrasi efficias. Sũt etiam qui id in die virtutis tue in decore sancto:intelligi velint/de die missionis profusionisq; spiritus sancti in apostolos & discipulos/in quo maxime sunt cõfirmati & roborati.& hec etiam pia est intelligentia.sed de his tantilla satis sint. ¶ Septimo versu.implebit ruinas: Hieronymꝰ ex hebreo/implebit valles.quod & aliũ sensum habere posset/de impletione gratie.tunc enim omnis vallis (iuxta esaie oraculũ) exaltata est/& ois mons humiliatus:& praua & indirecta facta in vias planas.& diabolus superbie caput cõplicesq; eius qui diꝰ gentium habebantur & colebantur:in vniuerso orbe contriti.

HALELVIA. CX.

1 Confitębor tibi domine in toto corde meo: in cõcilio iustorum & congregatione.

2 Magna opera domini: exquisita in omnes volũtates eius.

3 Confessio & magnificẽtia opus eiꝰ:& iustitia eiꝰ manet in sęculum sęculi.

4 Memoriam fęcit mirabilium suorum misericors & miserator dñs: escam dedit timentibus se.

5 Memor erit in sęculũ testamẽti sui:virtutẽ operũ suoꝝ ānũciabit ppło suo

6 Vt det illis hęrędităte gẽtiũ:opera manuũ eius vęritas & iudicium.

7 Fidęlia omnia mandata eius / confirmata in sęculum sęculi:facta in vęritate

HALELVIA. CX.

Confitębor tibi domine in toto corde meo:in cõcilio iustorum et congregatione magna opera domini.

Exquisita in omnes voluntates eius/confessio & magnificentia opus eius: & iustitia eius manet in sęculum sęculi.

Memoriam fęcit mirabilium suorũ misericors & miserator dominus: escã dedit timentibus se.

Memor erit in sęculũ testamenti sui/virtutẽ operum suorum annũciabit populo suo:vt det illis hęręditatem gentium.

Opera manuum eius vęritas & iudicium/fidelia omnia mandata eius/cõfirmata in sęculum sęculi: facta in vęritate & æqui-

HALELVIA. CXI.

Aleph.

Confitębor domino in toto corde: Beth/ in cõcilio iustorum & cõgregatione. Gimel.

Magna opa dñi: Daleth exquirenda in cunctis voluntatibus suis. He.

Gloria et decor opus eiꝰ: Vau/& iustitia eius perse uęrans semper. Zai.

Memoriã fęcit mirabiliũ suorũ: Heth/clęmens & misericors dñs. Teth.

Escam dedit timentibus se: Ioth/memor erit in sępiternũ pacti sui. Caph.

Fortitudinẽ operum suorum annũciabit populo suo: Lamed/vt det eis hęręditatem gentiũ. Mem.

Opus manuũ eiꝰ vęritas & iudicium: Nun/fidęlia oia pcepta eius. Samech.

Firmata in sempiternũ iugiter: Ain/facta in vęri

GALL.	ROM.	HEB.
te & æquitate.	tate.	tate & æquitate. Phe.
7 Redemptionē miſit po=	R edēptionē miſit ppl'o	R edēptionē miſit popu=
pulo ſuo: mādauit in ęter	ſuo/mādauit in ęternū te	lo ſuo: Sade /mādauit in
num teſtamentū ſuum.	ſtamētum ſuū : ſanctū &	ęternum pactū ſuū. Cof.
8 Sanctum & terribile no=	terribile nomen eius.	Sanctum & terribile no
men eius: initium ſapien=	Initium ſapientie timor	men eius: Res /principiū
tie timor domini.	dñi: intellect⁹ bon⁹ omni	ſapientie timor dñi. Sin.
9 Intellectus bonus oībus	bus facientibus eum.	Doctrina bona cunctis
faciētib⁹ eū : laudatio ei⁹	Laudatio eius: manet in	qui faciūt eā: Thau /laus
manet in ſeculum ſęculi.	ſęculum ſęculi.	eius perſeuęrat iugiter.

TITVLVS. HALELV IA. Pſalmus de Chriſto dño. Propheta in ſpiritu loquitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Cōfitebor tibi dñe in toto corde meo: in cōcilio iuſtorū & congre 1
gatione. magnificabo & teſtabor laudes tuas dñe totis virib⁹ aie mee: in cetu & ſanctorū tuor⁹ in
vnū cōuocatiōe. Magna opa dñi: exquiſita in oēs volūtates ei⁹. iſtitutiōes ſacrificij Chriſti dñi mi= 2
rifice: excogitate /predefiniteq⁹ in cūctis bñplacitis bone volūtatis eius. Cōfeſſio & magnificētia 3
opus ei⁹: & iuſtitia ei⁹ manet in ſeculū ſeculi. glia & magnidecētia iſtitutio liturgie/ libaminis ſacri
ficij ei⁹: et iuſtificatio iuſtificās/ pficiēs ac cōſumās manēſq⁹ in ſempiternū. Memoriā fecit mirabiliū 4
ſuorū miſericors & miſerator dñs: eſcā dedit timētib⁹ ſe. inſtituēs hūc auguſtū & ſupuenerandū ri=
tū noſtri miſert⁹ & nos miſerat⁹ Chriſt⁹ dñs illū reliquit nobis in monumentū & recordationē ſal
uifici trāſit⁹ & imolatiōis ei⁹ & admirandor⁹ q̄ ꝓ nobis geſſit operū: ijs qui eū in timore veneranť/
amāt & colūt/ ſeipſū dedit in cibū. Memor erit in ſeculū teſtamēti ſui: virtutē operū ſuor⁹ annūcia 5
bit ppl'o ſuo. Vt det illis hereditatē gentiū: opa manuū eius veritas & iudiciū. nō dabit in ppetuū 6
obliuioni hūc ſacratiſſimū ritū quē mortis ſue tpe inſtituit: fortitudinē & efficatiā libaminū corpo
ris & ſanguinis ſui manifeſtabit ecclie fideli in eū credēti. vt elargiať eis bñdictionē nationū: ſacri=
ficiū hoc oipotētie ei⁹ opificiū /nō vmbra eſt/ ſed eſt ipſum verū/ & eterne vite a morte diſcernicu
lū. Fidelia oia mādata ei⁹ cōfirmata in ſeculū ſeculi: facta in veritate & equitate. vniuerſa p̄cepta 7
& pollicita dñi circa hūc cōſumatorū finaleq⁹ ritū opus manuū ei⁹ /in veritate mādata ſunt & pro
miſſa /roborata in ſempiternū : ſancita in fidei & iuſtificatiōis cōſumatiōe ac ipletiōe. Redēptionē 8
miſit dñs ppl'o ſuo: mādauit in eternū teſtamentū ſuū. Chriſt⁹ dñs paſſiōis ſue tpe liberationē ab
eterna morte trāſmiſit crediturіs in ſe: & tūc inſtituit & p̄cepit in ppetuū memoriale redēptionis
hui⁹ hoc ſacroſanctū & auguſtiſſimū ſacramētū. Sanctū & terribile nomē ei⁹: initiū ſapiētie timor 9
dñi. attēdite ne cōtaminetis tantū myſteriū /videte ne irreuerēter accedatis/ quia ſanctū ſanctorū/
maieſtate & reuerētia plenū eſt nomē eius: ingreſſus intelligētie beate veneratio dei cū ſancto ti=
more. Intellect⁹ bon⁹ oibus faciētib⁹ eū: laudatio ei⁹ manet in ſeculū ſeculi. hec itellectualis ſan= 10
ctio/ hec ſpūalis vitaliſq⁹ iſtitutio/ ſalutaris illis q adiplēt eā: laus et cōmēdatio ei⁹ durat i ſēpiternū.
ADVERTE Circa titulū. HALELV IA id eſt laudate dñm duo ſunt vocabula. primū aſpiratum
triſyllabū. ſecūdū monoſyllabū. & aſpirať in fine apud hebr̄eos: quaſi dicerem⁹ IAH qđ quidē a/
in fine aſpirari nō nimis a latinor⁹ cōſuetudine abhorret: ſic virgili⁹ Ah miſerā Euridicē aia fugiēte
vocabat. ah miſeros nautas: ſed apud grecos diſſyllabū eſt. nā i & a ſemp diuſe ꝓferūt. ſed nos vt
hebrei quādoq⁹ cōiūcte: vt troia iacob diſſyllaba. quādoq⁹ diuſe vt gr̄eci troia iacob triſyllaba. ve
rū ſiue ꝓferas Iacob iacob⁹ cōiuncte vt hebræi ſiue diuſe vt græci ſemp a ꝓduci debęre credide=
rim: q̄ duplex vocalis a/ i vnam hic cōtrahať. ꝓferūt eni hebræi Iaacob triſyllabe & ex aa vnū cō
flam⁹ dicētes iacob. corripies tamē ſecut⁹ grecorū & nōnullorū nec inelegātiū quidē epicorū au=
thoritatē. & in hebraicis noibus /cū id ferat latina lingua (eſt eni in quibuſdā hebraice q̄ grece cō=
formior & aptior illi lingue exprimēde) hebraicus mos imitādus potius q̄ grecus. & Iacob/ Io=
ſeph/ IHESVS/ diſſyllabe: iacobus ioſephus/ Ioannes triſyllabe potius enuncianda nobis q̄ hec
tetraſyllabe/ illa triſſyllabe. & in nomine IHESV aſpiratio non initiali vocali: ſed poſtponenda.
Nam in nomine tetragrāmato Ioth precedit he/ non autem he Ioth. & ſi cetera violarentur: illud
tamen integrum /inuiolatūq⁹ (quantum lingua finit) ſeruari debet. quod & tremat celum & terra/
& qđ benedictū ſit in ſecula amē. & in his noibus preſertim in ſupadmirabili & ſupmirifico noie
IHESV argumētū trahere a grecis qui nulla ex parte aſpirāt & triſyllabū faciūt: delirū eſt. hoc
tamē ab eis libēter acceperim: vtrāq⁹ ſyllabā /primā & vltimā (nā duas tātū habet) eſſe lōgas. Et
id iſup ver⁹ eſt HE aſpiratione i IHESV /halelu ia Abraham & ſimilib⁹ lenes eſſe & nō vīq⁹ adeo

dēſam eſſe apud hebreos vt HETH. & apud nos homo/hora/hortus lenem habet aſpirationem ham⁹ autē & horror dēſam. & hec forte occaſio fuit vt in noīb⁹ IHESV/halelu ia/abraham multi dēpſerint aſpirationē. ¶ Scdo verſu. magna opera dñi exquiſita: Hieronym⁹ ex hebræo/exquirē=da. quo deſignari videt inter obſeruātias diuine volūtatis/ſiue teletas/liturgias/purificatiōes/ex=piatiōes/iuſtificatiōes/myſteria ſacramēta aut id gen⁹ aliquid/voces: nullā adeo exquirendā vt ſa croſancta panis/viniq; libamina. nō panis & vini corruptibilis: ſed panis qui de celo deſcēdit. & vi ni vitis vere: cui⁹ ſolus pater in celeſti regno eſt agricola. non humana opera/ſed opera manuum eius/que ſunt veritas & iudicium.

HALELVIA reūſiōis aggei & zacharie. CXI.

1 Beatus vir qui timet dominum: in mādatis eius volet nimis.

2 Potens in terra erit ſęmē eius: generatio rectorum benedicętur.

3 Gloria & diuitie in domo ei⁹: et iuſtitia eius manet in ſęculum ſęculi.

4 Exortum eſt in tenebris lumē rectis: miſericors & miſerator & iuſtus.

5 Iocundus homo qui miſerętur et cōmodat diſponet ſermones ſuos in iudicio: quia in ęternum non commouębitur.

6 In memoria ęterna erit iuſtus: ab auditione mala non timębit.

7 Paratum cor ei⁹ ſpare in dño/ cōfirmatū ē cor ei⁹: non cōmouębitur donec deſpiciat inimicos ſuos.

8 Diſperſit dedit pauperibus / iuſtitia ei⁹ manet in ſęculum ſęculi: cornu eius exaltabitur in gloria.

9 Peccator vidębit & iraſcęt/dentibus ſuis fremet & tabeſcet: deſideriū peccatorum peribit.

HALELVIA reūſiōis aggei & zacharie. CXI.

1 Beatus vir qui timet dominum: in mādatis eius cupit nimis.

2 Potens in terra erit ſęmē eius: generatio rectorum benedicętur.

3 Gloria & diuitie in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſęculum ſęculi.

4 Exortū ē ī tenebris lumē rectis corde: miſericors et miſerator et iuſtus dñs.

5 Iocundus homo qui miſerętur et cōmodat diſponet ſermones ſuos in iudicio: quia in ęternum non commouębitur.

6 In memoria ęterna erit iuſt⁹: ab auditu malo nō timębit.

7 Paratū eſt cor ei⁹ ſpare in dño/cōfirmatū eſt cor eius: non cōmouębit donec videat inimicos ſuos.

8 Diſperſit dedit pauperibus/iuſtitia ei⁹ manet in ſęculum ſęculi: cornu eius exaltabitur in gloria.

9 Peccator vidębit & iraſcętur/ dētib⁹ ſuis fremet & tabeſcet: deſideriū peccatorum peribit.

HALELVIA. Aleph CXII.

1 Beatus vir qui timet dñm: Beth in mādatis ei⁹ volet nimis. Gimel

2 Potens in terra erit ſęmē ei⁹: Daleth/generatio iuſtorum benedicęt. He.

3 Subſtātia & diuitie ī domo eius: Vau /& iuſtitia eius pſeuerās ſemp. Zai.

4 Ortū eſt ī tenebris lumē iuſtis: Heth clemēs et miſerator & iuſtus. Teth.

5 Bon⁹ vir & clemēs et fœnerans: Ioth /diſpēſabit verba ſua ī iudicio Caph

6 Quia in ęternū nō cōmouębitur: Lamed/in memoria ſempiterna erit iuſtus. Mem.

7 Ab auditu malo non timebit: Nun /paratū cor eius confidens in domino. Samęch.

8 Firmū cor eius nō timębit: Ain /donec aſpiciat in hoſtibus ſuis. Phe.

9 Diſperſit dedit pauperibus: Sade /iuſtitia ei⁹ pmanet in ęternum: Cof cornu eius exaltabitur in gloria. Res.

10 Impi⁹ videbit & iraſcęt Sin /dentibus ſuis frēdet & tabeſcet: Tau /deſiderium impiorum peribit.

GALL. ROM. HEB.

TITVLVS. HALELV IA. Psalmus laus & cōmendatio iustorum/id est imitantium Christū dominum. Prophetа in spiritu loquitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Beatus vir qui timet dñm: in mandatis eius volet nimis. initiū sapientie timor dñi & non id modo/sed nec ab eterna felicitate excludetur homo/cuius fuerit sanctus dñi timor: ille plurimū dñi legem mandataq; amabit. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. filij/eius doctrinam exēplūq; sequentes potētes erunt in admuustratione terrena: neq; id quidem mirū/quia talis partus iustorum benedictionē a deo cōsequet. Gloria & diuitie in domo eius: & iustitia eius manet in seculū seculi. splendor & elucentia vite & vere opes in habitaculo eius/in habitaculo viri sancto dei timore prediti: & retributio iustitie eius/retributio imortalis sempiterniq; æui. Exortū est in tenebris lumē rectis: misericors & miserator & iustus. in hoc mundo/in hac tenebrarū valle iustis humilibus deū timētibus & cū tremore sermones eius suscipiētibus lux dei exorta est que Christus dñs: propicius & clemens & cuiq; in equitate retribuens. Iocundus homo qui miseretur & cōmodat/disponit sermones suos in iudicio: quia in eternum nō cōmouebitur. suauis & bonus vir ille qui misericordē/miseratorem & iustū dñm in hoc mundo rectis exortū imitatus aljs misericordiā impartit & bona sua dispensat/ille aptabit colloquia sua ad nullū opprimendū sed ad iudicandū recte/in hoc etiam iustū imitat⁹ dñm: quia a vite rectitudine in perpetuū non flectetur. In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala nō timebit. imitator timoris/misericordie/miseratiōis & iustitie Christi dñi scribetur in libro vite eterne: in die iudicij a sentētia condēnatorum/a condēnatione suplicij eterni non formidabit. Paratū cor eius sperare in dño/confirmatū est cor eius: nō cōmouebitur donec despiciat inimicos suos. talis imitatoris diuine iustitie anima prōpta est/nō in reb⁹ caducis sed in solo dñatore deo sperare/anima eius in bonitate firmata est: & ab ea nō dimouebitur vsq; in diem nouissimum/vbi videbit vltionē malorū spirituū & hominum qui eius vitam/actus & mores aspernati sunt. Dispersit dedit pauperibus iustitia eius manet in seculū seculi: cornu eius exaltabitur in gloria. dispensauit bona sua/largitus est indigētibus/pauit esurientes/potauit sitientes/aduenas collegit/nudos operuit/infirmos & incarceratos visitauit/fruct⁹ iustitie eius nō peribit ineternū: & cōmutata eius tēporalis potentia/in beatitudine sublimabitur eterna. Peccator videbit & irascetur/dētibus suis fremet & tabescet: desiderium peccatorū peribit. in nouissimo die qui impie vixerit/pium Christi domini imitatorem eterne glorie ascitum conspiciet/& indignabitur se vnq̄ natum/pre angore animi stridendo dentes allidet & animo deficiet: impiorum cōcupiscētie supplicijs deputabunturs eternis. ADVERTE. Quinto versu. iocundus homo qui misereť & cōmodat: ex hebræo bonus vir & clemens & fœnerans. grece vero χρηστος ανηρ ο οικτειρων και κιχρων bonus suauisq; vir miserans & cōmodans. sic enim precedente versu οικτειρμων miserator expressit interpres. & apte pro miseratore clemens/apponeret & pro miserante (si lingua pateretur) clemētiscens. quod vero Hieronymus fœnerās apposuit/nō in malā partē accipiendū pro eo qui pro dato fœnus petit ad vsuram. quod & intelligitur facile ex eo q̄ honestiore vocabulo cōmodās/interpretes sunt vsi. & quomodo etiam bonus esset hoc pacto fœnerās: cū ex psalmi 14 versu sexto eiusmodi excludatur ab habitatione tabernaculi dei/a requiescentia mōtis sancti/qui pecuniā (inquit) suā non dedit ad vsuram & munera super innnocentē nō accepit/qui facit hec nō mouebit ineternū. Sed χρηστος quod interpretes iucūdus verterūt: vtilem suauē & bonū designat. vt & in epistola ad Sumniā notat Hieronym⁹ supra psalmi 105 versum primum vbi grece hec dictio habetur. quare qui verterunt iucūdum/idem volunt ac bonū & vtilem. nam & iucundum a iuuando dictū volunt/eūq; esse qui iuuando eos quos iuuat afficit letitia. Sed quisnā vir magis iuuando letificat: q̄ miserans & clemens & indigentes sublcuans/& insontes in iudicio tutans ac defendens?

HALELV IA. CXII

1 Laudate pueri dñm:
laudate nomen dñi.
2 Sit nomen dñi benedictum: ex hoc nunc et vsq;
in sęculum.
3 A solis ortu vsq; ad occasum: laudabile nomē dñi
4 Excelsus sup oēs gentes

HALELV IA. CXII

Laudate pueri dñm:
laudate nomen dñi.
Sit nomē domini benedictū: ex hoc nunc et vsq;
in sęculum.
A solis ortu vsq; ad occasum: laudate nomen dñi
Excelsus sup oēs gentes

HALELV IA CXIII

Laudate serui dñm:
laudate nomen dñi.
Sit nomē domini benedictum: a modo et vsq;
in ęternum.
Ab ortu sol' vsq; ad occasū e⁹ laudable nomē dñi
Excelsus sup oēs gentes

GALL.	ROM.	HEB.
dominus:ſup cælos glo=	dominus:& ſuper cælos	dominus:ſupra cælū glo
ria eius.	gloria eius.	ria eius.
5 Quis ſicut dñs deus no=	Quis ſicut domin⁹ deus	Quis vt dominus deus
ſter qui in altis habitat:	noſter qui ī altis habitat:	noſter qui in excelſis ha=
& humilia reſpicit in cæ=	& humilia reſpicit in cæ=	bitās:humilia reſpicit in
lo & in terra?	lo & in terra?	cælo & in terra?
6 Suſcitās a terra inopē:&	Suſcitans a terra inopē:	Suſcitās de terra inopē:
de ſtercore ęrigens pau=	& de ſtercore ęrigēs pau=	& de ſtercore ęleuat pau=
perem.	perem.	perem.
7 Vt collocet eum cū prin	Vt collocet eum cū prin=	Vt eum ſedęre faciat cū
cipibus : cum principib⁹	cipibus : cum principib⁹	principibus: cum princi=
populi ſui.	populi ſui.	pibus populi ſui.
8 Qui habitare facit ſteri	Qui habitare facit ſterī=	Qui collocat ſterilem in
lem in domo:matrem fi=	lem in domo:matrem fi=	domo : matrem filiorum
liorum lętantem.	liorum lętantem.	lętantem.

TITVLVS. HALELV IA. Pſalmus:prima laus ſenariȷ/ magniq; & perfecti hymni/ & hymnus Chriſti domini in cena nouiſſima. Propheta in ſpiritu dñm inducit ad diſcipulos & apoſtolos.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Laudate pueri dñm : laudate nomē dñi. exaltate mites & hūiles
2 patrem eternū/exaltate dei filium : exaltate ſpiritū ſanctū. Sit nomē dñi benedictū:ex hoc nunc & vſq; in ſeculū. ſit de⁹ vnus/pater verbū & ſpūſſanct⁹ bñdict⁹: ex hac tēporali duratiōe in ſeculū
3 futurū. A ſolis ortu vſq; ad occaſum:laudabile nomē dñi. nō ſolū in hac duratiōe & euo bñdict⁹ ſit ſed & i oi loco a pfectiſſimo ad iperfectiſſimū/a lucidiſſima nature cōditiōe ad vltimū lucis veſti=
4 giū:exaltatū ſit nomē ei⁹ & glorificatū. Excelſus ſup oēs gētes dñs:& ſup celos glia ei⁹.nec ab re in hoc & in futuro ſeculo/in omni loco & creatura benedicitur/ quia dñs quem laudamus & glo=rificamus lōge eminētiſſimus eſt ſuper vniuerſos terre habitatores:& maieſtas eius ſupereminēs
5 & exaltata ſuper ſpiritus celeſtes/naturaſq; imortales. Quis ſicut dñs deus noſter qui in altis habitat:et hūilia reſpicit in celo & in terra? quis cōparari queat deo noſtro qui in eleuatis thronis/in ſublimibus mentibus/in ſumnis celorū ſpiritibus ſedet īmorat & īmanet : & cuius obtutib⁹ oīa
6 parua & exigua ſunt ſiue ī celeſti ſiue in terrena natura? Suſcitans a terra inopem:& de ſtercore erigens pauperē.quis cōparabit deo noſtro/cui oīa parua ſunt/exigua & humilia qui oībus prouī det/nō deſerens hominē de paradiſo in miſeriā detectū/ calamitoſum & inopem de humo attol=lens:& de ſterquilinio/ſumma pauperie preſſum eximens/mortuū & ope carentē de terrenis po=teſtatibus ſuſcitans & ad vitam reſpirare faciens / & de luto & fece peccati repurgans & iuſtifi=
7 cans eū. Vt collocet eū cū principib⁹:cū principibus populi ſui.illū exuſcitat & erigit/vt eū tandē
8 annumeret cum ſummis poteſtatibus:cū ſupernis ciuibus celorū. Qui habitare facit ſterilem in domo:matrē filiorū letantē.qui inquā deus noſter facit vt ſterilis pariat/& diu orba / multitudine filiorum mater effecta glorietur:qui tandiu gentilitatē ſine prole infecundā in eccleſia collocauit/ & imunere prolis /filiorum dei parentem effectam/felicem/letāq; effecit.

ADVERTE Circa adiectū titulo/ex paulo hebræo ſex pſalmos hunc ſcilicet & quinq; ſequētes apud hebræos magnū & ſolēnem hymnū appellari. quē in neomenijs id eſt initijs menſium/ quī a ſilēte luna incipiūt/& in tribus precipuis feſtis cū maiori celebritate q̄ ceteros hymnos canūt. & inſup moris eorū fuiſſe: nocte paſche ſūpto paſchali agno/hunc hymnū recūbentes in menſa ſolēniter recitare. de quo vult & id Matthei itelligi : & hymno dicto exierūt ī mōtē olīueti. Vnde & a modo maior michi circa hūc hymnū reuerētia:q; credā nō modo ſanctos & apoſtolos/ſed & ipſum dñm totius bonitatis authorē/cū ſuis diſcipulis ſacro & oīpotēti ore ſuo hūc hymnū pro=nūciaſſe. Notat etiā hic idem venerabilis burgenſiū antiſtes:in titulo ſemel dictū laudate dñm (id enim halelu ia ſignificat)ſecūdo iterū in hymni principio laudate pueri dñm /& hic tertio lau date nomen dñi. ſicq; nomen laudis ter repetitū eſt:ad arcanam(vt putat) inuitationē laudis ſup=eminentiſſime trinitatis. ac ſi dixiſſet laudate patrē/laudate verbū/laudate ſpiritū ſanctū. Quod vero ſubūgit ſit nomē dñi bñdictū:hoc ad vnitatē trihypoſtatice diuinitatis reſpiciat. quod ſacra=mentū apoſtolis palā ſaluator oim reſerauit. dei eni nomē & vni⁹ dei pater/verbū & ſpūs ſanct⁹

GALL. ROM. HEB.

Sed & quarto versu. cū dicit excelsus sup oēs gētes dñs: diuinitatis identidē insinuat vnitatē. ergo cū legit psalm⁹: bonū est vt titulus plegat vt trina laudis exprimat cōfessio. & ad id primi versus expositio data ē. Sed dices eccl'a certis tp̄ib⁹ hūc titulū vetat psallēdū. Pareas eccle: hūiliras illa et obedientia laudāda est. sed tūc titulū in linguā tuā cōuerte & dic ante psalmū: LAVDATE DOMINVM. & p illo tēpore/aio ad patrem superimensum & filiū & spiritū sanctū reuerēter eleuato psalle LAVDATE DOMINVM/laudate pueri dñm/laudate nomē dñi. id enī ecclesie nō vetat ordinatio. Alio autē tp̄e: cū ꝓprio titulo psalle. Et q discipuli & apli recte hic pueri noient: nichil a ꝓphetis & sacris eloquijs alienū. nā de eis in Esaia dicit dñs. ecce ego & pueri mei quos dedit michi dñs in signū & portentū israel a dño exercituū qui habitat i mōte sion. Et in Ioāne dñs ad eos: pueri nūqd pulmētariū habetis. Tralatiōes satis cōcordes sūt nec alia annotatiōe egētes.

HALELVIA. CXIII.

1 IN exitu israel de ægypto: domus iacob de populo barbaro.
2 Facta est iudæa sāctificatio ei⁹: israel potestas ei⁹.
3 Mare vidit & fugit: iordanis cōuersus ē retrorsū
4 Montes exultauerunt vt arietes: et colles sicut agni ouium.
5 Quid est tibi mare q̄ fugisti: & tu iordanis quia uersus es retrorsum.
6 Montes exultastis sicut arietes: et colles sicut agni ouium?
7 A facie domini mota est terra: a facie dei iacob.
8 Qui cōuertit petram in stagna aquarum: & rupē in fontes aquarum.
9 Nō nobis dñe nō nobis: sed noi tuo da gloriam.
10 Super mia tua & veritate tua: nequādo dicāt gētes vbi est deus eorum.
11 Deus aūt noster in cælo: oīa quęcūq; voluit fęcit.
12 Simulacra gentiū argentum & aurum: opera manuum hominum.
13 Os habēt & nō loquent:

HALELVIA. CXIII.

IN exitu israel de ægypto: domus iacob de populo barbaro.
Facta est iudæa sanctificatio eius/israel potestas eius: israel regnauit in ea.
Mare vidit et fugit: iordanis cōuersus est retrorsū.
Montes exultauerūt vt arietes: & colles velut agni ouium.
Quid est mare q̄ fugisti: & tu iordanis quare conuersus es retrorsum?
Montes quare exultastis vt arietes: & colles velut agni ouium?
A facie dñi mota est terra: a facie dei iacob.
Qui conuertit solidā petrā in stagnū aque: & rupem in fontes aquarum.
Nō nobis dñe nō nobis sed nomini tuo da gloriā super miam tuā & veritatem tuā: nequādo dicant gentes vbi est deus corū.
Deus aūt noster in cælo: sui sum in cælo & in terra oia quęcunq; voluit fęcit.
Sexta. fons oris iustitia. quo pretendit/sicut fonte potãtur animalia:ita iustitia legis diuine ab ore nostro prodeũte alios potare debemus. neq; enim alius fons oris nostri quo alios reficere debeamus & possimus ad vitam. Septima vocatio capitis dentium signa. quod hanc prefert intelligentiam/vocationem ad Christum dominum qui est caput legis/factam esse diuinis annũciationib⁹/oraculis prophetarũ/sermonibus & predicatiõibus sanctorũ que sunt signa dentiũ. quomodo(diuinus inquit apostolus) credent ei quẽ nõ audierũt/quomodo autẽ audient sine predicante/& rursus/nũquid nõ audierunt/& quidem in oẽm terram exiuit sonus eorũ/et in fines orbis terre verba eorum. Vides itaq; diuinos sermones vocasse vniuersos ad caput vniuersorum qui est Christus dominus superbenedictus in secula seculorũ amen. ¶ Aduerte preterea in his 22 ogdoadibus nullũ esse versum in quo nõ ponat aliqd horũ duodecim vocabulorũ:via/lex/testimonũ/mãdatũ/iustificatio/iudiciũ/iustitia/sermo/eloquiũ/verbũ/veritas/bonũ. nisi tertiũ versum 12 ogdoadis excipere velis:vbi & ex hieronymo p ordinatione(que nichil aliud est q̃ lex)dici poterat iudicio. & hec oia cõspirant in vnũ:& pro lege diuina accipiẽda sunt. res enim eadẽ:noia plura. substantia vna:rationes diuersæ. ¶ At inquies:cur lex diuina tot sortitur noia/ Non impẽdio difficilis & anxia respõsio est. LEX dicitur:q̃ per eam optima queq; deligimus. adde q̃ diuino nutu scripta : nobis legenda tradita est/q̃q; nos deo ligat & coherere facit. VIA:quia nos ducit ad deũ/monstrans que agẽda & a quib⁹ abstinendũ abhorrendũq;. TESTIMONIVM:q̃ multis signis & testib⁹ illam approbauit deus. MANDATVM:q̃ illã mãdauit ac precepit arcte custodiendã. IVSTIFICATIO:q̃ ea mediãte iustificamur. IVDICIVM:q̃ nobis certa & qua falli nõ possumus/regula sit ad iudicãdũ de vnoquoq; actu nostro probe ne an perperã agatur. nam si contra legẽ est:proculdubio malus. si secũdũ legẽ:bonus/salutaris & viuificus actus est. IVSTITIA:q̃ forma quedã sit quã obseruando iusti & deo similes efficimur. SERMO/VERBVM/ELOQVIVM:q̃ ore diuino sit enunciata. VERITAS: quia quicquid prisce fraudis serpens antiquus protoplasti posteritati insperserit/delet emaculat/detergit / & hominẽ ad dei imaginem formatum suo restituit exemplari. Et BONVM deniq; dicitur:quia inter diuine bonitatis indulta/nos maxime perficit. & hec de lege completa/que antiquã legem ceu quippiam materiale & nouã ceu formã & perfectionem suam continet:dicta intelligantur. & hec sunt rei vnius nomina multa/& rationes plures. ¶ Quod si etiã approbationem requiras:non operosum fuerit ex sacris eloquijs illam eruere. Quid est enim id psalmi 24 docebit mites vias suas:nisi reserabit mansuetis & mitibus legis sue intelligentias/ Et cum dñs in mattheo dixit adolescenti si vis ad vitam ingredi serua mandata: quid aliud est q̃ serua legem/nisi quis morosior defendat mandata non legem/sed partem legis esse: quasi tota lex precepta nõ sit & mãdata. in qua(iuxta catholicã Iacobi)qui in vno offendit:factus est omniũ reus. Sed & mandata & testimonia eadem esse intelliges:ex secundo versu nonedecime ogdoadis. vbi in fine legimus custodiam mandata tua:Hieronymus ex hebræo/custodiam testimonia tua. cum igitur testimonia eadem sint ac mandata/& mandata eadem legi:& testimonia quoq; eadem legi erunt. Ceterum ex quarto versu prime ogdoadis vbi legimus tu mandasti mandata tua:Hieronymus habet tu mandasti precepta. quare mandata & precepta eadem sunt:quod vel absq; probatione tribuendum esset. atqui ex quinto versu eiusdem prime ogdoadis iustificationes sunt precepta. nam vbi illic dicimus ad custodiendas iustificationes tuas:Hieronymus/ad custodienda precepta tua. Vides igitur iustificationes p̃cepta/& p̃cepta mandata/et mandata legem esse. quapropter & iustificationes lex erit. Et simili argumẽto trahes iudicia legem esse. nam quarto versu tertie ogdoadis habemus iustificationes tuas in omni tempore:& Hieronymus iudicia tua in omni tempore. iudicia igitur iustificationes/iustificationes lex:igitur iudicia lex. Sed & consimiliter iustitias iudicia esse monstrabit quintus secunde ogdoadis. iustitie igitur lex. & quis nescit dominum promiscue vti sermone pro mandatis? si diligitis me inquit:mandata mea seruate:& paulopost si quis diligit me:sermonem meum seruabit. lex igitur sermo. Et sermo verbum ex primo versu secũde ogdoadis/& verbũ eloquiũ ex quarto. quare & hec lex. Preterea per sextũ vndecime mandata veritas/ & in sexto octauedecime & lex tua iquit veritas. & p octauũ none lex bonũ. bonũ mihi (inquit) lex oris tui. ex quibus ratiocinio effectũ est/vniuersa supradicta in legẽ cõcurrere. Q̃d dictũ est:ne oporteat nos in sequẽtib⁹ quidnã his noibus intelligendũ sit sepius ammonere. quia si semper idem/& legem diuinã intelliges:mea sententia non errabis. qua nichil admirabilius/nichil illustrius/nichil salutari⁹ sol oculis mortaliũ vnq̃ ingessit:& de qua sola non de hũana iustitia vere dici potest ουθεσπεροσ ουθεωοσ ουτω θαυμαστοσ. ¶ At cur meditatiõib⁹ poti⁹ q̃ solito comentandi modo hic vsi fuerimus/paucis accipe. q̃ hi certe octonarij videntur esse quedã cum deo in secessu mentis soliloquia. que quid aliud sunt q̃ meditationes/ cõtemplationes/ piaq; mentis exercitia/ Adde qd & ꝓpheta videt eos/ meditatiões noiare. In octauo secũde ogdoadis:

Lex
Via
Testioniũ
Mandatũ
Iustificatio.
Iudicium
Iustitia
Sermo
Eloquium
Verbum
Veritas
Bonum.
Via
Lex
Mandatũ
Lex.
Testioniũ
Lex.
Iustificatio
Lex.
Iudicium
Lex.
Iustitia
Lex.
Sermo
Lex.
Eloquium
Lex.
Veritas
Lex.

GALL. ROM. HEB

Medi- in iustificationibus tuis (inquit) meditabor. in tertia: nam & testimonia tua meditatio mea est.
tatio. in sexta: & meditabor in testimonijs tuis que dilexi. in nona: ego vero legem tuam meditat⁹ sum.
2 in decima: lex tua meditatio mea est. in duodecima: nisi q⁹ lex tua meditatio mea est/tunc forte
3 perijssem in hūilitate mea. in tertiadecima: quomodo dilexi legē tuā dñe? tota die meditatio mea
6 est. & iterū: testimonia tua meditatio mea est. in quintadecima: adiuua me & saluus ero: & medita
9 bor i iustificatiōib⁹ tuis semp. in octauadecima: mādata tua meditatio mea est. vndeuicesima: pre-
10 uenerūt oculi mei ad te diluculo/vt meditarer eloquia tua. & in vicesima secūda: cōcupiui salutare
12 tuū dñe: & lex tua meditatio mea est. Ex his igitur tam frequēter a propheta iculcatis āmonitus:
13 arbitratus sum meditationū modū aptissimū huius psalmi expositioni. & cum meditatus sum (nisi
13 me mea fallit opinio) qui rudes adhuc & incipientes iuuare possit: at qui infra exercitatorū assur-
15 rectiones subsideat. illi enim cōsumati sunt: neq; purgatiōe rudiū/neq; illuminatione proficientiū/
18 sed solo superno illapsu quasi perfecti egent. quos & deus per seipsum doceat: & qui pro nobis
19 vbiuis gentium sint/orent. sed de his satis. Littera huius prime ogdoadis ex ijs que dicta sunt: sa-
22 tis apparet conciliata. nunc igitur properemus ad secundam.

Beth. Domus. ב

b 1 IN quo corrigit adole scētior viam suam? in custodiendo sermones tuos. Beth

IN quo corrigit iuue- nior viam suam? in cu stodiēdo sermones tuos. Domus.

IN quo corrigit iuue- nis semitam suam? cū custodierit verba tua. ב II

b 2 In toto corde meo exqui siui te: ne repellas me a mandatis tuis. Beth.

In toto corde meo exqui siui te: ne repellas me a mandatis tuis. Domus.

In toto corde meo exqui siui te: ne errare me facias a mandatis tuis. ב

b 3 In corde meo abscondi ęloquia tua: vt non pec- cem tibi. Beth.

In corde meo abscondi ęloquia tua: vt non peccē tibi. Domus.

In corde meo abscondi ęloquia tua: vt non peccē tibi. ב

b 4 Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas. Beth.

Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas. Domus.

Benedictus tu domine: doce me p̄cepta tua. ב

b 5 In labijs meis pronun- ciaui: omnia iudicia oris tui. Beth.

In labijs meis pronun- ciaui: omnia iudicia oris tui. Domus.

In labijs meis narraui: omnes iustitias oris tui. ב

b 6 In via testimoniorū tuo rum dęlectatus sum: sicut in oibus diuitijs. Beth.

In via testimoniorū tuo rum dęlectatus sum: sicut in oibus diuitijs. Dom⁹.

In via testimoniorū tuo rum dęlectat⁹ sum: quasi in oibus diuitijs. ב

b 7 In mandatis tuis exercę bor: & considerabo vias tuas. Beth.

In mandatis tuis exercę bor: & considerabo vias tuas. Domus.

In p̄ceptis tuis medita bor: & contemplabor sę- mitas tuas. ב

b 8 In iustificationibus tuis meditabor: nō obliuiscar sermones tuos.

In iustificationibus tuis meditabor: nō obliuiscar sermones tuos.

In iustitijs tuis dęlecta- bor: nō obliuiscar verba tua.

SECVNDE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

b ¶ In quo corrigit adolescentior viam suā: in custodiēdo sermones tuos. Sicut qui in itinere erra- I
uit errorē suū corrigit quoties obtēperat verbo cuiuspiā veracis iter illi rideliter ostendētis: hūc in
modū qui iuueniliter viuendo affectus suos secutus deliquit/corrigit & emendat aie sue vias/cum
a te deus meus qui via es/veritas & vita/recte vie cognitionē requirit/& cū ille imortalis vite viā
quā verbū tuum ei in veritate monstrat custodit. Igitur qui a vera via lapsus est: recurrat ad ver-
bum tuū/& legem tuā custodiat/& de emendatione vie sue nichil heliter. nam oibus viam que du

cit ad vitam liberalissime ostendis/& errantes dirigis. nunq̃ dormis: sed semp vigilas. nõ in angu-
sto te recipis: sed vbiq; astas vt oẽs saluare possis/& errantes ad viam veritatis dirigas. neq; id tibi
sufficit: sed que tua est bonitas/sancti verbi tui precones mittis: qui clamẽt trãseũtibus si quis par-
uulus est: veniat ad me. & insipientibus. venite: comedite panẽ meum/& bibite vinũ quod miscui
vobis. reliquite infantiã & viuite: & ambulate per vias prudentie. hos sermones qui custodit/q̃is
perdite & iuueniliter vixerit: nõne in melius viam suã cõuertit/nõne laudabilissime cõmutat mo-
res suos? si quis igitur roget in quo corrigit adolescẽtior viam suam: que respõsio certior/que dari
possit accõmodatior/que verior/q̃ in custodiendo sermones tuos?

2 ¶ In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mandatis tuis. Dñe deus meus/arbitriũ no- b
strum cere assimilat: que presente sole liquescit/& eo absente & quantũ in se est durescit. ita fide-
lis/tota aia sua te querens/solem iustitie se sentit presentẽ/& ideo calore amoris tui liquescẽs per
oia mãdata tua se dilatat & diffundit. si autẽ te abientas & gratiã tuam retrahis (vt cera lumine
solis & eius radio substracto) mens paulatim cõtrahit/induratur/& se subtrahit a mãdatis tuis: &
ad terrena opera tanq̃ densa/dura/opaca/& ponderosa labitur. & hoc est te eam a mandatis tuis
repellere: eam sibi ipsi relinquere & sinere a via recta aberrare. Et multi iam errauerunt: quia ni-
mium ꝓprie virtuti cõfidentes/putabant se errare nõ posse. sic enim vnus olim dixit dño vite eter
ne: & si oportuerit me mori tecũ/nõ te negabo. qui vt propriã fragilitatẽ agnosceret: repulsus est/
& sibi ipsi derelictus. & modico interstite tẽporis interuallo/ter dominũ vite negauit. Ergo qui-
cũq; nouit se toto corde deũ querere: sollicite precẽt/ne sinat eũ a vijs suis aberrare/& hoc attẽte
oret & dicat. In toto corde meo exquisiui te dñe: ne repellas me a mãdatis tuis. ¶ si te nõ substra- b
his: me calefacis. si calefacis: te toto mentis oculo verũ solẽ animarũ perquiro. si te submoues/site
subtrahis: me michi ipsi reliquis/me repellis a mãdatis tuis/& frigidus/durus inersq; maneo. quo
modo igit̃ qui te ex calore tuo ꝑsentẽ sentit/nõ clamabit: in toto corde meo exquisiui te: ne repel-
las me a mãdatis tuis? nimirũ clamabit/quia tristis est absẽtia & dulcissima tue visitatiõis ꝑsentia.

3 ¶ In corde meo abscõdi eloquia tua: vt non peccẽ tibi. ¶ si fidelis medicus dat alicui salubria cor- b
poralis vite precepta: necesse est vt ea suscipiens diligẽter cogitet & ea toto pectore cõdat/vt sint
semp suscipienti ꝑsentia/si nolit in medicũ peccare. multo magis necesse est viro fideli eloquia dei
que sunt aduersus eternã mortẽ antidota/toto aio recõdere/vt sint iugiter oculo mentis ei⁹ obuer-
santia: ti nolit in celestẽ illum medicũ delinquere. atqui in corporalẽ medicũ peccat qui verbũ eius
nõ facit: & adhuc multo magis qui oppositũ cõmittit. attamẽ id nõ medici/sed eius solꝰ qui negli
git: malum est. haud secus qui dei verbũ nõ facit: in deũ peccat. & id/nõ dei sed eius solũ qui pec-
cat malũ est. vnde video clementissime dñe: in oibus mandatis tuis te nichil aliud velle nisi bonũ
propagare quo maxime indigent aie/vt & viuentiũ corpora perfecta sanitate. quod si liceret (tan-
ta est tue bonitatis exuberãtia) velles etiam sine preceptis cõmunicare. vt medicus aliquis summe
beneuolẽtie perfectã corporis sanitatẽ si valeret: sine prefinitiõe obseruationis diætæ. Miseri igi-
tur sunt & nimiũ perditi: qui contẽnunt tua iussa/aut qui mallent illa non esse sibi data. simles ni-
mirũ illis: qui contẽnunt precepta medicorũ/aut qui dolent illa sibi esse prefixa. nam vt hi corpo
re/ita illi mente nunq̃ recte valebunt: sed vtriq; sua quidẽ culpa/hi tẽporalẽ/illi eternã perdent vi
tam. quod eterne vite dispendiũ nequaq̃ pateretur si eloquia tua in toto corde abscõdissent: vt nõ
peccarẽt tibi. ergo quicũq; est spũalis vite amator: studeat sic sacras scripturas perẽnis vite precep-
ta cõtinentes figere menti/vt ad te vitalis illius discipline largitorẽ se cõuertens & beneficium
agnoscens dicere possit. in corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi.

4 ¶ Benedict⁹ es dñe: doce me iustificatiões tuas. A sole vt ab inexhauribilis lucis pelago/ad oim b
oculos lumen diffundit: sine quo ea que sunt in sensibili mundo abscõsa manent & incognita. sed
quid hoc est dñe: nisi tue imense bonitatis imago/que oibus pro vniuscuiusq; captu se diffundit &
cõmunicat? & ideo iuste ab oibus es benedicẽdus: qui oibus es beneficus. verũ sicut sine lumine so
lis sensibiles colores nobis sunt imperceptibiles: eque sine tuo lumine/& tua doctrina/precepta
tua oculo mentis nostre manent imperuia. nã vt sensibile sensibili: & spirituale spirituali luce eget.
quid ergo faciat spũalis cultor & agnitor tue bonitatis/nisi dicat? benedictus es dñe doce me iu-
stificationes tuas. o vniuersorũ benefactor & cunctarũ benedictio creaturarum: illuce aie mee/in-
strue me doctrina tua/& fac me spiritualiter intelligere iustificationes & mandata tua.

5 ¶ In labijs meis pronũciaui: omnia iudicia oris tui. Non modo beneficio indignus/sed & ostem- b
sori vie ingratus est: qui postea nolit viam ostẽdere petẽti quã ab altero gratis & liberalissime di-
dicerit. & ideo vere fidelis doctrina dei illuminat⁹/ac spirituali illa luce radiatus mãdata dei alijs
detegit: vt & ipsi pariter sine offensiõe currãt in vijs dñi quo & id iuste dicere possit. in labijs meis
pronũciaui: omnia iudicia oris tui. & vt luna acceptũ a sole lumẽ alijs refundit: haud secus & ipse

acceptã ſpiritus illuminationem ſine inuidia ceteris cõmunicat/& omnia dei iudicia alijs ſecũdum indultam ſibi gratiam ore profert ac propalat.

b ¶ In via teſtimoniorũ tuorũ delectatus ſum:ſicut in oibus diuitijs. Recte valẽtibus corpore/volu 6
ptas corporis comes eſſe ſolet:atq; vti rebus ſanis periocundũ. non aliter/valẽtibus mente mẽtis adeſt voluptas:& ambulare in mãdatis dei delectabile. & quanto corpus ad perfectiorẽ ducit̃ incolumitate/tanto eius letitia maior accreſcit. quid igitur mirũ ſi via mandatorũ tuorũ dñe que ad maximũ & infinitũ ꝓducit bonũ:eũ qui in illa icedit/ſic ſpiritu delectari facit imo etiã multo amplius q̃ ſi vniuerſos theſauros & vniuerſas mundi poſſideret opes:atq; ideo cõfidenter exclamet. in via teſtimoniorũ tuorũ delectatus ſum:ſicut in oĩbus diuitijs.nimirũ eni delectatur pluſq̃ in ommibus diuitijs:qui certa fide bonũ expectat quod in ĩmẽſum ꝓſtat & eminẽtio eſt bonis vniuerſis.

b ¶ In mandatis tuis exercebor:& cõſiderabo vias tuas. Dñe deus meus quiſpiã in preceptis me- 7
dicorũ ſe exerceat:quãdiu ſecundũ illa operaẽ.illa cõſiderat:cum eorũ cauſas rimatur.& nõ minus in mãdatis tuis iuſtus exerceẽ q̃diu illa & volũtate & opere implet.ſed qui eadẽ ad admirabilẽ bonitatem tuam & ſapientiã tuam vt omniũ cauſam reuocat:ille vias tuas contẽplatur.& aĩa fidelis vtrũq; implet : vt que actione in ĩmis te imitaẽ & contẽplatione ad te eleuaẽ in ſublime.per actionem enim imitatur te inferioribus rebus prouidentẽ:per contẽplationem vero te inſuper imitaẽ in altiſſima ſede tua que oĩa tranſcendit feliciſſima quiete manentẽ. Quã vtriuſq; vite dulcedinẽ/nullis diuitijs/nulliſq; terrenis opibus cõparandam qui expertus fuerit:ꝓteſtatur tibi O imenſa O incõparabilis dulcedinis bonitas:in mandatis tuis exercebor/& conſiderabo vias tuas.

b ¶ In iuſtificationibus tuis meditabor:nõ obliuiſcar ſermones tuos. Sagittator qui frequẽter diri 8
git ſagittã ſuam ad ſignũ/& diu vt bene feriat meditaẽ:iuſtificaẽ in illa ſagittaria arte/habitũq; ſibi parat quo promptus efficitur ad bene faciendũq; quem ipſe appetierit aſſequendũ ſcopũ. quẽquidem habitũ nulla obliuio intercipit. æquẽ dñe deus qui te ſcopum habẽt/& (vt ſic dixerim)lignorum archetypũ omniũ ſuarũ actionũ ac contẽplationũ:illi in mãdatis tuis iuſtificãtur/ſeu ſe exerceant/ſeu contẽplentur.& habitus cõparant qui nulla obliuione delentur. ergo oĩs actio iuſti propter te eſt: & oĩs eius contẽplatio ad te eſt aut a te.Nã ſi proximũ diligit:propter te diligit.ſi miſericordiam facit:propter te qui ſumme miſericors es/facit.ſi a quoq; vetito abſtinet:ꝓpter te abſtinet/cui omniũ rerũ dño oẽm obedientiã ſuam debet.& ex oĩbus rebus ad te conſurgit.nam tu es a quo oĩa/per quẽ omnia & in quo oĩa. & rurſum a te ad oĩa deſcendit.nam tu es in entibus eſſe/in viuẽtibus vita/in ſenſibilibus ſenſus/in rationalibus ratio/& in intellectualibus intelligentia.& (vt paucis dicã)tu ſolus es oĩa in oĩbus.quis hec nõ libenter cogitet/nõ ſtudioſe mediteẽ/& ſi poſſit eloquatur/& in eiuſmodi exerceat ſenſus ſuos/ac dicat:in iuſtificationibus tuis meditabor:non obliuiſcar ſermones tuos.in ijs iuſtificationibus meditabor: que ſole faciunt iuſtos. & hos ſermones non obliuiſcar:qui ex mortuis viuos & cum iuſtis in memoria eterna reddunt aſſcriptos.

ADVERTE.ſecundo verſu.ne repellas me a mandatis tuis : Hieronimus ex hebræo/ne errare me facias a mãdatis tuis quaſi ne me ſinas diſcedere a mãdatis tuis.nã qui diſcedit:nequaq̃ i via eſt/ſed in latiſſimo ꝑditionis deuio/& a vite & veritatis via errat.ne quis tamen a via illa diſcedat: eget gratia dei cõtinente/& propoſitũ eius(vt ſic dicã)fulciẽte.perinde ac viſiua noſtra virtus:quo colores videat/iuuaẽ lumine.deſerat enim ſol oculos / aut quod ſolis eſt emulum:virtus illa per ſe labaſcit/deſeriturq; oculus viſionis impos.ſic & ſine deo/boni alicuius voluntas noſtra impos eſt. Quod ſi aduertiſſet inſanus Pelagi⁹:nequaq̃ fuiſſet noue hæreſeos inuentor/neq; ſuſtuliſſet ſolis iuſtitie opem vt iuſta operemur:vt neq; ſolis ſenſibilium iuuamen/quo ſenſibilia diſcèrnamus.

III Gimel. Plenitudo.

g 1 REtribue ſeruo tuo/ viuifica me: & cuſtodiam ſermones tuos. REtribue ſeruo tuo: viuam & cuſtodiã ſermones tuos TRibue ſeruo tuo:viuam & cuſtodiam verba tua.

Gimel. Plenitudo

g 2 Reuela oculos meos:& cõſiderabo mirabilia de lege tua. Reuela oculos meos: & cõſiderabo mirabilia de lege tua. Reuela oculos meos: & videbo mirabilia de lege tua.

Gimel. Plenitudo.

g 3 Incola ego ſum in terra: non abſcondas a me mã Incola ego ſum in terra: non abſcondas a me mã Aduena ego ſum in terra:ne abſcodas a me mã

GALL.	ROM.	HEB.
data tua. Gimel.	data tua. Plenitudo.	data tua.
g4 Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas: in oi tẽpore. Gimel	Cõcupiuit aĩa mea desiderare iustificatiões tuas in oñi tẽpore. Plenitudo	Desiderauit anima mea desiderare iudicia tua: in omni tempore.
g5 Increpasti superbos: maledicti qui declinãt a mãdatis tuis. Gimel.	Increpasti superbos: maledicti qui declinãt a mãdatis tuis. Plenitudo.	Increpasti superbos: maledicti qui recedunt a mã datis tuis.
g6 Aufer a me opprobriũ & contẽptum: quia testimonia tua exquisiui. Gimel.	Aufer a me opprobriũ & contemptum: quia testimonia tua exquisiui. Plenitudo.	Aufer a me opprobriũ & contemptum: quoniã testimonia tua custodiui.
g7 Etenim sedẽrunt principes & aduersum me loquebãtur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Gimel	Etenim sedẽrunt principes & aduersum me loquebãtur: seruus autem tuus exercebatur in iustificatiõib9 tuis. Plenitudo	Etenim sedentes principes aduersum me loquebantur: seruus autẽ tuus meditabaŕ precepta tua.
g8 Nam & testimonia tua meditatio mea: & consilium meum iustificationes tue.	Nam & testimonia tua meditatio mea est: & consolatio mea iustificatiões tue sunt.	Sed & testimonia tua volũtas mea: quasi viri amicissimi mei.

TERTIE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

g ℂ Retribue seruo tuo viuifica me: & custodiã sermões tuos. Seruus qui fideli obsequiŕ dño/seruitutis sue retributionẽ quã vltronee & ex liberalitate exuberãtiq; bonitate sua dñs ei pollicit9 est/cũ fiducia petit: vt tali dño obsequaŕ alacrius. quid igitur mirũ si a te dñator imense qui longe oim fidelissimus es/qui es liberalissimus & dines in omnes/qui vitã obsecutoribus tuis premiũ seruitiorũ suorum/tua quidem gratia/ & exuberanti bonitatis tue copia pollicitus es: tuus seruus/qui in iustitijs tuis diu tibi famulatus est/pollicitam gratiam tuam expetat/ quo multo feruentius perfectiusq; omnia verba tua in futurum adimpleat. & cõfidenter ad te benignissimum & munificentissimum dominum clamet. retribue seruo tuo/viuifica me: & custodiam sermones tuos. 1

g ℂ Reuela oculos meos: & cõsiderabo mirabilia de lege tua. Mira est dñator imense tua bonitas. alij dñi ꝓpter suum bonũ seruos amant: tu vero seruos amas ꝓpter bonum ipsorũ. Nam tu vides eos aliter vitã habere nõ posse: nisi tuo seruitio. neq; aliter caliginẽ oculorũ mentis detergi posse: nisi seruitio tuo. oculos inquã mẽtis/quib9 solis mirabilis sapiẽtia tua & singularis bonitas conspiciũtur. Iccirco nõ imerito precari insup debet seruus tuus. Reuela oculos meos: & cõsiderabo mirabilia de lege tua. amoue velamẽ mentis mee: vt contẽpler legis tue magnalia. & nõne admirãdus ille dñs: qui mortuos/claudos/surdos/& ceecos ad seruitiũ suũ vocat: vt occasione a seruitio ei9 accepta/illos viuificet/erigat/auditũ suffodiat/& illuminet? Et a quo quis petat oculorũ velamen auferri: nisi a te qui solus viuificas/a te qui vita es & lux hominum/ & omnem hominem in hunc mundum venientem illuminas? 2

g ℂ Incola ego sum in terra: nõ abscõdas a me mandata tua. Peregrin9 & aduena (& si sol oriẽs oculos eius aperiat) indiget nichilosecius cõtinẽter aliquo viam illi demonstrãte: alioqui frequẽter errat/& ambulat in incertũ. nec aliter crediderim dominantiũ maxime & maximorum potẽtissime q̃diu spũs in corpore peregrin9 est/q̃uis viuifices & illumines illum: tãdiu nichilomin9 indiget vt vias tuas/mãdata & precepta tua suggeras/enuclees & doceas/& ideo nõ ab re ad te iugiter clamat. aduena ego sum in terra: non abscondas a me mãdata tua. clamat ad te benedictus es domine: doce me iustificationes tuas. 3

g ℂ Concupiuit aĩa mea desiderare iustificatiões tuas: in oñi tẽpore. Peregrin9 qui cũ plurib9 iter agit quorum nõ paucos cupiditate egrediũde vie illectos/& e via egressos perijsse cognoscit: quid aliud cupere debet/ q̃ desiderare nunq̃ a via velle egredi/ne consimili vt ceteri pereat fato? 4

pari modo qui ſpiritu in mandatis domini ambulat/ videns non paucos illiciente concupiſcentia a calle iuſtitie deflexiſſe/in predones incidiſſe/& demū periſſe: ſummopere cupere debet/ vt hoc ſolum concupiſcat & deſideret velle ſemper in vijs & iuſtificationibus domini incedere. ne forte ſi aliena irrepat concupiſcentia: vitale iter deſerens/in deuia tandem mortis precipitationiſq; eterne proruat pereatq; irremediabiliter. quod vir iuſtus agnoſcēs: ante te vie & vite dominum teſtatur ſe id tota mente peroptaſſe. Concupiuit inquit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas: in omni tempore. nam hec ſola concupiſcentia ſalutaris: cetere autem omnes noxie ac mortifere.

g ¶ Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis. Q; infelices q̄ miſeri peregrini 5
illi qui vident circa deuia deterrentem/& eos qui ingredi volunt increpantem & clamantem/ ve cunctis huc ingredientibus: & nichilominus illo ſpreto deuia illa ſubeunt. ita tu domine apud quē ſolum eſt fons vite & miſericordie/volētes a tua via diſcedere/ pro tua bonitate deterres & increpas: ne via vite relicta in deuijs mortis pereant. ſed ipſi quia ſuperbi ſunt & contemptores: increpationem & prohibitionē tuam nichilipendunt/& mandata tua deſerūt. quapropter merito maledicti ſunt ſuperbi: qui ſpreta mandatorum tuorum benedictionis via/deflectunt in auia mortis/ & in maledictionis diuerticula. quis igitur audiens prophetam dicentem/increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis: non ſtudeat humilitati & nuſq̄ deflectere a mandatis tuis/ vt increpationes tuas fugiat/& maledictionē deuitet. & pro increpationibus conſolationes tuas/ pro maledictione gratiam tuam benedictionemq; percipiat.

g ¶ Aufer a me opprobrium & contemptum: quia teſtimonia tua exquiſiui. O deus qui ſe humiliā- 6
tes exaltas/& ſe exaltātes deprimis: qui cuſtodit mādata tua/ dilucide cognoſcit/quia opprobriū & contemptus maxime decet ſuperbos. Nam hi a via lucis auerſi/ceci ſunt & maledicti: illius autem tu reuelaſti oculos. & cum ſe in obediētia tua humiliet: nichil vſqueadeo horret q̄ fieri ſuperbo ſimilis. nam hic & ille omni propoſito noſcuntur oppoſiti. quare nimirum ad te clamat. aufer a me/fac procul a me domine opprobrium & contemptum: quia mandata tua exquiſiui. fac longe a me ſuperbiam: ne me ſinas alicui ſuperborum aſſimilari.

g ¶ Et enim ſederunt principes & aduerſum me loquebātur: ſeruus autem tuus exercebatur in iu- 7
ſtificationibus tuis.

g ¶ Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt: & cōſilium meum iuſtificationes tue. Spiritualia bo- 8
na & terrena ſic ex oppoſito certant: vt hec/ſumma ſi poſſint ad ima pertrahant. illa vero contra nitūtur/ ima ad ſumma ſubuehere. & quia potentes huius mundi terrena extulit potentia: iccirco ſpiritu ſunt depreſſi. ſeruum autem domini ſpirituale bonum euexit: & terrena deprimunt. Et frequenti vſu euenit vt principes huius ſeculi qui iugum ſeruicij dei excuſſerunt/ conſilium ineant & aduerſus aliquem ſeruorum dei decernant. ille vero O dominator potentiſſime qui ſublimiū corda propria virtute calcas/tuo auxilio fretus tua precepta exequitur/illa meditatur. & aduerſantiū poteſtatum conſilia vincit: quia ſunt ei iuſtificationes tue veluti fortes & inſeparabiles conſiliarij. nam malum & falſitas infirma: bonum autem validum/& omnium omnino victrix eſt veritas. ipſe cogitat ſe (deo vires ſanitatemq; preſtāte) incolumi eſſe mēte: alios autem infirmos. & dedecus putat/cum ſanus ſit/vita plenus/videns atq; in luce ambulans: ab infirmis/emortuis/cecis/& in tenebris errantibus ſuperari. victor itaq; gaudet: & cauſam teſtatur preceptorum tuorum cuſtodiam. & exultat poſſe dicere ad dominum ſuum. Etenim ſederunt principes & aduerſum me loquebatur: ſeruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis. Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt: & conſilium meum iuſtificationes tue. poſteros inſtruens vt quicūq; ſe hoc pacto exercuerit: nullas illi aduerſantium poteſtatum maliguitates poſſe prevalere.

ADVERTE. primo verſu. retribue ſeruo tuo: Hieronymus ex hebræo/ tribue ſeruo tuo. quod aptius videtur. nam conſentaneum magis eſt vt ſeruus domino ſuo dicat tribue/largire/ impartire/dona q̄ retribue/repende vicē/ne videatur non gratiā ſed debitum repoſcere. ſed quid dominus ſeruo ſuo debere poteſt quod gratia non ſit/cum & ſeruus & omnia eius domini ſint: & neq; ſeruꝰ ipſe ſuus ſit/ neq; quicq̄ ſuum. tāto minus igitur deus creature debitor eſſe poſſit. gratia igitur eſt quicquid ab eo petendum/& quicquid petitum tribuit. ¶ Octauo verſu. nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt/& cōſilium meum iuſtificationes tue: Hieronymus ex hebreo paulo aliter ſed & teſtimonia tua voluptas mea quaſi viri amiciſſimi mei. quo deſignat prophetā teſtimonia dei fuiſſe ſibi voluptati aduerſus omnes hoſtium inſultus & molitiones/& loco virorum amiciſſimorum qui in aduerſis vel maxime iucundi ſunt & neceſſarij.

	GALL. Daleth.	ROM. Tabularũ.	HEB. ד IIII
d 1	ADhęsit pauimento anima mea: viuifica me secundũ verbum tuũ.	ADhęsit pauimento anima mea: viuifica me secundũ verbũ tuum.	ADhęsit pulueri anima mea: viuifica me iuxta verbum tuum.
	Daleth.	Tabularũ.	ד
d 2	Vias meas enunciaui & exaudisti me: doce me iustificatiões tuas.	Vias meas enunciaui & exaudisti me: doce me iustificatiões tuas	Vias meas exposui & exaudisti me: doce me iustitiam tuã.
	Daleth.	Tablarũ	ד
d 3	Viam iustificationũ tuarum instrue me: et exercębor in mirabilib⁹ tuis.	Viam iustificationũ tuarum insinua michi: & exercębor in mirabilib⁹ tuis.	Viam prȩceptorũ tuorũ fac me intelligere: & loq̃r in mirabilibus tuis.
	Daleth.	Tabularũ.	ד
d 4	Dormitauit anima mea præ tędio: confirma me ī verbis tuis.	Dormitauit anima mea præ tędio: confirma me ī verbis tuis.	Distillauit aĩa mea præ stultitia: serua me iuxta ęloquium tuum.
	Daleth.	Tabularũ.	ד
d 5	Viam iniquitatis amoue a me: & de lęge tua miserȩre mei.	Viam iniquitatis amoue a me: & de lęge tua miserȩre mei.	Viam mendacij aufer a me: & lęgem tuam dona michi.
	Daleth.	Tabularũ.	ד
d 6	Viam veritatis ęlęgi: iudicia tua non sũ oblitus.	Viam vęritatis ęlęgi: iudicia tua non sum oblit⁹.	Viam fidei ęlęgi: iudicia tua proponębam.
	Daleth.	Tabularũ.	ד
d 7	Adhęsi testimoniis tuis domine: noli me confundere.	Adhęsi testimoniis tuis domine: noli me confundere.	Adhęsi testimonis tuis domine: ne confũdas me
	Daleth.	Tabularũ.	ד
d 8	Viam mandatorũ tuorum cucurri: cum dilatasti cor meũ.	Viam mandatorũ tuorum cucurri: dum dilatares cor meum.	Viam mãdatorum tuorum curram: quoniã dilatasti cor meum.

QVARTE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

1 ¶ Adhesit pauimẽto anima mea: viuifica me secundũ verbum tuum. Corpus quod adheret sepulchro: corporaliter mortuũ est. & anima que adheret corpori: spiritualiter mortua. & quid tunc faciat: vt oculus tenebroso carcere clausus/visione sua vt sensibili vita carens/petit radio lucis viuificari: nõ aliter is cuius anima adhesit carni/appetere debet viuificari verbo dei (verbum autẽ dei: lex eius est) & dicere ad deũ. Adhesit pauimẽto/adhesit carni aĩa mea: viuifica me secundũ verbũ tuũ/vitam michi instaura verbo tuo. verũtamẽ vt oculꝰ sensibiliter nõ viuificatur nisi eximatur a tenebris: æque quoq; neq; anima spiritualiter nisi euocetur ab adhesione carnis. Adheret autẽ carni: q̃diu placita carnis efficit. Et quis potest euocare: tu deus qui postq̃ mortua est/iterum vales illi vitã restaurare. d

2 ¶ Vias meas enunciaui et exaudisti me: doce me iustificatiões tuas. Si seruulo q errauit cũprimũ se prosternit dño et dicit/dimisi vias tuas/& hac & illa incessi & hoc & illo modo erraui/ignosce michi/protinus ignoscit dñs eius: an serui confessionẽ/potiusne dñi admirabimur benignitatẽ? certe benignitatẽ. & quanto maior est dñs: tanto admirabilior est/qui se contemptũ fuisse tã facile cõdonat. Talis profecto es benignissime & misericordissime deus. non est admiranda confessio quã facit anima que adhesit operibus carnis/& dimissa via tua per alias incessit: quas prostrata ante te tibi recitat & agnoscit/& petit idulgeri/& isup doceri vias & iustificationes tuas/quas vite flagicijs & lõga dissuetudine dedidicit/& tu ꝓtin⁹ noxã illi idulges/et illã exaudis & exauditã i ꝓceptis tuis reuocas. sed admiranda est tua ineffabilis benignitas: qui cum omnium dominantium dominus sis & maximorum maximus/& ideo offensa in te maxima: tam facile noxã relaxas et dimittis. Non hoc vis confessionis facit: sed tua supereminens bonitas/que non vult nisi saluare quod perierat/ d

nisi bonum reparare quod deerat. quid enim mereor si dico: proximum odiui / superbia intumui / patrem et matrem inhonoraui / mechatus sum & pleraq; huiusmodi / he sunt vie quas longo detentus errore detriui / michi malas esse agnosco / ignosce michi / Sed tanto admirabilior es cunctis dominantibus: q; illi de se bene merentibus & recitantibus in eos beneficta vix beneficium aliquod agnoscunt. tu vero contra nichil de te merentibus / quinimmo sua malefacta / et in te delicta narrantibus: maxima bona largiris / & ne amplius aberrent optimam viã doces ac instruis. Miserrimus igitur est: qui te relicto / aliũ qui sibi dominetur querit. non enim is dñm: sed crudelissimũ experietur tyrannum. Qui cũ talis sis: quis non tutus ad miserationes tuas confugiat / quis nõ securus exomologesi facta dicat / vias meas enunciaui & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.

d ¶ V iam iustificationum tuarum instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis. 3
Sunt qui i aliqua arte instrui volunt: sed solum vt cognoscant / non autem vt cognoscentes operentur et se exerceant. At seruus tuus petit instrui in mandatis tuis / que sunt veluti quedam ars perpetue viuendi: non solum vt cognoscat / verum vt cognoscens sese exerceat. Nam vt illi qui cognitione cuiusq; artis contenti / non se exercent / arte illa non viuent: æque qui precepta tua scientes ea que agnoscunt non faciunt / preceptis tuis non viuent. verum qui in aliqua arte se exercent / presertim si circa quippiam dignum versentur: non desinunt admirari artis potentiam. tanto minus qui sese exercent in arte diuina / que est ars tua / & vie iustificationum tuarum instructio / desinent admirari / laudare / magnificare & predicare mirabilia tua. Quapropter non ab re ad te se eleuans vir spiritualis ait / viam iustificationũ tuarum instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis / admirabor & eloquar admirandam potentiam diuine / superadmirande & omniformatricis artis tue.

d ¶ D ormitauit anima mea pre tedio: confirma me in verbis tuis. 4
Sunt item qui artem aliquam discunt / & in illa se exercent: sed non perseuerant. & hi ad tempus viuunt: & ad tempus mendicant calamitate / tedio / miseriaq; confecti / sueq; ociositatis & stultitie meritam exoluentes pœnam. haud absimili modo seruus domini qui meminit se aliqñ sapientie vias deseruisse / & in vias stultitie defluxisse / tedia / calamitates erũnasq; perpessus: q̃uis precepta / domini miseratione susceperit et se in mirabilibus eius exerceat / ipso tamen casu cautior effectus vnum precatur a domino vt cũ in mãdatis suis contineat / firmet / stabiliat / cognoscens se ope sursum tenentis egere. siquidem suapte natura ima petit: diuina autem sustentatio / confirmatioq; ne iterato ruat in preceps / in sublime continet. Estq; caro similis ingenti flumini. mundus maximo mari. dæmonia phocis balenisq; marinis / ac ingentibus draconibus patulo rictu quicquid paululum immergitur vorare gliscentibus. anima vero similis naui nare non valenti / sed suopte pondere ad ima precipitiaq; ruenti. quam tamen benignissima sustentatio tua: per flumina / per maria / per varias vndosi salũ ꝓcellas in sũmitate subuehit. et hec ad finẽ vsq; sustentatio tua / cõfirmatio est: quam tantopere a te qui oia continens efflagitat / & que angelos ipsos ne ruere possint nũc etiam securos reddit. quam inquam vir iustus tantopere a te flagitat his vocibus suis. dormitauit anima mea pre tedio: cõfirma me in verbis tuis.

d ¶ V iam iniquitatis amoue a me: & de lege tua miserere mei. 5
Qui nauigat super mare / & videt intumescere fluctus: q̃uis cymba altior feratur / timet tamen ne tandem obruatur procella. & manus in cælum attollens eum precatur qui omnium habet imperium: vt mare serenet / detq; viam rati tranquillam. nam que adest / que presens est: nimis timenda / fallax & iniqua. Et que est anime nimis timẽda / fallax & iniqua via: nisi intumescentes & inualescentes carnis affectus / per quos si mens rapitur: iactatur / concutitur / periclitatur / & persepe naufragium patitur. ergo qui omnia potentem precatur viam iniquitatis amoue a me / & de lege tua miserere mei: nichil aliud precatur / nisi vt tua miseratio intumentes & preualidos carnis impetus / & noxiorum spirituum turbines ac tentationum flatus reprimat / desq; tranquillam in mandatis tuis & minime offensam impeditamq; viam. sed et gratia tua / dulcis flatus est: qui cursum eius et anime eius cymbam per vniuersam viam adiuuat & ad te tandem vite portum applicat.

d ¶ V iam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus. 6
Rex regionis alicuius liber est / & a nemine cogitur. & in hoc filios suos a ceteris discerni vult: q; nolit eos cogi. sed quicquid agant / libere agant. adhibitis tamẽ prius pædagogis (ne forte quid ex ignorantia peccent) agenda / fugiendaq; mõstrãtibus: & que veritatis via sit patriq; placita / & que falsitatis & patri odiosa. sed vnus filiorum qui generosus est (& si posset vtrãuis) viam tamen patri placentem elegit (nam per illam rex incedit) & alteram refugit. videt nãq; patrem per illam minime incedentem. non enim per eam incederet: quã ipse odit. At alter natura filius / sed voluntate degener (et si potuisset vtrãuis) elegit tamen viam falsitatis. in qua non paucas & filio regis indignas perpetitur erũnas. quandoquidem si quid bonum putat: fallax protinus est. nam hac incedentibus via: superbi appellantur magnanimi / auari magnifici / vecordes victoriosissimi / noxia vtilia / & longum inducentia luctum delectabilia. falsitatis enim

via est. ille regni particeps: hic exul/semper miser & inops. Hunc in modum tu domine deus rex regum omniū: vt rationales spiritus filios ostēderes/eos cogi noluisti sed esse liberos. et pedagogos/sanctos & prophetas mira bonitate tua per spiritum sanctum tuum illis prefecisti: qui fidei viam & veritatis tibi placitam ostenderent. e quibus quisquis a te non degenerauit: viam veritatis elegit/ & quicquid iudicasti bonum atq; sequendum/amplexatus est/& mente memori fixit. vt ad te (ceu legitimus filius: quippe qui legem & viam tuam custodit) dicere possit: viam veritatis elegi/ iudicia tua non sum oblitus. at vero eum qui a te degenerauit/sponte sua in viam falsitatis delapsum/ copia malorum extinxit. & iuste quidem (vt qui iudicia sua/iudiciis tuis pretulerat) perijt. Q; si libertate sua abusus/q; liber fact⁹ sit quereꝛ: pinde est ac si quis patrē regē accuset q; eū vile nō fecerit mācipium. At qui eū ita de patre querentē audierit/nōne iuste cōdēnabūt oēs & dicēt: tu gratiā & dignitatē a patre tibi factā indign⁹ & male gratus ignoras/qui voluit te esse liberū & similē sibi. ob quā quidē dignitatē: cetera erāt tibi subdita/famulātia/& te reuerētia/tāq; viuā/liberā & nulli subditā patris imaginē. nō libera eni: liberis natura parent. illa premunt & subsunt: at hec dominātur. q̄reris te patrē nō fecisse mācipiū: sed (quod q̄reris) vere fact⁹ es mācipiū. & cū i honore esses nō intellexisti: & cōparatus es iumētis insipiētib⁹ & similis fact⁹ es illis. Et ideo nō pater bon⁹/sed tu sol⁹ q; sponte tua tuaq; electione peristi/es accusand⁹. si male vtor oculis/male manib⁹/male intelligētia: qd largitorē accusabo q me his ad bonū vsū est dignat⁹/tāto min⁹ ꝓfecto de arbitrio deceat: quo nos fecit ceterorum dominos/& quo eius semper presenti & nulli vnq; negata ope adiuti/eū imitari possum⁹ si volumus qui est vniuersorum dominus.

d ¶ A dhesi testimonijs tuis dñe: noli me cōfūdere. Fili⁹ regis obediēs/cognoscēs patrē liberū & cogi nō posse/sed q̄cq̄d vult libere faciētē/q alterū degenerātē filiū per viā seruorū oberrantē confudit/& priuatione regni mulctauit: q̄uis ipse iussa patris sēper exequ⁹ est/supplex tamē orat ne pater eū vt fratrē eius confundat. in hoc testans patris liberam potentiam/ & venerans vt summe liberum & potentem. Et reuera dominator immense tu es ille rex summe potens/et summe liber et ad quem vnū clamandū est: adhesi testimonijs tuis domie/noli me cōfundere. et quisquis fuerit fidelis seruus tuus fatetur te duce/te docente/te confirmāte viis iustificationū tuarū inhesisse/et precatur ne illū confundas: hac confessione tuā augustā/inconcussā et liberā omnipotentiā testans/ hac confessione venerans tuam omnipotentē et incomprehensā libertatē. et si nō confundes/si regni consortio dignaberis id totum ad solā gratiā tuam referens/et solum gratiam esse agnoscens. et siue hoc siue aliud efficies: nichilominus iustissim⁹ es. quomodo eni summe liber esses: si quicq̄ vnq̄ ex debito deberes. ergo meritū erga te nullū est: sed creature meritū si qd est: in imensū gratia tua minus. et ideo alio in loco doces nos. C̄ū feceritis oīa que precepta sūt vobis: dicite serui inutiles sumus/quod debuimus facere fecimus. verū qui oculum in tua eminentissima bonitate figit/adeo eminens/exuberans & copiosa est/vt nequaq̄ de regni tui consortio quemq̄ diffidere permittat si in viis tuis perstiterit: tametsi non meritū (quis enim mereretur) se certissime agnoscat. nonne lux publica mundi tue bonitatis emula: modicā nostri oculi lucē nichil quidē meritā/secum admittit ad totius orbis spectacula/& que in se arctissima est: in publica illa luce latissime diffundit/quasi in toto visibili mundo conregnans omniaq; apprehendēs. nec secus angustū mētis nostre lumen i tuo admissū/ facile ambibit apprehendetq; omnia/supra ea q̄ et dici & cogitari queunt. 7

d ¶ V iā mandatorū cucurri: cū dilatasti cor meū. vt auis expassis alis/iuuantibus auris celeri volatu aera scindit: æque humana mens charitate leuata/dilatata/expassa/celeriter delectabiliterq; queq; operatur. verū vt calor corpora dilatans desursū est a sensibili sole ꝓcedens: ita quoq; & charitas dilatans animas a te deus est spirituū sole. non ab re igitur celeriter viā mandatorū tuorū percurrit: cum tu calorē tuū desuper infundens cor eius eleuas/expādis/aperis & dilatas/ mirabili voluptate & charitate animā implens. quibus vt duabus alis adiuta: ad te ocyssime peruolat. quo eni per viā tuā que est in charitate/prōpta & delectabilis adipletio mādatorū tuorū: nisi ad te curretur? Nōne igitur vir iustus quē tu gaudio & amore perfuderis: iure dicere valebit/viā mādatorū tuorum cucurri/cum dilatasti cor meum. 8

ADVERTE Quarto versu/dormitauit aia mea pre tedio: Hieronymus ex hebræo/ distillauit aia mea pre stultitia. quasi dicereꝛ defluxit et pene ob peccatū ad nichilū redacta est. nā si sapiētia nos colligit et deo vnit ac inserit qui est entiū entitas et viuentiū vita: stultitia ꝓfecto et peccatū nos dissipat/diuidit et euellit a fonte entiū ad nichilū/et a vita ad interitū quē per dormitationē interptes insinuarūt. est eni dormitio aut mors aut mortis imago. ¶ Quito versu. et de lege tua miserere mei: Hieronymus ex hebræo/et legem tuam dona michi. vocabulū HANA quod a HANAN deriuant hic positum/nunc libere et per gratiam donare/nunc misereri significat. interpretes significationem hāc/Hieronymus illā secutus est.

	GALL.	ROM.	HEB.
V	He.	Ista.	ה
h 1	LEgem pone michi domine viã iustificationũ tuarũ: & exquirã eam semper. He.	LEgem pone michi domine viã iustificationum tuarum: & exquirã eam semper. Ista.	OStende michi domine viã præceptorum tuorum: & custodiã eam per vestigium. ה
h 2	Da michi intellectum et scrutabor lẽgem tuam: et custodiam illã i toto corde meo. He.	Da michi intellectum et scrutabor lẽgem tuam: et custodiam illã in toto corde meo. Ista.	Doce me & obseruabo lẽgem tuam: et custodiã eam in toto corde. ה
h 3	Dẽduc me in sẽmita mãdatorum tuorum: quia ipsam volui. He.	Dẽduc me in sẽmitã mãdatorum tuorum: quia ipsam volui. Ista.	Dẽduc me in sẽmita mãdatorum tuorum: quia ipsam volui. ה
h 4	Inclina cor meum in testimonia tua: & nõ i auaritiam. He.	Inclina cor meum in testimonia tua: & nõ i auaritiam. Ista.	Inclina cor meum ad testimonia tua: et non ad auaritiã. ה
h 5	Auerte oculos meos ne videãt vanitatẽ: i via tua viuifica me. He.	Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me. Ista.	Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me. ה
h 6	Statue seruo tuo ẽloquium tuum: in timore tuo. He.	Statue seruo tuo ẽloquium tuum: in timore tuo. Ista.	Suscita seruo tuo ẽloquium tuum: in timorẽ tuũ. ה
h 7	Amputa opprobriũ meum quod suspicatꝰ sum: quia iudicia tua iocũda. He.	Amputa opprobriũ meum quod suspicatꝰ sum: iudicia enim tua iocũda. Ista.	Auerte opprobriũ meũ quod reueritus sum: quia iudicia tua bona. ה
h 8	Ecce concupiui mãdata tua: in æquitate tua viuifica me.	Ecce concupiui mãdata tua: in æquitate tua viuifica me.	Ecce desiderauí prẽcepta tua: in iustitia tua viuifica me.

QVINTE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

h 1 LEgem pone michi dñe viam iustificationũ tuarũ: & exquirã eam semper. Si verbum tuũ per os Mosis prolatũ incõprehensibilis dñe/lex est: quanto magis verbũ tuum ab ore tuo prolatũ lex tua est. hec immutabilis & eterna: illa mutabilis & transitoria. hec archetypa: illa similitudinaria. hanc igitur eternã/imutabilẽq; & verã legẽ te precatur iustus ad te clamãs legẽ pone michi dñe viã iustificationũ tuarũ & exquirã eã sẽper. te inq̃ precatur: vt eã ostendas/eã ponas viã iustificationũ tuarũ quo possit eã exquirere iugiter. quid eni magis exquiret: q̃ esse in via illa q̃ est lex: & ideo in ea nullus transgreditur. que eadẽ veritas est: et ideo nullus fallit. vita est: in ea nullꝰ morit. lux est: nullꝰ i ea tenebris offundit. sapientia est: nullꝰ ignorãtia aut insipiẽtia cecatur. omne bonũ est (eructauit ingt cor meũ verbũ bonum) & ideo satiat/& nichil aliud desideratur.

h 2 DA michi intellectũ/& scrutabor legẽ tuã: & custodiã illã in toto corde meo. Sol cum radios diffundit oculis corporeis: omnibus dat visionẽ. quos si substrahit: illã protinus aufert. & vna abire videtur vniuersus orbis decor: manentq; oculi tenebris offusi. Nec tu aliter imense deus/imensa lux mũdi: intelligentiã cum vis prestas oculis mentis/& cum vis ꝓtinus aufers. & te animis illucescente: mirabilem intelligibilis mundi edocentur pulchritudinẽ. te vero lumen tuum reuocante: omnis decor ille transit/mensq; manet suis obsita tenebris. ergo ne a quocũq; precandus es/da michi intellectũ & scrutabor legẽ tuã & custodiã illã in toto corde meo/legẽ illã tuã immutabilẽ/eternã/verã contẽplabor/& illã i toto corde meo/custodiã & arcte continebo. siqdẽ illa a tuo corde nata: aliorũ corda possidet & sua facit habitacula qui eã tota mẽtis intẽtione perquirũt. & ea libenter ihabitat: & dũ cu-

ſtoditur/ea cuſtodit/conſeruat/ſaluat/& vita donat eterna.

3 ℭ Deduc me in ſemita mādatorū tuorū:quia ipſam volui. Homo onuſtus in via:tardius iter ſuū cō ficit. & declinat ſemitas:ne forte diripiatur. qui vero expeditus eſt/ſecū nichil portans quod diripi poſſit:ſecurus petit ſemitarū ingreſſus/per eaſq; deduci. pauptas ergo cito ducit ad terminū. paupertati iuncta eſt ſecuritas. qua in re video ſup imenſe dñator ſemitā qua cito conficiunt mandata tua paupertatē ſpiritus eſſe. nichil enim qui eiuſmodi eſt/in hoc mundo ſecū habet: quod eius curſum ad te retardet. quod reuera pro tua bonitate:adoleſcenti te pcontāti quid faciēs vitā eternā habęret inſinuaſti. vbi enī cōmunē vite viā illi patefeciſti inquiens/ſi vis ad vitā ingredi/ſerua mādata:continuo q̄ eſſet ſemita mādatorū tuorū denudaſti ſubiūgēs. ſi vis perfectus eſſe/vade & vende oīa que habes/& da pauperib⁹:& habebis theſaurū in celo. et veni:ſequere me. tu vero O amator hoim & tui ſemitā incedebatis:ille vero qa nimis onuſt⁹ erat/ſemite credere ſe noluit. attamē qui perfect⁹ eſt/ſemite ſe credit. & q̄is difficili⁹ p eā q̄ p cōmunē viā icedit:placet tñ illa magis viro ſpirituali. & petit a te deduc me in ſemitam mādatorū tuorū/quia ipſā volui. petit quidē a te qui benigniſſimus es & qui p eam incedētes precedis/in eam deduci. niſi enī precederes & deduceres incedētes per eam:nequaq̄ dixiſſes. veni:ſequere me. h

4 ℭ Inclina cor meū in teſtimonia tua:& nō in auaritiā. Adoleſcēs ille cui tu q̄ ſol⁹ bon⁹ es/monſtraſti ſemitā:nequaq̄ ſub onere ingemere & triſtari debuiſſet. ſed ſi in ſchola ſpirit⁹ ſācti/ſcripturas didiciſſet:ptin⁹ a te cū viro pfecto petere debuiſſet. inclina cor meū de⁹ in teſtimonia tua:& nō in auaritiā. & a te qui cordium medicus es:corde medicato/ ocyus ſine dolore quod ledebat onus reieciſſet. & deduxiſſes eū per ſemitā ad vitā illā/cuius preſens noſtra vita vmbra quedā eſt & ſomniū. vidēs itaq; iuſt⁹/auaritiā & ad terrena bona nimiā ſitim & inhiationē/viam mādatorū tuorū pergere volētibus onera imponere:q̄ iuſte te precatur vt animū eius nō inducas in terrenorū cōcupiſcentiam/alioquī non incedat per ſemitā. quo modo enim onuſtus te ſequetur expeditū/& tardus magna celeritate preeūtem:qui vere ſimilis es capree/hinnuloq; ceruorum. h

5 ℭ Auerte oculos meos ne videāt vanitatē:in via tua viuifica me. Qui ſequit ducē i ſemita: ad nichil aliud q̄ ad ducē oculos intētos habęre debet/ne forte alio flectens oculos ducē ſuū amittat. Tu autē dñe rerū oīm opifex & creator:dux es. et q ſequit te/ad nichil aliud debet attēdere q̄ ad te. nā cætera vana ſunt:neq; vllū p̄ter te poteſt ſaluare. tu dux es inuiſibilis. q̄ enī(vt diuin⁹ annūciat apoſtolus tuus)vident tēporalia ſūt:q̄ autē nō vident ſūt eterna. verū cū oīs creatura de ſe vana ſit:quo modo declinabit quis oculos ſuos a vanis? Id nullo pacto fieri poteſt:niſi(ſicut manes tactā acū ſēper conuertit ad polū)tact⁹ tue diuinitatis illos faciat ad te ſēper cōuerſos/ſēper intētos. & vt tacta acus mobilitatē quandā veluti quandā vitā induit/qua inſtabilis & inquieta ſēper eſt/donec cōuerſa fuerit ad mūdi cardinē pulchrā illā ſtellā ſcilicet quā tuipſe feciſti nauigātiū ducē:ita diuinitatis tue omnifica vis a ſe tactos & ad te cōuerſos in via tua viuificat. qua viuificatione nuſq̄ ſtare/nuſq̄ q̄eſcere poſſunt niſi in te qui es ſuprem⁹ cardo vertexq; rerū. quapropter iure optimo quiſq; id te debet orare. Auerte oculos meos ne videant vanitatē:in via tua viuifica me. h

6 ℭ Statue ſeruo tuo eloquiū tuū:i timore tuo. Seru⁹ q nō timet trāſgredi p̄cepta dñi ſui:pſepe negligēs iueniť. at cōtra/eū cui honeſt⁹ timor ille adeſt:diligētia cōmēdat. q qdē timor nunq̄ perfect⁹ ſine amore adeſt. amor ſurſū mentē rapit. timor ille ne quid deorſum neglectum ſit/cautum efficit. ergo parū prodeſt cuiq̄ datū preceptū:niſi ſit illi adiunctus timor. alioquī verendum eſt ne negligentius operetur. & perinde vt auis ſi alterutra ala careat:non fertur in ſublime. neq; anima ſine amore & timore. amor in amato figitur:timor in propria amātis fragilitate. cuius ſibi bene cōſcius iuſtus/cū petit ab vniuerſorū domino:ſtatue ſeruo tuo eloquiū tuū/in timore tuo:nō petit p̄ceptū ſine timore ſibi dari a rege/a domino/ab amato ſuo. h

7 ℭ Amputa opprobriū meū qđ ſuſpicat⁹ ſū:quia iudicia tua iocūda. Q̄to ſeruus melior/tanto magis vereť ne quantū par eſt dñm nō amauerit & timuerit. & ſuſpicať ſe reū & opprobrio dignum:& erga dñm ſēper iuſte accuſandū. ſed ad bonitatē dñi refugit:& precať vt benigne ignoſcat ſe non eū vt par erat per oīa reueritū eſſe. cū nichil ei vnq̄ p̄ceperit:niſi quod bonū & iucūdū fuerat. Quāto magis quiſq; iuſtus:ſe putat deum(quē oportet ſuper omnia diligere/& ſuper omnia reuereri)nō pro dignitate & vt par fuit timuiſſe:& ideo ſe conſciū & dignū opprobrio/ad auxilium pietatis eius proclamat. Amputa opprobriū meū quod ſuſpicatus ſū:quia iudicia tua iucūda. opprobrio fateor & mulcta dign⁹ ſū:quia vniuerſa que michi mādaſti/& que te nō vt decuit timēdo negligēti⁹ peregi/bona erant & iucunda. non ergo ex parte tuorū preceptorum:ſed mea ex parte in hanc culpam incidi. quare neceſſe eſt/vt quod meum eſt reſcindas/vt inſeras quod tuū eſt:& poſſim vt par eſt tibi a modo inſeruire ac famulari.

8 ℭ Ecce concupiui mandata tua:in equitate tua viuifica me. Seruus ille qui timet negligentius mā- h

data domini sui peregisse/& non satis illū timuisse:fatetur nichilominus nullius alterius sibi p̄cepta placere/nulli alteri cupere seruire.& q̄uis in seruitio dñi quantū ad se/non se dignum existimet viuere:petit tamen dñi sui ingentē bonitatē et magnā iustitiā seruitij ei⁹ paruitatē defectumq; supplere.haud dissimiliter O rex supertremende quisq; est seruus tuus/etsi se fatet in seruitio tuo insufficientius q̄ par est habuisse:confitetur tamē nullius alterius precepta cupere/& nulli alteri seruire velle.neq; in se confidit:sed in tua sola equitate.et proinde sic ad te orat.ecce concupiui mandata tua:in æquitate tua viuifica me.orat:vt velit tua magna æquitas illū viuificare.et quod ex suo errauerit:tua æquitas iustitiaq; supplere.

ADVERTE.Primo versu.legem pone michi domine viam iustificationum tuarum/& exquirā eā semper:paulo aliter ex hebræo/ostende michi domine viam preceptorum tuorum/& custodiam eam per vestigium.id est per indicium/per manifestationem illam quam tu michi ostenderis.

¶ Sexto versu.in timore tuo.passiue intellige/ac si dicas in timore tui/quo scilicet a me timeris offendi.¶ Septimo versu.amputa opprobrium meum quod suspicatus sum:Hieronymus/auerte opprobrium meum quod veritus sum.hic rectius veritus sum q̄ suspicatus haberi putant.veretur enī timet et formidat fidelis seruus ne negligentius cuncta peragens/opprobrio dignus apud dominum habeatur.et æquius forte hoc pacto vereri et timere/q̄ suspicari.nam hic timor cautum facit/diligentem et humilem.at cautione/diligentia et humilitate:fauor dñi cōciliatur et amicitia.

VI Vau.

v 1 ET veniat sup me misericordia tua domie: salutare tuū secundū ꝙloquium tuum. Vau.

v 2 Et respōdębo exprobrātibus michi verbū: quia spęraui in sermonibus tuis. Vau.

v 3 Et ne auferas de ore meo verbū vęritatis vsquequaq;:quia in iudicijs tuis superspęraui. Vau.

v 4 Et custodiam lęgem tuā semper:in sęculū & in sęculū sęculi. Vau.

v 5 Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui. Vau.

v 6 Et loquębar in testimonijs tuis in conspectu rę̄gum: & nō cōfundębar. Vau.

v 7 Et meditabar in mandatis tuis;que dilexi. Vau.

v 8 Et leuaui manus meas ad mandata tua quę dilexi:et exercębor in iustificationibus tuis. &

ET veniat sup me misericordia tua domine: salutare tuū secundū ꝙloquium tuum. &

Et respōdębo exprobrātibus michi verbū: quia spęraui i sermonibus tuis. &

Et ne auferas de ore meo verbum vęritatis vsquequaq;:quia in iudicijs tuis spęraui. &

Et custodiam lęgem tuam semper:i ęternum & in sęculum sęculi. &

Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui. &

Et loquębar de testimonijs tuis in conspectu rę̄gum:& non cōfundębar &

Et meditabar in mandatis tuis:q̄ dilexi nimis. &

Et leuaui man⁹ meas ad mādata tua q̄ dilexi vehemēter: & exercębar in tuis iustificationibus. &

ET veniant michi misericordie tue dñe:& salus tua iuxta ꝙloquium tuū. &

Et respōdębo exprobrātibus michi sermonē: qa spęraui in sermone tuo. &

Et ne auferas de ore meo verbum vęritatis vsq; nimis: quoniam iudicia tua expectaui. &

Et custodiam lęgem tuam iugiter:in sempiternū & vltra. &

Et ambulabo in spacioso:quia prębcepta tua quę siui. &

Et loquar in testimonijs tuis coram rę̄gib⁹: & nō confundar. &

Et dęlęctabor in mādatis tuis:quę dilexi. &

Et leuabo manus meas ad mādata tua quę dilexi:& loquar in preceptis tuis.

¶ SEXTE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

1 ¶ Et veniat sup me misericordia tua dñe: salutare tuū secundū eloquiū tuū. O regum & dñorum maxime/seruus ille qui fatet̄ se pro dignitate tibi seruire nō posse: confitetur sēper se dignū repelli. & iccirco cū vita anime iusticia sit: si viuit/nō sua sed tua æquitate viuit. si in seruitio tuo retines & retinēdo saluas: misericordia tua sola est/qua debilitati eius eiusq; seruitij benigne cōpateris/ perinde atq; homo cōpati solet alteri/volenti quidē obsequiū prestare/sed ob virium imbecillitatē non valenti. & multo magis & absq; vlla proportione: q̄to tu homine melior misericordiaq; superior. ergo misericordissime dñe/iuxta suauitatē eloquiorū preceptorūq; tuorum: miserearis seruorū tuorū volentium quidē/sed ob infirmā naturam suā non vt te decet tibi seruire valentium. quorum quisq; ad te clamat iugiter: in æquitate tua viuifica me/& veniat super me misericordia tua domine/salutare tuum secundum eloquium tuum. V

2 ¶ Et respondebo exprobrantibus michi verbū: quia speraui in sermonibus tuis. Quid faciet seruus ille cuius dñi tanta virtus vt dñi sanitate sanetur/æquitate iustificetur/misericordia sustentetur/& salute saluet̄. si quis iproperabit/si quis accusabit q̄si beneficijs dñi indignū: nōne dicere poterit/non i meis seruitijs/nō in operibus sed in bonitate dñi mei spem meā reposui? Et ideo id totū/id omne/id vniuersū quod habeo: fateor nō debitū/sed bonitate & gratia ei⁹ elargitum. sic seruus cū dñi seruitio arguitur indignus: fatetur. sed q; non in se sed in mādatis superboni dñi sui sperauerit: nō est copiosa gratia frustratus. & respondebo inquit exprobrātibus michi verbū/quia speraui in sermonibus tuis. nō in meis obsequijs: sed solū in tuis fiduciā meā cōsecti mādatis. quis enim iure quēpiam reprehendat: si alicui bene de se sperāti gratiā suā faciat? quis itē increpet eū qui cū bene speraverit gratiā dñi acceptat & agnoscit/& pluris in immensū q̄ debitum omne/illam magnificit? V

3 ¶ Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaq; quia in iudicijs tuis supersperaui. Sicut esse & nō esse: ita veritas & falsitas. & a te qui vere es: verum. & a non esse: falsum. quid igitur postulare debet seruus qui nichil debet dicere/nisi quod audierit dñm suum loqui/precipere & mandare/alioqui de suo loquēs/falsus inuenietur & mendax. quid inquā debet postulare: nisi vt penitus nō auferātur verba dñi ei⁹ ex suo ore/vt & ipse sit verax: sicut & dñs eius verus. Verum quid faciet seruus dñi: cum cognoscat se esse ex non esse/& ideo si in ore eius verum est: non est suum sed domini sui verbum qui veritas est. precabitur igitur dñm suum ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaq; quia in iudicijs tuis supersperaui. ne prorsus de ore meo auferas verbum tuum quia non in me sed desuper spes & expectatio mea est adimplendorū verorū preceptorū tuorū. quo modo enim aqueus & grauis vapor in nubem cōscenderet: nisi desuper leuitatem acciperet/ neq; qui de se falsus est: nisi illi desuper indita veritate tua/precepta tua(q̄ tua sunt iudicia)adimpleret. V

4 ¶ Et custodiā legem tuā semper: in seculum & in seculum seculi. Quādiu desuper indita leuitas in vapore manet: tādiu vapor ille sursum detentus perseuerat/neq; vnq̄ deorsum ruit. quādiu etiā verbum veritatis in ore serui est: tādiu ille mandata domini custodit. quare si nunq̄ abscedit: semper custodit. mira igitur superiorum vis: que inferiora in suam naturā transfert/grauia in leuia/frigida in calida/opaca in lucida/ima in summa/falsa in vera/mortalia in immortalia. & sic in optimo detinet: vt non sinat relabi ad deteriora. vbi igitur verbum veritatis quēpiam in verū demutauerit: non alius ille q̄ verus seruus esse poterit. verus autem seruus est: qui vere p̄cepta domini sui facit. nō quomodo serui huius mundi (nam serui huius mundi superna virtute non sunt in aliā naturam transmutati) sed sicut superni serui & agmina illa celestia: que (vt Ioel propheta ait) multa sunt nimis/& castra fortia/& facientia verbum eius. consequens igitur fuerat post precatū serui tui ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaq;/continuo subnectere: & custodiam legem tuam semper/in seculum & in seculum seculi. V

5 ¶ Et ambulabā in latitudine: quia mandata tua exquisiui. Serui huius mundi in angusto: sed serui spirituales ambulant in spacioso. & quid mirum? celum amplū: terra stricta. spiritus capax: caro angusta. & vbi dominus ambulat: iure ambulat & seruus qui domini pedissequus est. tu autem domine deus vbiq; es/omnia permeas/nichil angustū te excludit/nichil amplum te cōcludit/nichil altum te excedit/nil subsidet tibi bassum/extra omnia es/intra omnia/supra omnia/infra omnia. tu omni alto altius & omni imo profundius. quare spiritus quem tu creasti ad tuum famulatum: vbiq; spaciatur/vbiq; cogitatione fertur/cito supra celum/cito infra/cito fertur ad summū/ilico relabitur ad imū supra tempus/infra tēpus/vt te vbiq; requirat dñm suū/& tibi vbiq; in spacioso seruiat. potest ergo spiritualis supernoq; veritatis tue verbo formatus seruus tuus vere dicere. Et ambulabā in latitudine: quia mādata tua exquisiui. quia obsequi spiritualibus p̄ceptis tuis & incedere p vias tuas delegi. V

6 ¶ Et loq̄bar de testimonijs tuis in cōspectu regū: & non cōfundebar. Oratores magni cuiusp̄ā re V

gis/&ſi alioqui exigue ſunt pſone:audacter tñ intrepideq; loquunt in cõſpectu aliorũ regũ.qa verbum ſui regis habent in ore:neq; vllus audet eos confundere.quãto magis O rex regũ tuus ſeruus habens verbum veritatis in ore ſuo/& ideo verbum tuum:confidens & impauidus loquebat i conſpectu regum/& nullus poterat eum cõfundere.loquebar inquit in cõſpectu regum & non confundebar:et quis enī verbo tuo audęret:&ſi audęret valęret reſiſtere/qui ſolus rex es fortiſſimus/potentiſſimus/& virtutis immenſe & ſemper inuicte.

V ¶ Et meditabar in mandatis tuis que dilexi.Orator ſtudet memoria tenęre/meditate et elaborate loqui:que ſibi mandata ſunt.& quis eſt ſeruus tuus cui verbum tuum poſuiſti in ore O rex vniuerſe creature:niſi orator tuus.ad quid enim dediſſes verbum tuum/& quem facis ſeruum tuum & deligis oratorem:niſi idem ſit fideliſſimus/qui te ſuper omnia & mandata tua ſuper omnia alia diligat/ maxime ergo cordi illa ſiget/& ſedulum eius ſtudium erit illa meditate/excogitate elaborateq; eloqui/magis etiam q̄ alius poſſit orator.& ſpirituales ac intimos auditorum mouebit affectus: cum ceteri/ſenſuales ſolum moueant & affectuum extimos.nam caſta eius oratio & ſpiritualis/ aliorum autem ſenſoria/fucata/illecebroſa/referta lenocinio & ſenſuum illicitamentis.hec ab humana;illa a diuina dicendi arte profecta.hac illa tanto eminentior:quanto celum eminentius terra.q̄is mundanus & carnalis homo ſtrepitu vocis ſtolidis auribꝰ & ſine ſpiritu circũfuſo deceptꝰ/ſecus frequẽtius iudicet.vt q ſacra faſtidit volumina/& ſpiritū ſapientie & vitalis eloquentie largitorem iudicat elinguem & ineruditum:& ad terrene eloquentie laudem non paruo quidem faſtu totum armat animum.ſimilis profecto illi qui terram dicat lucidam & ſolem ipſum vmbroſum.neq; eſt de numero eorum quorum quiſq; dicere poſſit & meditabar in mandatis tuis que dilexi.nam talem cecauit vmbra mundi huius & huius fallax eloquentia mundi. 7

V ¶ Et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi:& exercebor in iuſtificationibus tuis.Fidelis ſeruus & prudens non ſolum diligenter & excogitate loquitur que dominus ſuus & qui aliorum dominorum dominus eſt imperat:ſed & manus ad opus admouet.ergo ſeruo talis domini non ſatis eſt ſi meditatur in mandatis domini que dilexit:ſed vt illa operetur & ſe in illis exerceat aſſiduuſq; uerſetur/manus ad alta porrexit.Nam qui ſpiritu/deo ſeruit: non in imis operatur(ſunt enim ſpiritualia alta)ſed manus/& tam actiuas q̄ contemplatrices anime vires ad ſublimia tollit.atq; iccirco non ab re dicet eterno illi domino ſuo qui in altis habitat.Leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi:& exercebor in iuſtificationibus tuis. §

ADVERTE. Quinto verſu.ambulabam/& ſexto loquebar & non cõfundebar:rectius ex hebræo/ ambulabo/loquar & non cõfundar. ¶ Item ſeptimo verſu.meditabar:rectꝰ meditabor / ex hebræo delectabor.adde & ex verbis cuſtodiam & exercebor/quorum hoc ſequitur illud precedit/& ita eſſe dicendum rationem ſermonis expoſcere velle.

VII

Zai.

z 1 MEmor eſto verbi tui ſeruo tuo;i quo michi ſpem dediſti.

Hec.

MEmẽto verbi tui ſeruo tuo: i quo michi ſpem dediſti.

MEmẽto ſermonis ſeruo tuo: quẽ me ſpęrare fęciſti.

Zai.

z 2 Hec me conſolata eſt in humilitate mea:quia ęloquium tuum viuificauit me.

Hec.

Hec me conſolata eſt in humilitate mea:quia ęloquium tuum viuificauit me.

Hec eſt conſolatio mea in afflictione mea:qa ęloquium tuum viuificauit me.

Zai.

z 3 Superbi iniquę agębant vſquequaq; : a lęge autẽ tua non dęclinaui.

Hec.

Superbi iniquę agębant vſquequaq;:a lęge autem tua non dęclinaui.

Superbi dęridębant me nimis:a lęge tua non dęclinaui.

Zai.

z 4 Memor fui iudiciorũ tuorum a ſęculo domine: & conſolatus ſum.

Hec.

Memor fui iudiciorum tuorũ a ſęculo domine: & conſolatus ſum.

Recordatus ſũ iudiciorũ tuorum a ſęculo domie: & conſolatus ſum.

Zai.

z 5 Dęfęctio tenuit me,p pec

Hec.

Dęfęctio aimi tenuit me

Horror obtinuit me ab

catoribus: delinquẽtibus legem tuam. Zai.
Z 6 Cãtabiles michi erãt iu-stificatiões tue: in loco peregrinationis mee. Zai.
Z 7 Memor fui in nocte nominis tui domie: & custodiui legem tuam. Zai.
Z 8 Hęc facta est michi: quia iustificatiões tuas exquisiui.

pro peccatoribus derelinquentibus legẽ tuã. Hec.
Cantabiles michi erant iustificationes tue: in loco incolatus mei. Hec.
Memor fui nocte nominis tui domine: & custodiui legem tuam. Hec.
Hęc michi facta est: quia iustificatiões tuas exquisiui.

impijs: qui derelinquęrũt legem tuam.
Carmina erãt michi prę cepta tua: in domo peregrinatiõis meæ.
Recordatus sum in nocte nomis tui dñe: & custodiui legem tuam.
Hoc factum est michi: quia præcepta tua custodiui.

SEPTIME OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

Z 1 ¶ Memor esto verbi tui seruo tuo: in quo michi spem dedisti. Si potens pauperi quippiam precipiat faciũdum in quo assiduo labore versetur: primum pauperi vite necessaria subministrantur: & pauper incipit in auxilio potentis si quid forte acciderit aduersi sperare. Sed nõne tu domine deꝰ diues in omnes: miseratus es hominem cum in paupertate esset: cum nõ habęret vnde spiritu viueret: & preceptum tuum indulsisti: vnde illi suppeditata vita est & spem eternorũ bonorũ iniecisti. ergo diu in preceptis tuis exercitatus: terrena habitatiõe grauatus hoc pacto te precatur. memor esto verbi tui seruo tuo: in quo michi spem dedisti. quod si ad nullum temporale: ad nullum mortale: tendit aliquando eum perducas: quo verbum tuum dirigit.

Z 2 ¶ Hec me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuũ viuificauit me. Fidelis seruus nũq̃ deseritur spe. & quanto dñm agnouit veriorem: meliorem & clementiorẽ: tanto magis confidit: & confidendo consolatur. sed quis te dominorũ domine verior: qui es veritas? quis te melior: qui es ipsa bonitas? quis te clementior: qui es ipsa clementia: misericodia & benignitas? qui solo verbo oia curas: languida sanas: mortua viuificas: nõ existẽtia creas. quapropter seruus tuus si irridetur: parui penditur: contẽnitur: humiliatur: spe illa erigitur: fulcitur: consolatur. quia tu verbo tuo illi vitam prestas. solem contẽplatur & sidera. si nox est: sperat diem. si hiems: estatem. & nunq̃ spe illa fallitur. videt ergo supernorũ magnam esse spei certitudinẽ: q; q; diuinorũ spes non confundit. ac scriptum esse meminit: qui sperat in dño saluabitur. & iterum: dñe virtutum beatus homo qui spe rat in te. & spem altam in alio versans cõfidenter clamat. hec me consolata est in humilitate mea: quia eloquiũ tuũ viuificauit me. Itaq; bono; quæ sperat non minus certus est ac si habeat: & hac sancta beataq; spe aduersus oẽm mũdi cõcussionẽ immoblis perstat: & consolat q̃ validissime.

Z 3 ¶ Superbi inique agebant vsq; quaq;: a lege autem tua non declinaui. Prudens est ille viator qui cum videt plurimos alio iter flectere: a recta nusq̃ via declinat. & hoc ideo q; ducis preceptis iugiter inhęret: alij vero contẽnunt. talis est profecto seruus tuus domine qui mandata tua constanter custodit & obseruat. nam ipse videns superbos & tui tuorum q; preceptorum contemptores delinquere & errare grauissime (quanto enim a rectitudine deflectũt: tanto inique iniusteq; agũt) eo cautius studet legem tuam adimplęre. more proborum filiorum: qui cum vident quempiam fratrum deliquisse: tanto diligentius se domi continentes: singulaqueq; facere tentant: que norunt patri placitura: hoc ipso facto paternum amorem simul & timorem preferentes. quidnã & aliud faciebat qui ad dominum suum protestabatur: superbi inique agebãt vsquequaq; a lege autem non declinaui? quid aliud inquã nisi alijs a vijs tuis declinantibus nequaq̃ declinaui nequaq̃ seruitium tuum & que tibi placita sunt intermisi.

Z 4 ¶ Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine: & consolatus sum. Fidelis seruus & prudens exemplis maiorum suorum instruitur: & ex preteritis presentia metitur. & quis fidelior quis prudentior esse debet seruo domini qui fidelissimus & sapientissimus est immo qui est ipsa fidelitas: ipsaq; sapientia? exemplis igitur maiorum ab initio iuuatur. qualia sunt: munera abel iusti a deo acceptant. Enoch iustus cum deo ambulauit & ad imortales diuitias translatus est. Noa iustus a deo repertus est: & a cataclysmi cuncta delẽtibus vndis eripitur. Abraham: Isaac: & Iacob a deo exaudiuntur. prece iusti Helie celum clauditur & aperitur. nullus vnq̃ iustus a deo derelictus cõperitur. & q̃is seruus domini de contemptu & miseria superborum non dolere non possit (quippe qui fidelis & mirifice amans dominum suum: quem scit omni obediẽtia & honore dignissimũ)

nichilominus libere id confitetur/ memor fui iudiciorū tuorum a seculo domine & cōsolat⁹ sum/ & seipsum in admirabilis bonitatis eius contemplatione solatur. qui ab initio ob multitudinē malorum nequaq̄ aspernatus est eum: neq; minoris apud se fecit obsequium paucorum.

z ד Defectio tenuit me: pro pctōribus derelinquētibus legē tuā. Dñe virtutū q̄ admirabilis qui verus est & nō fict⁹ seru⁹ tuus. spem in verbo tuo figit/ in spe illa cōsolat. eloquio tuo viuificat. a lege tua alijs declinātib⁹ nunq̄ deflectit. memoria iudiciorū tuorū se adhortat. & hec oia ex charitate que supra se est/ quā ad te gerit. verū quia tu illi scām se charitatē ꝓximi mādasti: ex hac peccātibus alijs & legē tuā deserētibus/ exanimis efficit: sic illorū miserat⁹ errorē/ vt ꝓpriā calamitatē. sic illorū spirituale lapsum deflēs: vt ꝓprius illi esset deflēdus. Et nōne talis erat ille seru⁹ tuus: qui ob vni⁹ aut paucorū aliorū lapsū merens cōsternata mētefact⁹/ corinthijs scribebat. ex multa (iquit) tribulatione & angustia cordis/ scripsi vobis p multas lachrimas: nō vt contristemini/ sed vt sciatis quā charitatē habeā abundātius in vobis? Nōne dicere poterat/ defectio tenuit me pro pctōrib⁹ derelinquētib⁹ legē tuā? poterat ꝓfecto. vt qui non secus ac suā aliorum deflebat culpā. Ergo qui eiusmodi non sunt: cognoscant se non esse dei seruos/ sed peccatores derelinquentes legem eius. pro quibus horror/ defectio/ tribulatio/ angustia cordis/ & lachrime detinent iustos & fideles dei seruos: in multa mestitia & merore. 5

z ו Cātabiles michi erāt iustificatiōes tue: in loco peregrinatiōis mee. Musica/ res est suauissima auditui: & aduersus tristitias validū munimentū. nec ab re quidē. nā he cor cōstringūt & angustiatos spūs mortificāt: illa vero cor dilatat/ & quasi ex ergastuli tenebris/ spūs euocat in amplū. verū infinite bonitatis dñator imense: nulla suauior harmonia/ nullū valētius aduersus cordis angustias & animi defectiōes medicamentū q̄ in intimis mētis sue penetralib⁹ modulatio iustificationū tuarū. & ideo seru⁹ tuus siue dulci contēplatiōe tua læt⁹/ siue malis offensus: illas semp aio decātabat. cātabiles (inquit) michi erāt iustificatiōes tue in loco peregrinatiōis mee. nos pariter erudiēs in hac mortalis vite peregrinatiōe siue ex spectaculo honorificationū diuinarū læti fuerim⁹/ siue ex ihonorificatione grauiter molestia affecti nunq̄ a spūali melo/ qui omnē quæ sensu percipi possit/ euicit harmoniam nobis esse cessandum. 6

z ח Memor fui nocte nois tui dñe: & custodiui legē tuā. Dñi hui⁹ seculi sub nocte & somno nichil a suis seruis exigūt: nec isti/ quicq̄ illis impendūt seruitij. sed cōtra O spirituum dñator eterne/ seruus tuus nō min⁹ q̄ in vigilia solicit⁹ est in nocte tibi seruitiū ipendere. Q; si inuitis oculis irrepit sōn⁹: seru⁹ tuus corpore dormit/ & cor suū vigilat ad te. & tu illi tūc illaberis/ & dulces tui imittis memorias/ & ille tibi seruit die noctuq; siue vigil/ siue corporeo detētus sopore/ vt nimiū vere tibi possit enūciare: memor fui nocte nominis tui dñe/ & custodiui legem tuā. sensi visitationē tuam/ nulla nox ademit superni verbi tui dulcem memoriam. 7

z ט Hec facta est michi: quia iustificatiōes tuas exq̄siui. Sed vnde dñator imēse q sēpiterna es virt⁹/ semp vigil/ sēp operās/ habet seru⁹ tu⁹ vt noctu tui memoreť/ tibi psallat/ tibi vigilet/ tibi meditet? vnde si trāqlla qete soluat: theophanias/ orases/ & dulcia iterdū spectacula experiť? nō aliā, ꝓpheta tu⁹ affert causā diligētie illi⁹ dulcisq; visitatiōis tue nō iexpt⁹/ nisi qa iustificatiōes tuas exq̄siuit/ nisi qa p̄cepta tua custodiuit. Hec facta est michi (inqt) quia iustificatiōes tuas exquisiui. mēs igit cu stodiētis p̄cepta tua diaphano & trāsparēti assimilat aeri/ pure (nullis quidē p̄pediētib⁹/ nullis admissis nebulis) radijs solis puio. cōtra vero nō obseruātis: dēse/ piceæq; caligini/ q̄ oi est ip̄eruia luci. illi diuia lux se pure imiscet/ maxie cū mēs illa a functiōib⁹ sensuū est auocata/ & in se ipsa recepta: hui⁹ vero opacitas ipuritasq; oīe extrudit diuinū/ nullā supne cōsolationē/ nullā memoriā illapsūue vllū recipiēs/ acsi penit⁹ extincta esset aut mortua. illa spūalis & angelica: hec bestialis & carnea. illa confidit & scit q; sit aperti⁹ deū suū visura: hec diffidit: quasi sit cū beluis & pecorib⁹ interitura. & hoc: quia illa exquisiuit/ hec vero minime exquirere voluit iustificationes tuas. 8

ADVERTE. Sexto versu. cātabiles michi erāt iustificatiōes tue: Hieronym⁹ ex hebræo/ carmina michi erāt p̄cepta tua. & id recti⁹ dici volūt: q; vocabulū ZEMIROTH quo hic vtiť ꝓpheta carmina & laudes significet. ח Octauo versu. hec facta est michi: Hieronymus ex hebræo/ hoc factū est michi. & hoc apti⁹ dictū videť: vt sic itelligatur. hoc factum est michi/ scilicet vt in nocte recordatus fuerim nominis tui. verū cū dicitur hec facta est michi siue grece ΑΥΤΗ ΕΓΕΡΗΘΗΜΟΙ/ non occurrit quid hec aut monstret aut referat: nisi quippiam forinsecus emendicemus/ vt hec memoria hec recordatio aut aliquid simile/ que in sermone non precesserunt.

h ט Heth. Vita. ח

Portio mea domine: dixi custodire legem

Portio mea domine: dixi custodire legem

Pars mea domīe: dixi vt custodiā verbū

tuam. Heth. tuam. Vita. tuum.

h 2 D eprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundū eloquium tuum. Heth. D eprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundū eloquium tuum. Vita D eprecatus sum vultum tuum in toto corde: miserere mei secundum eloquium tuum.

h 3 C ogitaui vias meas: & cōuerti pedes meos in testimonia tua. Heth. Quia cogitaui vias tuas: & cōuerti pedes meos in testimonia tua. Vita. R ecogitaui vias meas: et conuerti pedes meos ad testimonia tua.

h 4 P aratus sum & nō sum turbatus: vt custodiā mā data tua. Heth. P aratus sum & nō sum turbatus: vt custodiā mā data tua. Vita. F estinaui & non neglexi custodire mandata tua.

h 5 F unes peccatorum circūplexi sunt me: & legē tuā non sum oblitus. Heth. F unes pctōrū circūplexi sunt me: legem autē tuā non sum oblitus. Vita. F unes impiorum implicauerūt me: legem tuam non sum oblitus.

h 6 M edia nocte surgebam ad confitendum tibi: super iudicia iustificationis tue. Heth. M edia nocte surgebam ad confitendum tibi: super iudicia iustitie tue. Vita. M edio noctis surgam ad confitendum tibi: super iudicia iustitie tue.

h 7 P articeps ego sum omnium timentium te: & custodientiū mandata tua. Heth. P articeps ego sum omnium timentium te: & custodientiū mandata tua. Vita. P articeps ego sum omnium timentium te: & custodientiū præcepta tua.

h 8 M isericordia tua domie plena est terra: iustificationes tuas doce me. Heth. M isericordia tua domie plena est terra: iustificationes tuas doce me. Vita. M isericordia tua cōplēta est terra: præcepta tua doce me.

OCTAVE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

1 P ortio mea dñe: dixi custodire legē tuā. Vt terre celū nō cōfundit/ vt luci nō permiscētur tenebre: neq; quoq; diuina terrenis. ideo tu dñe gubernator celi & terre mandasti Aaron & sanctis tuis ne quicq̄ in terra possiderent: quia tu pars eorū & possessio esses. ergo seruus tuus quicūq; is demū sit qui audet dicere portio mea dñe / dixi custodire legē tuam/ tu es pars/ sors & merces mea/ precepta tua custodiā: constat quia nullā in terris querit possessionē aliam. alioqui ignorantia fallitur. nam qui te habet: omnia habet/ omne bonū possidet/ & ad ois boni trahitur consortia. quomodo igitur omne bonū habēs: aliud in terra quæreret? Sed & dixit te esse portionem suam/ neq; aliam velle vt exactius custodiat legē tuam mādataq; obseruet. nam sunt & qui te & terrenū querunt dñm: quasi duas portiones volentes. & illi nequeūt legē tuam obseruare: sed terrenas tuis coguntur preferre legibus. & nō aduertunt miseri/ te vt ad te solū cōuerteres sacro ore dixisse nemi nem posse duobus dñis seruire. ergo qui aliam portionē q̄ te querūt/ te nō assecuto qui omne bonum es & qui lucem habitas inaccessibilem: & seipsos & omnia perdunt. h

2 D eprecatus sum faciē tuam in toto corde meo: miserere mei secundū eloquiū tuum. Lux mūda/ imundis nō coinquinat: quia terrenū nichil habet. & vie dñi munde/ nichil terrene fecis habētes. proinde qui per vias illas ambulat & cui deus portio est: mūdus est. mūda autē ad supera cōtendunt: ignis ad celū/ aer ad ignē. & seruus igitur tuus ad te summā cōtendit puritatem/ & mundus ad te mūdū/ purum & sanctū sanctorū currit. deprecatus sum inquit faciē tuam in toto corde meo/ miserere mei secundū eloquiū tuum. quippe qui dixisti/ exaudiā quia misericors sum. nec mirum si ad te suspirat/ si te videre cupit/ si videre cupit faciē tuam in toto corde suo. nam si purus oculus etsi corporeus ad puram sensibilē lucem miro desiderio fertur: multo magis spiritus purus ad te veram ipsam purāq; lucem rapitur/ te suspicit/ te admiratur/ tota vi ad te cōtendit/ ad te cōuertit. amore flagrat & deperit/ vt ei illabaris: vt intimo eius oculo te insinues penitus. pium hu-

iusmodi desideriū:ipm pūgit/mulcet/mordet/stimulat liquefacit/cuiscerat/diuidit/cōglutinat/redintegrat/vnit.at videt nullo te merito ꝓmerēri posse:quia sis infinit⁹ valor.gratia igit est/mia tua est:q; ad tuū cōtuitum admittis.clamat ergo qui deperit te videre qui es inuisibilis: clamat inquā ad te misericordiarū dñm/miserere mei secundū eloquiū tuū.merito videri nō potes:gratia & misericordia tua potes.& id insup verax est eloquiū tuū.Beati mūdo corde/qm ipsi deum videbunt.


h ¶C ogitaui vias meas:& cōuerti pedes meos in testimonia tua. 3
Amās qui cognoscit se solo nitore solaq; mūditia amato suo placere:cogitat itinera sua/solerter oculo circūlustrat vniuersa/& oēs vias lutulētas declinat ne vestimēta sua inquinet: & pedes agit in solas mūdicias.& qui ita studet: mūdus venit ad amatū.est eni amoris natura: vt alter& alteri nitore cōciliet & mūdicia.& ideo carnalis amor/&si plerūq; in principio se verū simulet:quia tamē in fine coinquinat/se falsum & mendacē ꝓdit amorē.At spūalis cōtra:se in fine maxime ꝓdit verū.nā si cōtactu lucis quicq̄ redditur purius/& q̄diu cōtact⁹ adest lympidi⁹ apparet : quāto magis cōtactu sūme lucis que est ipsa puritas & quo diuin⁹ spūalisq; cōsumat amor/reddit quicq̄ purius atq; q̄diu durat contactus/purissimū ac nitidissimū:perinde atq; ferrū intimo ignis cōtactu lucidissimū.Ergo vt seru⁹ tu⁹ qui toto corde ad factē tuā suspirat/qui per spūales vias te inuestigat se mundū ostendat/& mundicia tibi placeat ☉ væ amantium amor:clamat ad te/cogitaui vias meas/& conuerti pedes meos in testimonia tua.

h ¶P aratus sum & nō sum turbat⁹:vt custodiā mādata tua. 4
Q uis amāte paratior vt obsequia prestet amato?quē si vehemēs perurget amor/nichil illum terrebūt viarū discrimina/nichil grassatores/nichil turbabūt nocturna mille pericula.semp expeditus/semp accinct⁹/inturbat⁹ semp:vt ei qui cor eius perstringit obsequat amori.& quāto qui amat cognoscit dignior:tāto qui amat vrgētius amore carpit.quid eni diuin⁹ nō potest amor?Igit amator nullū suo amato cognoscēs dignio rē vt pote quē scit optimū/pulcherrimū/verissimū/quē scit potētissimū ac sapiētissimū: cor suū non habet secū/sed i amato.forma sua nō sibi placet/nō esse suū/nō viuere suū:sed sui amati.nō seipm habet.desideriū eni illū extra se rapuit.& ideo nō i se:sed i amato viuit.i se quaten⁹ in se:mors est. in amato:ipsa vita.ideo morti mortuus est:& vite viuit.mentē nō habet:sed nō est amens qui?a est supra mentē.ipetus illū agit:sed nō ꝑcipitat/quia fertur i altū.hoc vnū sibi placet:vt tibi(qui solus es dignissimus amari)semp obsequat/semp sit seruus tuus.& ad te qui suus dñs es/suus amor/sua vita/semper aperte cōfitetur/paratus sum & non sum turbatus vt custodiam mandata tua.

h ¶F unes peccatorū circūplexi sunt me:& legē tuā nō sum oblitus. 5
Q uo indicio mōstrabit se non esse turbatū:vt custodiat mādata tua?Hoc sane / q⁹ funes impiorū circūplexi sunt eū / & in illis nō est legis tue factus imemor.funes inquit peccatorū circūplexi sunt me/& legē tuā nō sum oblitus. hoc nimirū certū est indiciū.nā qui turbant/alio memoriā vertūt/nec ceptū peragūt iter.ille vero nichil tēdiculis maleuolor& ꝓficiētibus:mediā legis tue viam nunq̄ deseruit.piscib⁹ sagene demittūtur/feræ innectūtur cassib⁹/volucrib⁹ rętia tendūtur:vias autē spūales incedētibus spūales nequitie insidiantur/& perhorrēdos vix perceptibiles vixq; euasibiles laqueos circūnectunt.sed memoria tua domine virtutum/& ad legem tuam confugium:ab his protinus explicat/absoluit/liberat.quod beneficium seruus tuus/amator tuus minime factus imemor agnoscit & predicat.

h ¶M edia nocte surgebam ad confitendum tibi:super iudicia iustificationis tue. 6
Dies/diuine lucis imago.nox/tenebrarum.dies res cunctas discernit.nox cōfundit.dies calet/fouet/viuificat. nox friget/cōgelat/mortificat.fures noctu perrant.interdiu cōduntur.in die quisq; studet honeste ambulare.in nocte turpitudo laxat habenas.dies/gratia.nox/tētatio est.si igitur sensibili diei aduersa nox/tanta secū noxia trahit:quāta nox que spirituali aduersatur diei secum afferet?quāta mala ingeret spiritualibus veræ lucis cultoribus/etsi soliciti inuigilent? O- si ad arcendos aut fures aut lupos cum alta nox ingruit denseq; tenebre:accurate surgit paterfamilias & clamore suo nocere volentes deturbat.quanto magis spirituali viro media illa nocte surgendum erit/cum profunda inuadit tentatio:vt diuinis hymnis sole iustitie inuocato/nocturne potestatis aufugētur caterue.non enim inuida tenebrarum noxia turba/immense lucis laudes diutius sustinēre potest.quod nullus ambigere debet sapientē domini seruū fecisse/ cum clamat. media nocte surgebam ad cōfitendum tibi/super iudicia iustificationis tue.ergo siue nox illa nos surripiat tempore vigilie / siue quietis tempore:opus nobis est vt ad diuinam opem surgamus/& in hymnis/canticis/& laudibus/in omnibus/per omnia & super omnia inuocemus infinite potentem/& vane solo veri sonis acclamato nomine euanescent difflabunturq; vmbre.

h ¶P articeps ego sum omniū timentiū te:& custodientiū mādata tua. 7
Mirabilis deus in oib⁹ operibus tuis.nunc intra oia es:vt omniū centrū.nunc extra oia:vt oim circūferentia. intimus:vt oia vniens/omnia viuificans.extimus vt oia continēs/fouens/lustrans. circūmeans/vt ꝓuidēs ac cōseruans.medius:vt omnia discernens & disterminans.principium/medium & finis omnium rerum.



Creature autem sunt veluti circulorū senarij neq; abundans neq; deficiens/vniuersi/plenitudinem implens/qui a centro ad circūferentiam ꝓcedunt:vt ime summeq;/omniumq; ex parte participēt. nā id naturā boni exprimit: se ꝓpagare ac cōmunicare. quod quāto prestantius est:tanto magis sui consortiū tradit. Esto igit primus circulorū a/secūdus b/& ita deinceps.quia tu es centrale & cōmunissimū bonū:video a in se tui participē/& b tui participē in se/& hūc in modum de reliquis. & a participē tui esse in b & reliquis. imo & a:participem esse & b & c & reliquorū.nā in cōmuni bono cōcurrūt.haud absimili modo/quisq; timentiū te & mādata tua custodientiū:participeps est omniū reliquorū.nā tu es omniū illorū cōmune bonū.vt cuidā seruorū tuorum per temetipsum aperire dignatus es:ostendā tibi(inquiens)omne bonū.quāta igitur reuerentia timere debent te offendere/quāta alacritate animiq; prōptitudine obsecutioni preceptorum tuorum inuigilare/& cupere posse dicere/particeps ego sum omnium timentium te & custodientium mandata tua/cupere numerum illum augere:cum sciat omnium aliorum bona/pariter & bonum suum esse/

s ¶ Misericordia tua dñe plena est terra:iustificationes tuas doce me. Miserator imense qui omne bonū es/qui pars es & merces timentiū te & custodientiū mādata tua/nō debito:sed merces sola miseratiōe/sola gratia & misericordia tua.nā vbicūq; gentiū iueniunt timētes te:illic inuenit & misericordia tua.imo & eos preuenit qui nondū timorē tuū didicere:vt ostensa illis vite via/bonorū participatione ditent.diues eni es in omnes. Verū quia tu es ipsa sapientia oia in suos fines dirigēs/quia tu es & spiritus intelligētie sanctus/vnicus/multiplex/subtilis/disertus/mobilis/incoinquinatus/certus/suauis/amās bonū/acutus/qui nichil vetat benefacere/humanꝰ/benignus/stabilis/certus/securꝰ/oēm habēs virtutē/oia ꝓspiciens:nisi cōtinuo pādas/nisi demōstres & doceas iustificationū tuarū vias/haud secus aberrabimus q̄ sine sidere & clauo solēt nauigātes. Proinde ad te clamandum est iugiter/mia tua dñe plena est terra/iustificationes tuas doce me. pande nobis lumē sapiētie tue.nisi eni assit arctoi sideris aspectꝰ/nisi vias indicet:quid in cælū intēti oculi/quid ars/quid nauis armamēta/quid nauigantiū ꝓfuerint conatꝰ/multo magis sapiētie tue sublata gubernatione:vias iustitie ignorabimꝰ. nūquid enim si sensibili lumine sublato/nichil videt oculus: sublata intellectuali luce quicq̄ intuebitur intellectus:/ Est ergo nobis semper necessaria sapiētie tue illucescentis mentibus piarūq; illuminatricis mentium doctrina.

ADVERTE.Quito versu.funes pctōr circūplexi sunt me:Hieronymꝰ ex hebræo/funes pctōrū iplicauerūt me.q recētiores sequunt hebreos hūc locū itelligi volūt/cœtꝰ ipiorū populati sūt me.

	Teth.	Bonum.	℧
t 1	Bonitatē fecisti cū seruo tuo dñe:secundū verbum tuum. Teth.	Bonitatē fecisti cū seruo tuo dñe:secundū verbum tuum. Bonum	Benefecisti seruo tuo domine:secūdū verbum tuum. ℧
t 2	Bonitatem & disciplinā & scientiam doce me:quia mandatis tuis credidi.	Bonitatē & disciplinam & scientiā doce me: quia mandatis tuis credidi.	Bonum sermonē & scientiam doce me:quia mandatis tuis credidi.
	Teth.	Bonum.	℧
t 3	Priusq̄ hūiliarer ego delíqui: propterea eloquiū tuum custodiui. Teth	Priusq̄ hūiliarer ego delíqui: propterea eloquiū tuū ego custodiui. Bonū.	Anteq̄ audirē ego ignorauí: nūc autem eloquiū tuum custodiui. ℧

GALL.	ROM.	HEB.
t 4 Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Teth.	Bonꝰ es tu dñe: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Bonum.	Bonus tu & beneficus: doce me precepta tua. ב
t 5 Multiplicata est sup me iniquitas superborũ: ego autem in toto corde scrutabor mãdata tua. Teth	Multiplicata est sup me iniquitas superborũ: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. Bonũ.	Applicabant michi mendacium superbi: ego autem in toto corde seruabam pręcepta tua. ב
t 6 Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego vero lęgẽ tuam meditatus sum. Teth.	Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego vero lęgẽ tuam meditatus sum. Bonum	Incrassatum est velut adeps cor eorum: & ego in lęge tua dęlectabar. ב
t 7 Bonũ michi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas. Teth.	Bonum michi qꝛ humiliasti me: vt discerẽ iustificationes tuas. Bonum.	Bonum michi quia afflictus sum: vt discerem pręcepta tua. ב
t 8 Bonũ michi lęx oris tui: sup milia auri & argenti.	Bonũ michi lęx oris tui: sup milia auri & argenti.	Melior est michi lęx oris tui: super milia auri & argenti.

NONE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

t ¶ Bonitatẽ feciſti cum ſeruo tuo dñe: ſecundũ verbũ tuum. Ingratus ſeruus nõ modo mereꝫ gratia priuari/ſed & eſt inſuper plurima mulcta dignus. cõtra/ grato nulla pena debeꝫ: ſed & ei/quia gratia debęri nõ poteſt (nõ enim gratia eſſet) vltro gratia concedit. & ſi terrena beneficia/gratia & profecutione ſunt digna: nõne multo locupletius diuina? quod ſpiritualis ſeruꝰ tuus/ gratiarũ profuſiſſime largitor: nequaq̃ preteriſſe viſus eſt/cũ tibi id nõ ingrato quidẽ animo cõfitetur/ bonitatẽ feciſti cũ ſeruo tuo dñe/ſecundũ verbum. nam cũ dicit bonitatẽ feciſti: benefactorẽ ſuum te agnoſcit. cum vero ſecundũ verbũ tuum: te agnoſcit in oibus verbis tuis veracem dominũ. Es igitur benefactor verax/& veritas benefaciens/ imo vero es ipſum beneficiũ. & quid poteſt beneficiũ/ niſi ſolum benefacere: ſicut lux illuminare/& caliditas calefacere? nõ enim beneficiũ malefaceret. ergo ſiue proſpera aſſint ſiue aſſint aduerſa: verbere/ſupplicio penaq; meritiſſimus eſt & omnis beneficij priuatione: qui te non cognoſcit in omnibus & per omnes/ſuper oẽs & ſemp benefacere. 1

t ¶ Bonitatem & diſciplinã & ſcientiã doce me: quia mãdatis tuis credidi. Cum ſis oñi bonitate & ſapientia preditus/ & vis ſuapte natura omnibenefica: aliorũ indigentiã & ignorantiã libenter ſupples. Ideo qui fidelis eſt ſeruus tuus nõ alium requirit/qui ipſum doceat bonitatẽ: quia nullum te meliorẽ nouit. nõ alium qui ipſum doceat diſciplinã & ſcientiam: quia nullũ doctiorem/nullũ ſapientiorẽ reperit. ſi pulchrũ vult vidęri quia eſt oculorũ admiratio/& bonum cõmunicari quia eſt participantiũ perfectio: & tua profecto ſapientia vult ſciri quia eſt mentiũ illuminatio. nõne q̃primum ſol radios oculis injcit mortaliũ: omniũ colorũ & figurarũ preſtat notitiam? tanto magis igitur ſi bonitas & ſapientia tua fulgores & radios ſuos in ſeruorũ tuorũ mentes iaculabunꝫ/ preſtabunt iuſtificationũ tuarũ ſcientiã/ pſertim ijs qui fide preuia ad intelligentiã ſunt adiuti/vt & is qui dicebat. bonitatẽ & diſciplinã & ſcientiã doce me/quia mãdatis tuis credidi. Ergo O pulcherrime rerum: pulchritudine tua eos purga qui mandatis tuis credũt / ſapientia tua illumina/& bonitate tua perfice & conſuma eos qui pura fide ad te accedunt. 2

t ¶ Priuſq̃ humiliarer ego deliqui: propterea eloquiũ tuum cuſtodiui. Nõne verax es & fidelis deꝰ: qui dixiſti diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde? doctrina igitur tua mites & humiles facit. at quos ſcientia manſuefacit & humiliat: proculdubio ignorantiam effert/extollit ac ſuperbe eleuat. nõ ab re igitur ſeruus tuus quẽ tu ſpiritu tuo docuiſti & docendo humiliaſti clamat: priuſq̃ humiliarer ego deliqui/propterea eloquiũ tuum cuſtodiui. ac ſi aperte diceret/priuſq̃ ego a te diſcerem mitis & humilis corde fieri: ego ignoraui/ego intumui. quapropter in doctrina illa tua me exercui. nam ſi huiuſmodi ſcientiã comitatur humilitas: bono iure ignorantiã comitabit tumiditas. & ſi hũilitas ſpũs eſt ſanitas: dubio ꝓcul & tumiditas erit animi lãguor. ſi igitur medicꝰ quẽpiam 3

deformi & nimia mole distentū hyposarca / tympanite / intercutisue aque vicio laborātē pcepto
suo leuaret/curaret/reduceretq; ad equalitatem:nōne ille se cognoscēs pcepto illo factum sanum/
illud custodiret:hunc in modum & multo etiā magis/seruus tuus videns se eloquio tuo ignorātia
& comite eius superbia animiq; tumore liberatum/ & humilem corde sanūq; effectum/vbi vtrūq;
verbo confessus est/non ab re continuo subiunxit/propterea eloquium tuum custodiui.

4 ℂB onus es tu:& in bonitate tua doce me iustificatiōes tuas. Tu es dñe sapientia:& doctrina tua t
mites facit & humiles. ergo quorū doctrina inflat/tumidosq; facit ac insolētes:nō sunt sapiētes sed
sophistæ / veluti quedā sapiētū fex/vilis alga/& ad nichil vtile(vt sic dicā)peripsēma. & hoc modo
scire ante te/nō est scire:sed misere ignorare/quod tumor cōsequit & infirmitas. & cōtra/ hoc modo
nescire/ ante te est scire:cui comes est hūilitas & sanitas. ergo si egrotare nō est bonū:neq; hoc pa
cto scire eligendū. nō eni medici/sed venefici sunt:qui potiōe data/ equabile aiam ppetuo reddūt
perinde atq; vtrē ispirato vēto pretumidū miserabiliter distentā. satius igitur ad sapientē dīm/ad
p se bonū medicū cōfugiēdū & dicendū. Bonꝰ es tu:& in bonitate tua doce me iustificatiōes tuas.
Sed qd est dñe q; seruꝰ tuꝰ q mādatis tuis credidit/qui hūilis corde factus eloquiū tuū custodiuit:
pridē doctus / petit edoceri? An id ideo inscrutabilis dñe/quia tu es infinitum sapiētie pelagus/ &
quantūcūq; pbueris doctrine/semp apud te amplꝰ tenes pbendū:atq; ideo doctus semp petit se
magis edoceri. Et certe si pceptor quispiam esset infinite doctꝰ: semp discipulꝰ quantūcūq; didis=
set/peteret adhuc amplꝰ eruditi/& nouꝰ eū sciendi stimularet ardor/tā bonū/tā pulchrū est scire/
& maxime te scire qui es oīe bonū. neq; eni erga illū aliud esse posset q̄ discipulꝰ. An etiā fide do
ctꝰ:petit i bonitate tua q̄ est veritas & fidei substātia/plenꝰ edoceri?certe fides enigma est sed vt
phosphorꝰ stella eoi pulcherrima/certa est p̄nūcia solis:æq̄ fides est tue infinite p̄nūcia bonitatis.

5 ℂM ultiplicata est sup me iniquitas supborū:ego autē in toto corde meo scrutabor mādata tua. t
Qui sanū habēt gustū:de saporibꝰ recte iudicāt. qui autē sensum illū corruptū habēt :amarū dul=
ce/& plerūq; dulce iudicāt amarū. Ita supbi iudicio rationis destituti:seruos tuos O amator verita
tis/multipliciter arguūt falsitatis/iprobitatis & mēdacij. hi autē toto corde se exercēt in mādatis
tuis. Si sana/si dulcia/si vera ꝓsunt & ægri illa noxia amara & falsa dicūt vehemēter eos increpātes
qui illis vti volūt:nūquid iccirco/qui recte valēt sanūq; & incolume habēt mentis iudiciū/ab eisdē
abstinebūt? tāto minus sane a spūalibus bonis ob vaniloquia & intorta maledicta superborū erit
abstinendū. apud quos sanctitas est ipuritas/deuotio hypocrisis & simulatio / timor dei vecordia/
& amor ifania. quipotiꝰ serui tui multo magis puritatē retinēre studebūt/deuotionē adaugebūt/ti
more(neqd offendāt)cautiores erūt/& āpliore charitatis igne feruebūt/huiꝰ dicti ꝓphete memo
res/multiplicata est sup me iiquitas supborū/ ego vero scrutabor mandata tua. sic natura boni ex
suo cōtrario roborata/solidata atq; fortificata. Hic est eni generosus nature conatꝰ quē tu cunctis
O optime rerū indidisti rebus. nōne calx frigido succēditur:& contrariū roboratur suo irritante cō
trario?& humilitas igitur/supborū lacessente cōtumelia perficiet magis/roborabit atq; solidabit.

6 ℂC oagulatū est sicut lac cor eoꝝ:ego vero legē tuā meditatꝰ sum. Et lac & adeps frigido dēsat: t
& calido soluit. caliditas desursū est. nā & radiꝰ calet. frigiditas orit deorsū. siqdē & terra q̄ oibꝰ sub
sidet infima:friget. caliditas luci amica. frigiditas tenebris. nā qd igne calidius?totꝰ tamē lucet. &
cādida dies/calētior. nox opaca/frigentior. natura calida/leuia. frigida/grauia. calida/rara. frigida/
dēsa. eteni ignis calidissimꝰ/leuissimꝰ pariter & rarissimꝰ. & terra gelida/grauissima/dēsissimaq;. ca
lor rursus:purgat/ꝓbat/examinat. frigus cōtra:cōmiscet/iprobū tacit/cōfundit. calor/omniartifex.
frigus/iners torpidaq; natura. calor dilatat. frigus constringit. ille letitiā parit. hoc destruit/mesti=
tiaq; generat. calor beneficus. noxiū frigus. calor/vite. frigus/mortis initiū. quis igit hoc paradig=
mate nō videt superbos/quorū aia vt lac & adeps coagulata est:frigide/ime/tenebricose/grauis/
dense/ociose/permixte/iprobe/cōfuse/dure/rebellis/altricte/tristis/malefice mortifereq; esse na=
ture. humiles vero cōtra:dilatatos corde/charitate feruētes/lucide/agilis/subtilis/spiritificeq; esse
substātie. Insup & purgatos/ꝓbatos examinatos/efficaces & iugiter diuinā legē meditātes/iussio
nibus diuinis amplū patulūq; pectus expādentes/hilares/ beneficos avivificatos?qui igit vere
seruꝰ dñi est/cognoscēs aduersantiū supborū inuidia & odio charitatem extinctā: optimo iure di
cet/ coagulatū est sicut lac cor eoꝝ/ego vero legē tuā meditatꝰ sum. coagulatū est cor superboꝝ
ego vero dilatatus sum. ego lege tua delectatus sum. ego legem tuam meditatus sum.

7 ℂB onū michi quia humiliasti me:vt discā iustificatiōes tuas. Siue equꝰ ducit ad alta/siue revoca t
tur ad ima/siue flectit in dexterā/siue retorquetur in lævā:eodē freno moderat nec vel in preceps
dedat/vel vsquam exorbitet/vsq; exspacietur. hūc in modū tu iustarū insessor animarū:humilita=
te ceu freno eas dirigis seu contēplatione ad alta feruntur/seu actione descēdunt ad ima/seu se=
cunda assunt/siue assunt aduersa. atq; cum id tibi expedire videt qui solus sapientissimus es:veluti

calcaris suffossione/aliqua affictione stimulas/excitas/ torporē eximis diligentiāq; reparas. mira res:humilitas exaltaſ & in summis detinet ne ruatur in ꝓceps.imo in summis eſt humilitas: & in imis summitas.nā illa elcuat & supuehit ad summa. Et queadmodū grāde malū esset equo carere freno(nā cōtinuo cōtumax factus excuteret vtile seruitij iugum/& quo ferret ipetus/nullā certā secutꝰ viā/inordinate ferretur/vagareſ/ exspaciareſ/ neq; disceret vnq̄ aut sessori parere/aut recta incedere)hoc pacto deme humilitatē:protinus cōtumax/rebelliſq; efficiere.suaue dñi iugum excu ties.recta nō incedes.precepta nō disces.mādata nō capesses.grauissima igitur pernicies esset humilitate carere.quod solers seruus tuus minime ignorās/ingenue fatetur/cum dicit.bonū quia humiliasti me:vt discam iustificationes tuas. imo et si affligisti etiam bonum.nam sine calcari nullus equus bene currere:neq; puer ferme nouit sine virga probos mores bonaq; litteras perdiscere.

t ¶ Bonum michi lex oris tui:sup milia auri & argēti. Si nichil nostro verbo proferimus/nisi quod 8
cōcipimus:certe lex verbo dei enunciata/diuina est cōceptio.& si lex principis est mentis eius ratio/ad recte cōuenientibus medijs gubernandū/& gubernata ad bonum dirigendum/premiū parēti/penā transgredienti statuens:& lex quoq; diuina/mentis diuine ratio erit/qua conuenientissimis medijs gubernat/& gubernata ad optimū traducit/statuēs nichilominus parenti premiū & transgredienti penā.huius eni illa symbolū est/illa typus:hec exēplar & veritas.& hec & illa/rationalia respicit capaciaq; mentis.nā neq; inanimis neq; mutis lex ꝓprie posita est/sed sola prouidētia dispensat.ergo si pro humana lege(que tēporanea est)aut obscruata aut spreta/ gratia aut pena debeſ tēporalis: pro diuina que eterna est/gratia(que obedientie premium est)aut suppliciū pro contēptu/iure debebiſ eternum . nō enim ijs qui benefactrici legi tanq̄ medico sananti debitores existunt:aliud esse ꝑmium q̄ gratia potest.scripture igitur & ꝓphetarum oracula/lex ipsa nō sunt/ sed quedam legis expressio/multo magis a lege differens/q̄ scriptura a voce/q̄ vox a cōceptione/ q̄ vmbra a luce/q̄ vestigium a veritate.nō enim tua cōceptio/tua ratio aliud est a te deus.quo modo igiſ vnus es & simplicissimꝰ:sic tua lex vna ac simplicissima est.tu imensus:tua lex immensa.tu inestimabilis.quo pacto igitur tua lex estimabiſ milibus appreciabilis metalli?O q̄ vere dicit.bonum michi lex oris tui:super milia auri & argēti.q̄ vere astruxit sanctorū tuorum vnus.Rex vnus apibus/& dux vnus in gregibus/& in armētis rector vnus:multo magis mundi es rector vnus.qui vniuersa quecūq; sunt:verbo iubes/ratione dispēsas/virtute cōfirmas.qui videri non potes:quia visu clarior es.qui cōprehendi non vales:quia tactu purior es.qui nō vales estimari:quia precio maior es.& ideo sic te digne estimamus:dum te inestimabilē ducimus.vnū est incōnumerabile/inestimabile:oīs multitudo estimabilis. Sed forte milia auri & argenti meliora sunt eloquijs/oraculis ꝓphetarum/expressioneq; legis. At quomodo:cū illa terre/hec diuine mentis sit fœtura? cum illa ne mortalem quidem vitam prorogare possint: hec autem ducant ad inestimabile bonum?miseri igitur sunt/& vita indigni qui diuitias/qui milia auri & argenti preponunt eloquijs tuis.

ADVERTE.Tertio versu.priusq̄ humiliarer ego deliqui:Hieronymus ex hebræo/anteq̄ audirē ego ignorauī.antecedentia ponit hieronymus/interpretes cōsequentia.siquidem diuinam legem diuinaq; mandata cognoscere humilitatis causa est:ignorare profecto est superbie & contemptus occasio.& reuera diuina lex & diuina volumina deberent esse nostra carmina / nostre meditationes & iuges laudes toto tempore nostre fugientis & momentanee peregrinationis in hoc stadio ꝓbationis nostre.carmina hec q̄ dulcia erūt in altero seculo:q̄ amara q̄ luctifica Tibulliana & Catulliana & que eiusmodi sunt.Prima illa/vite lectio.at impurorū authorum qui venerem olent/cinædos/& impia dæmonū flagitia/sine quorum noibus nullum carmen pulchrum putant/nullum cōcinnum/nullum belle sonās/crassius ingenium phrygio illo Mida habētes/carmina sunt mortis / sed mortis secunde/ & perpetue mortis lectio . Hanc confessionem meam suscipiat deus ad meam & multorū salutem. ¶ Quinto versu.multiplicata est super me iniquitas superborum:Hieronymus ex hebræo/applicabant michi mendacium superbi.quasi hec sit intelligentia:impingebant michi mēdacium/in me cōmētabātur falsum. ¶ Eodem quinto versu.ego autem in toto corde scrutabor mandata tua:ex hebræo ego autem in toto corde seruabam precepta tua.quo fit vt potius nobis legendum ego autem scrutabar. ¶ Sexto versu.coagulatum est sicut lac cor eorum: Hieronymus ex hebræo/incrassatum est velut adeps cor eorum.quod & melius putant/quis parum euariet intelligentia.pretenditq; id/anima eorum ebes facta est:& densus/crassus supinus ac pinguis eorum sensus. ¶ Secūda particula eiusdem sexti versus.ego vero legē tuā meditatus sum: Hieronymꝰ ex hebræo/& ego in lege tua delectabar.lege analogie rectius hic delectabar q̄ meditatus sum.nā coagulari aut incrassari & dilatari quod in se claudit delectari opposita sunt.liquidem qui delectatur/dilatatur:& maxime qui delectatur in ijs que spiritus sunt.quare per id quod

interptes tradiderũt/nobis intelligendũ est perinde ac si diceremus/ego vero in lege tua dilatatus sum. & hec anime dilatatio/est ex meditatione legis diuine ãpla in deũ charitatis effusio. ¶ Octauo versu. bonum michi lex oris tui. ex hebræo accõmodatior sermo: melior michi lex oris tui/vt totus versus hoc pacto intelligatur/melior michi lex oris tui q̃ millia auri & argenti.

Ioth.

i 1 MAnus tue fecerunt me & plasmauerũt me: da michi itellectum & discam mandata tua.

Ioth.

i 2 Qui timent te vidębunt me & lętabuntur: quia in verba tua superspęraui.

Ioth.

i 3 Cognoui dñe quia æquitas iudicia tua: & veritate tua humiliasti me.

Ioth.

i 4 Fiat misericordia tua vt cõsolętur me: secundum ęloquium tuũ seruo tuo.

Ioth.

i 5 Veniãt michi miserationes tue & viuã: quia lex tua meditatio mea est.

Ioth.

i 6 Cõfundantur superbi ꝙa iniuste iniquitatẽ fecerũt i me: ego autẽ exercębor in mãdatis tuis.

Ioth.

i 7 Cõuertãt michi timẽtes te: & q̃ nouerũt testimonia tua.

Ioth.

i 8 Fiat cor meum immaculatum in iustificationib⁹ tuis: vt non confundar.

Principium.

MAnus tue fecerunt me & plasmauerũt me: da michi intellectum vt discam mandata tua.

Principiũ.

Qui timent te vidębunt me & lętabuntur: quia in verbo tuo spęraui.

Principium.

Cognoui dñe quia æquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliasti me.

Principium.

Fiat nunc misericordia tua vt consolętur me: secundum ęloquium tuum seruo tuo. Principiũ.

Veniãt michi miserationes tue & viuã: quia lex tua meditatio mea est.

Principium.

Cõfũdãt supbi ꝙa iiuste iniquitatẽ fecerũt in me: ego autẽ exercębor i mãdatis tuis. Principium.

Cõuertãt ad me q̃ timẽt te: & q̃ nouerũt testimonia tua. Principiũ.

Fiat cor meũ immaculatum in tuis iustificationibus: vt non confundar.

X

MAnus tue fecerunt me & plasmauerũt mę: doce me & discã mãdata tua.

Qui timent te vidębunt me & lętabũtur: quia sermonem tuum expectaui

Scio domine quia iustũ iudicium tuum: & vere afflixisti me.

Sit obsecro misericordia tua in cõsolatione mea: sicut locutus es seruo tuo

Veniant michi misericordie tue & viuã: quia lex tua delectatio mea.

Cõfundant superbi qm̃ inique contriuerunt me: ego autẽ loquar i præceptis tuis.

Reuertant ad me qui timent te: & qui sciũt testimoniũ tuum.

Fiat cor meũ perfectũ in præceptis tuis: vt non cõfundar.

¶ DECIME OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

1 ¶ Manus tue fecerunt me & plasmauerunt me: da michi intellectum et discam mandata tua. Si picta imago viueret & tangeret suum pictorem/non tamen pulchritudinem agnosceret/quia non haberet sensum lucis/& precaretur artificem tu vitam/tu tactum michi dedisti/ da visum quo te videam: nonne artifex si posset oculos illi elargiret & indulgeret/quo a sua imagine cognosceretur? Tu conditor omnium rerum omnipotens es/tu es ens entium/ vita viuentium /sensus omnia permeans/ratio cuncta gubernans/& intelligentia omnia sciens. tue manus hominem fecerunt/verbũ tuum & spiritus tuus plasmauerunt & ornauerunt. tu esse illi largitus es/& nobilissimũ qdẽ omniũ eorũ que in visibili mũdo sunt. tu vitã/sensum/rationẽ operi admolit⁹ es: illi tñ deest sensus pulchritu

dinis tue agnoscẽde.nã tametsi te O pulcherrime rerũ/ratio aliquo pacto attigat:ceca tñ palpat.qđ igit faciesʔimago tua/plasmatura tua te p̃cat̃/ad te aude clamat.manꝰ tue dñe fecerũt me & plasmauerũt me:da michi intellectũ/vt discã mãdata tua.da michi dñe q finxisti me lucis tue visum/da pulchritudinis tue sensũ/da michi intellectũ/nõ vt statiad tãte maiestatis admittar aspectum/sed vt primũ discã tibi seruire/tibi in illa luce famulari vt dicã volũtates & bñplacita tua.tu es oipotẽs artifex/tuũ velle est tuum posse/tuũ dicere est facere.qd facies certe tu benefactor imẽse qui oia gratis es largitus/nunq̃ vt tua cõsumatior fiat imago tibiq; euadat similior/illud denegabis rogatus.

i ¶Q ui timẽt te videbũt me & letabunt̃:qa in verba tua supsperaui.C ũ seruꝰ dñm quippiã p̃cat̃ qđ 2
verbo p̃stare potest/& agnoscit ipsũ benignissimũ & ad elargiẽdũ ꝓpẽsũ:magna spe verbi eiꝰ ducit/& optat vt amici dñi sic eũ sperãt̃ agnoscãt/& gaudeãt qꝝ tãta spe dñi erigat̃.Tu vero rex eterne cõditor:dñs ille es q verbo oia potes.& te p̃cata est imago tua/factura tua/fidelis seruꝰ tuꝰ:vt intellectũ quo mã data tua discat illi idulgeas.benignissimꝰ es/liberalissimꝰ es,rite igit in verbo tuo nõ solũ sperare sed supsperare debet:vt spes eiꝰ sit ipe õni alia maior.vt & amor tui/& tui timor debent aliũ quẽcũq; lõgo iteruallo oẽm exuperare timorẽ & amorẽ.Et qdni optet:vt alij serui tui/sui autẽ cõserui te timẽtes & amãtes/illũ videãt supsperãtẽ & õni certitudine certiꝰ expectantẽ supbonũ verbũ tuũ.quod illi elargiet̃ tue lucis itellectũ & scietiã mãdatorũ tuorũ.et idipsũ vidẽtes cõserui/cõsolent̃:spem suã ad te qui solꝰ optimꝰ es roborãtes & etiã de ceterovalẽtius erigentes.

i ¶C ognoui dñe qa eqtas iudicia tua:& in veritate tua humiliasti me.Bonitas tua superbone dñe q̃ 3
desiderũ õne ad se mouet:nõ excluit p̃cantẽ/nõ fefellit sperãtẽ/nõ fruſtrata est expectãtẽ.quomodo eni excluderet:q̃ oia itra se cõtinet.falleret:q̃ est omne bonũ.fruſtrareť q̃ oia deducit ad effectũ verbũ igit tuũ supsperãti seruo tuo petitũ indulsit intellectũ:& repẽte factus est sciẽs.nõ eni ad docendũ tẽpore eget.nã si sensibilis lux momẽto res carneis obtutibꝰ manifestat:quãtomagis tua lux spiritualibꝰ mẽtiũ luminibꝰ mãdata tua ocyssime reuelat.qđ illustrationis bñficiũ agnoscens seruꝰ tuus in clamorẽ prorupit.cognoui dñe quia æqtas iudicia tua:& i veritate tua humiliasti me.quomodo eni cognouisset:nisi sensũ cognoscendi tribuisses?Et mira dñe tua doctrina:q̃ protinus infusa/in veritate tua humiliat.sic eni humilitas & tua doctrina sunt nexa:vt ad nullum respicias nisi ad eum quem doces & humilias.ad quẽ(ais)respiciã nisi ad humilẽ & trementẽ verba mea?nã cum tu sis summa lux:tuum respicere est illuminare/& in veritate humiliare.

i ¶F iat misericordia tua vt consoletur me:secundũ eloquiũ tuũ seruo tuo.Q ui vere humilis est:vere 4
cognoscit/& idẽ vere amat.verus autẽ amor vehemẽter perstringit amantẽ. lãguet volens:& vult lãguens.& cum aqua extinguat ignẽ:lachrime tamen pascunt amorẽ. hinc amatus absens desiderio sui flagellat amantem.& quanto magis flagellatur amãs:vehemẽtius amat.quid enim aliud amor (ipso superdiuino & solo amabili absente amato)nisi sanus languor/& sanitas lãguens/nisi mors viuens & vita moriẽs?fortis est(inqt)vt mors dilectio tua.hac vero de causa si qs contẽnit/si quis trãsgreditur/si quis offendit quẽ diligit aia eiꝰ:nouus luctus/noua afflictio/meror merori nouus & dura vt infernus surgit emulatio.quid igitur faciat in veritate humiliatus:nisi clamet/nisi totis viribus ad amatum suum misericordie fontẽ vociferet.fiat misericordia tua vt consoletur me secundum eloquium tuum seruo tuo. O superamabilis miserere nimis afflicti/miserere nimis impatienter amantis.tu verbo virtutis tue omnia fers.verbo me illuminasti/verbo me humiliasti/verbo me inflãmasti:tu verbo tuo pariter nostro medere languori.

i ¶V eniant michi miserationes tue & viuam:quia lex tua meditatio mea est.Oculus sanus non in- 5
diget collyrio/sane tibie fomento/sani humores cathartico:solus sanus amor indiget medico. sed que medicina leuet amantẽ/quem hinc amor hinc emulatio ad mortem vsq; torquent?Sola amati miseratio.Q uapropter ad te clamat quem facis amore tui languere & zelo torqueri amatorũ misericordissime:veniant michi miserationes tue & viuam/quia lex tua meditatio mea est.quid est eni lex tua:nisi bone voluntatis tue placita?illa amat/illa meditat̃/illa cogitat.que vis/illa sola vult.quo modo enim aliud vellet:qui voluntatem non habet?dedit enim tibi velle suum.ergo velle nullum habet:nisi solum velle tuum.

i ¶C onfundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me:ego autem exercẽbor in man- 6
datis tuis.Ad te iterum clamat seruus tuus qui es super omnia & solus ab omnibus amãdus.presente vita:viuimus.ergo si veniant miserationes tue & viuam : tu presens eris qui es amantiũ vita/& medicatũ erit amori.nã qđ torquet absẽtia:presentia sanat.sed nondũ medicatũ erit emulationi. nã superbi sunt:qui te cõtẽnunt/qui repellunt iustificationes tuas/qui dicunt vias tuas nolumus.illi sunt q iniusto merore me cõfecerũt/tristitia macerauerunt/retardarũt cursũ meũ ad te. ergo cõfundantur supbi quia iniuste iniquitatẽ fecerũt in me. ego autẽ exercebor in mãdatis tuis.Confundant

potius quia superbe egerũt in te. & ideo iniuste afflixerũt me. & hoc amoto emulationis pondere: expeditus exercebor in mandatis tuis. qui enī fieri potest vt onustus & grauissima quidē mole/nisi prius exoneratus/ocyus ad te properet? Hūc sola oneris absentia leuat: quē presentia grauat. sic amor & emulatio ex opposito ledunt amantem.

7 ¶ Conuertantur michi timētes te: & qui nouerunt testimonia tua. Natura boni est/p̄sens iuuare: mali vero cōtra/presens ledere. O q̄ graue igit malū est supbia: q̄ presens tam grauiter eum ledit quem nulla alia fere ledere possunt. siquidē diuitiū amatorē pœnæ nō ledūt/sitis/fames/vigilie/nuditates/paupertates/proprij contēptus/cōtumelie/irrisiones nō offendūt: sola superbia/soli eū ledūt supbi. nō quia in illū: sed quia in te qui es sūmus amor/supbi sunt. iccirco tantū a se malū petit auferri. sed quomodo auferretur nisi ipsorū absentia/& dissimiliū presētia? tenebre enī si absint: succedit claritas. Et qui sunt illis dissimiles: nisi qui timēt te & nouerunt testimonia tua? Quapropter seruus tuus vt eū omni ex parte a malo liberes/cōiungasq; bono te supplex hoc pacto precat & orat. Conuertantur michi timētes te: & qui nouerūt testimonia tua, veniāt ad me & cū illis viuā & conuerser: quia norunt adimplere mandata tua. i

8 ¶ Fiat cor meū imaculatū in iustificationibus tuis: vt non cōfundar. Diuinus amor puritate viuit & in amenitate deliciatur. hymnis/cantilenisq; amoris nulla harmonia maior. redolētia eius nullus odor flagrātior. aspectu ei⁹ nulla lux fulgidior. gustu eius nulla dulcedo dulcior. attactu eius nulla mundicia purior. Merito igitur si quis in conspectu amoris apparet inquinatus: ꝑtinus repellitur/retruditur/confunditur. solicitus igitur esse debet qui amat: vt nitidus omni ex parte & mundus appareat/& cor gerat mundissimū. nā illud offert amori. & dū illud offert: se ipsū offert totū. quare fidus amans summū precatur amatū/qui solus nouit ex imundis facere mundū/fiat cor meū imaculatum in iustificationibus tuis/vt non confundar. nam si inquinatus apparuero: confundar. & nisi tu ipse mundaueris: nichil tibi offerri poterit/quod non sit immundum. i

ADVERTE. Secūdo versu. q timēt te videbūt me & letabunt. videt hic potiꝰ optandū q̄ asserendū vt sic intelligat/q timēt te videāt me & letent. nā multi timēt deū q ꝓphetā diuino igne calentē nō viderūt. optabat tñ a timoratis videri/vt eiꝰ exēplo firmarent & spirituali cōplerent gaudio. qđ & sequētia verba fiat/veniāt/cōfundant/cōuertant & huiusmodi insinuāt. Sed hebreorū mos est æque per futurū indicatiui modi optare vt asserere. verū hec latinorū cōsuetudo nō est: cū asserēdi & optādi aliū & aliū modū habeāt. hinc iterpretes frequēter hec cōfundūt: & optare vident cū sit asserēdū/& asserere cū sit optandū. nā q̄ ad ꝓphetiā ptinēt/sūmopere assertionē: q̄ ad orationē q̄plurimū optationē expetunt. ¶ Septimo versu. conuertantur michi timētes te. rectius/conuertantur ad me. ex hebræo/reuertantur ad me qui timent te.

	Caph.	Manus.	ב XI
c 1	Defecit in salutare tuum anima mea: in verbum tuum supersperauī.	Defecit ī salutarī tuo anima mea: & i verbo tuo spꝛauī.	Defecit in salutare tuum aia mea: verbū tuum expectaui.
	Caph.	Manus.	ב
c 2	Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes quando cōsolaberis me?	Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicētes quando cōsolaberis me?	Consūpti sunt oculi mei in verbum tuum: dicētes quādo consolaberis me?
	Caph.	Manus.	ב
c 3	Quia factꝰ sū sicut vter ī pruina: iustificatiōes tuas nō sū oblitus.	Quia factꝰ sū sicut vter i pruina: iustificatiōes tuas nō sū oblitus.	Et cū essem quasi vter in pruina: p̄cepta tua nō sū oblitus.
c 4	Quot sūt dies serui tui: qn facies de psequentibꝰ me iudiciū?	Caph. Quot sūt dies serui tui: qn facies de psequētibus me iudiciū.	Manus. Quot sunt dies serui tui: quādo facies in psequentibus me iudicium?
	Caph.	Manus.	ב
c 5	Narrauerūt michi iiqui fabulationes: sed non vt lex tua.	Caph. Narrauerūt michi iiqui fabulatiōes: sed nō ita vt lex tua dñe.	Manus. Fodierunt michi superbi foueas: que nō erāt iuxta legem tuam.

GALL.	ROM.	HEB.
c 6 Omnia mandata tua veritas: iniqui persecuti sũt me/adiuua me. Caph.	Omnia mandata tua veritas: iniqui persecuti sũt me/adiuua me. Manus.	Omnia mandata tua vera: falso persecuti sũt me/ auxiliare michi. ב
c 7 Paulominus consumauerunt me ī terra: ego autem non dereliqui mãdata tua. Caph.	Paulominus consumarunt me ī terra: ego vero non dereliqui mandata tua. Manus.	Paulominus consumpserunt me in terra: ego autem nõ dimisi præcepta tua. ב
c 8 Secundum misericordiam tuam viuifica me: & custodiã testimonia oris tui.	Secundum misericordiam tuam viuifica me: & custodiã testimonia oris tui.	Secundum misericordiam tuam viuifica me: & custodiam testimonium oris tui.

¶ VNDECIME OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

c ¶ D efecit in salutare tuũ anima mea: & in verbũ tuũ superesperaui. Mirabilis deus/qui fingis laborem in precepto. p̃cepisti eni te amare. te autẽ ī hoc mũdo amare: fieri nõ potest sine labore/& magno quidẽ labore. nã te decet omnis superexcellẽtia amoris. talis autem amor/qui oẽm aliũ excedit amorẽ: presente re amata fruitur. & secundũ excellentiã amoris is qui amat oppletur gaudio. quare si multũ supra se fuerit amor/plenitudinẽ gaudij amans non ferens deficit/& labitur in extasin. Et quẽadmodũ qui absorbetur a luce/lucet luce quam nõ capit: ita qui absorbetur a gaudio/quiescit quiete quã exprimere nõ sufficit. vbi autẽ sensim se substrahit qui amatur: relinquit amans sibiipsi/ ex ineffabili quietudine ad inquietudinẽ relabens. Et vt satiatis cibo/ absentibus copiis sensui redit desideriũ cibi: ita rursũ crescit desideriũ amoris. & longa absentia/sẽper iualescit. & qui amat torquetur & languet: & solum id habet q̃ in amato sperat. neq; enim ab altero potest esse sua salus. Q̃z si res nimis in longũ ꝓtelatur: magnitudine desiderij victa mens amãtis cõcidit. & ex oppolito: labitur in extasin. ex qua veluti ex grauissimo mortis sõno ad se redies/spe tamen sẽper freta/questus suos promit ante amatũ: quẽ certo scit se videre nõ videntẽ/& certo audire cui se fecit absentẽ. & quid is facit qui ad te clamat/defecit in salutare tuũ anima mea/& in verbũ tuũ superesperaui? certe questꝰ suos & labores quos ex amore passus est ☉ vnica amantium spes: ante te ponit & collocat. quem sola spes tui: ne prorsus concidat/& fouet & sustentat. 1

c ¶ D efecerũt oculi mei in eloquiũ tuũ: dicentes quãdo cõsolaberis me. Q̃ui sunt oculi spiritualiter amãtis: nisi memoria/intelligẽtia/volũtas? memoria ad retinendũ. intelligẽtia ad contẽplandũ. & voluntas ad amandũ. memoria presentialitatẽ/intelligẽtia illuminationẽ/et volũtas affectat fruitionẽ. solus qui est iplet memoriã/veritas intelligentiã/bonitas voluntatẽ. substrahe igitur qui est/veritatẽ/ bonitatẽ: oculi illi inopes sunt & vani. atqui vt corpus inedia conficitur et tabescit: hunc in modum et he vires/si diu deserunt ianes. ergo qui verbo omnia potes: refice hos oculos ad te suspicientes. ne cogas te afflicti depereũtẽ assidue dicere/defecerũt ocli mei ī eloquiũ tuũ/dicẽtes qñ cõsolaberis me? 2

c ¶ Q uia factus sũ sicut vter in pruina: iustificationes tuas nõ sum oblitus. Vt vter in pruina rugatur. vt in fumo nigrescit/cõtrahitur/siccatur: haud secꝰ amãtis cutis rugata/squallida/cõtracta/siccata spiritualẽ monstrat amãtẽ. hic eni color et hec habitudo (tantisper dũ amatus abest) tales decet amantes. et q̃uis talis sit: non tamẽ amati obliuiscit iustificationes. si eni mulier cuius absẽtis viri casto pectus ardet amore/dũ longe alicubi abest/domi squallida sedet/cultũ negligit/cõtrahitur/arescit/iugiter mandatorũ mariti meminit: quid faciet diuinꝰ amans/dũ tãdiu absentis amati prestolat? aduentum? si se comit/ornat/crinẽ pectit/cutẽ curat/delicijs fruitur: nõne absentẽ negligit / aut alium amat? et amplius non verus: sed erit amator fictus. et quo modo etiã dicere poterit: quia factus sum sicut vter in pruina/iustificationes tuas non sum oblitus? 3

c ¶ Q uot sunt dies serui tui: quãdo facies de persequẽtibus me iudiciũ. ☉ deus qui tẽpora in tua potestate ponis. cuius anima deficit/oculi consũpti sunt/cutis denigrata exaruit/ qui spem suam in te solũ retinuit/nullius vnq̃ mandatorũ tuorũ oblitus/interim ab inimicis tuis grauiter lacessitus/grauiora perpessus: dũ petit quot sunt dies serui tui/quãdo facies de persequẽtibus me iudiciũ: is duo a te petit. vnũ/quot sunt dies serui tui/quot adhuc supersunt dies illi dum eũ visitabis/dum cõsolaberis. alterum quando facies de persequentibus eum/iudicium? quãdo aduersarios eius imo tuos iudicabis. si vel illi tantulũ cognoscere p̃stabis: q̃plurimũ dũ cõsolationẽ tuã differs/ipsũ leuabis. 4

c ¶ N arrauerũt michi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua. Quid placet amãti nisi audire de ama 5

to.& si solus placet:de ceteris audire displicet.& si aliorū sermo de eo gratus est: q̄ gratus esse debet qui ex ore eius de eo est? Is autē de eo ex ore eius sermo:lex eius est.ergo nichil audire amanti lege eius gratius esse potest. Sed superbi & iniqui de quibus loquunt? hi de cumulādis nūmis/illi de fluxis honoribus/alij de opiparis dapibus/alij de fedis voluptatibus.nullus sermo de eo solo q vere est amādus.adeo vt horū fastidio & pre indignatione spiritualis amans exclamare cogatur. narrauerūt michi iniqui fabulationes:sed nō vt lex tua.nā cetera preter legē tuā/aut illi adminiculantia:futilia sunt & vana.& tāto magis si legi tue aduersantia & prauæ hæreseos dogmata.

6 ¶ Omnia mandata tua veritas:iniqui persecuti sunt me adiuua me. d

7 ¶ Paulominus cōsumauerunt me in terra:ego autē nō dereliqui mādata tua. Deus qui omne altū c
inclinas/& humile exaltas:parū esset superbos de alijs loqui ac alia probare/nisi etiā conarētur tua improbare/tuos pſequi & affligere.tua autē improbare nō possunt.quia omnia mādata tua veritas. & vt lux tenebras:ita ilico extrudit & effugat omne falsū tua veritas. fortis igit̄ est & insuperabilis tua veritas.sed seruꝰ tuus te absente/vel potius absentāte(quomodo eni abesses qui vbiq; es & oibus ades?) tādiu languens tantū ab hostibus lacessitus/ipetitus/afflictus:debilis est. quapropter cogit̄ ad opem tuā cōfugere/suppetias iplorare/& ad te vociferari.oia mandata tua veritas:iniqui persecuti sunt me/adiuua me. Paulominus cōsumauerunt me in terra:ego autē nō dereliqui mādata tua. Certe dñe tu hec sinens/dissimulās/differēs:seruos tuos nō reprobas/sed ꝓbas.& similis es regi(si quis vnꝙ talis fuerit)gēmulā gestāti/quā cū manu claudit/nulli suorū est visibilis/omniū tamē factorum spectator/ probator ꝓborū/& iproborū reprobator.cui oēs sunt p̄sentes:ipse vero oibus absēs vel potius se absentās.haud modo dissimili dominator eterne cū vis te absentas/oīm spectator/ꝓbator/reprobator:& omnes sēper tibi p̄sentes.verū tu tunc etiā omnibus presens:sed occulte presens.quid eni absentare aliud significet:q̄ te presentē esse/sed occulte presentē q nulli potes abesse.

8 ¶ Secundū misericordiā tuā viuifica me:& custodiā testimonia oris tui. Tu dñe imensus es & infinitus.& a quonā infinitū moueri potest? ꝓculdubio a solo infinito.ergo cū tu succurris & adiuuas: c
lachrime/suspiria/lāguores/extases/perpetes vigilie/squallores/cōtabescētie/zeli/hostiū persecutiones/afflictiones/afflictorū ad te eiulationes & id genus permulta/iure nō te mouent.sed cū hec assint:te mouet tua misericordia que est infinita. Et contra/cū quos punis & iudicas:non te mouēt cō temptus/iniurie/transgressiones & horrenda flagitia:sed cū hec assint/te mouet tua infinita iustitia. Quod cognoscens seruus tuus/nō illa que affectus mouerēt humanos/vt te moueāt ante te repre sentauit:sed vt cū illa assint/te moueat misericordia tua te precatur.secundū misericordiā tuā viuifica me(inquit) & custodiā testimonia oris tui.custodiuit in absentia vt in morte:custodiet in p̄sentia vt in vita.tu es illi vita.tu enim es certe (vt quidam & recte & vere ait) qui amas vt charitas/ qui viuificas vt vita/incōprehensibilis vt infinitas/regnās vt maiestas/iudicans vt æquitas/qui operaris vt virtus/qui vt lux reuelas/qui vt misericordia subuenis/succurris vt pietas/assistis vt salus/cōsumas vt fœlicitas.

ADVERTE. Primo versu. defecit in salutare tuū anima mea.verbū CALETAH hic positū in principio siue CALAH/apud hebræos latā habet significationē:deficere/quiescere/cōsumari/finire/cōpleri/perfici/deleri significās: iuniores addūt insuper complacere & delectari.quapropter & intelligi posset consumata est & perfecta anima mea in salutari tuo.nā ipse salutaris/omniū finis et consumatio est/et illius consumationis et perfectionis spes causa subiūgitur. Hieronymus et interpretes prima vsi sunt significatione.quem sensum quartus versus/defecerunt oculi mei in eloquiū tuū efflagitare videtur. Sed forte dicet quispiā quo pacto spes causa defectionis subnectitur? nam spes potius videtur nos alere et sustinere ne deficiamus. Verū hec argumētatio in Hieronymū nō procedit:qui particulam cause nullā subiūxit.at pro interpretibus id forte ex prouerbijs Salomonis afferre quis posset:spes que differtur affligit animā. et quid afflictio si vrgens/si vehemēs sit efficit: nisi defectionē? et de longa spe et expectatione salutaris affligēte anima zelantis hic esse sermonē. alij intelligūt/delectata est in salutari tuo anima mea.neq; spes male subnecteretur causa.nam bonum quod speramus:quāto maius et diuinius/tanto nos magis delectat. ¶ Tertio versu.quia factus sum sicut vter in pruina: Hieronymus ex hebræo/et cum essem quasi vter in pruina.et cum:rectius dici videtur q̄ quia.ne prima particula subsequentis particule causa assignari videatur. et sunt qui censent non in pruina sed in fumo potius dicendū(tametsi interpretes dixerint in pruina/quos videtur Hieronymus secutus)id existimantes vtrem in fumo contrahi/corrugari et deficere potius q̄ in pruina.ex pellibus enim animaliū vtres (vt adhuc hircorum et caprarum in plerisq; locis fit)confici solebant. Adde quod in canticis canticorū quod hic ponitur vocabulū/fumus interpretatur: vbi dicitur sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhe. ¶ Quinto versu. narrauerunt michi iniqui fabulationes/sed non vt lex tua.paulo aliter ex Hieronymo/foderūt michi superbi foueas/que non erāt

iuxta legem tuam. intellige omnem hæresin & sermonem a deo & diuina lege exorbitantem aut alienantem/ foueam esse: quam superbi/ & suo sensui innitentes foderunt ad precipitia piorum. & hoc ipsum intellexerunt interpretes cum dixerunt/ narrauerũt michi iniqui fabulationes. que si lex diuina saluat (cum ille non sint vt lex diuina sed potius aduerse & contrarie) proculdubio perdunt & interimunt. quanto igitur animo/ quanta diligentia huiusmodi fouee a nobis vitãde sũt & fugiẽde?

XII Lamed. Disciplinæ.

1 1 IN ęternum domine: verbum tuum permanet in cælo. Lamed.

IN ęternũ dñe: permanet verbũ tuũ in cælo. Disciplinæ.

IN ęternũ domine verbum tuum perstat in cælo

1 2 In generatione & generatione vęritas tua: fundasti terrã & permanet. Lamed.

Et in sęculum sęculi: vęritas tua. Disciplinæ. Fundasti terram & permanet/ ordinatione tua

In generatione & generatione fides tua: fundasti terram & stat.

1 3 Ordinatione tua perseuęrat dies: quoniam omnia seruiunt tibi. Lamed.

perseuęrant dies: quoniam omnia seruiunt tibi. Disciplinæ.

Iudicio tuo stant vsq; hodie: quia omnia seruiunt tibi.

1 4 Nisi q; lex tua meditatio mea est: tunc forte perissem i humilitate mea. Lamed.

Nisi q; lex tua meditatio mea est: tunc forsitan perissem i humilitate mea. Disciplinæ.

Nisi q; lex tua dęlectatio mea: forte perissem i pressura mea.

1 5 In ęternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia i ipsis viuificasti me. Lamed.

In ęternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia i ipsis viuificasti me. Disciplinæ.

In sempiternum non obliuiscar pręceptorum tuorum: quia per ipsa viuificasti me.

1 6 Tuus sum ego/ saluũ me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui. Lamed.

Tuus sum ego/ saluũ me fac: qa iustificationes tuas exquisiui. Disciplinæ.

Tuus ego sum/ salua me: quoniam præcepta tua quęsiui.

1 7 Me expectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi. Lamed.

Me expectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi. Disciplinæ.

Me expectauerunt impij vt perderent me: testimonium tuũ cõsiderabo

1 8 Omnis cõsumationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

Omni consumationi vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

Omnis cõsumationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

¶ DVODECIME OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

1 ¶ In eternum domine: verbum tuum permanet in celo. Rex celi & terre: ibi permanet verbum tuum vbi semper implętur preceptum tuum. sed vbi semper impletur: nisi in celo/ vt enim semper lucidum est/ nichil in suo motu sustinens aduersum/ vices suas incessanter similiq; modo peragens/ lucem caloremq; propagans/ in hoc preceptum tuum iugiter implẽs: non aliter celi habitatores tua luce semper radiati/ nichil vt tuum verbum impleant sentiunt aduersi/ nichil reluctaminis/ non affectus disturbant/ non diuellunt/ non distrahunt/ non afflatus spirituum noxij alio quopiam propellunt/ non aliud placet spectaculum. te solum suspiciunt & admirantur. functiones suas iugiter irrequięęq; & diuiniformiter peragunt: & inferioribus imparticipatæ tuæ lucis cognitionem amorẽq; 1

transfundunt. illic amor viuit voluptate. nam amato fruuntur. quid est enī fruitio: nisi amoris in amato voluptate nutritio? hic autem viuit dolore: vbi non permanet verbum tuum. illic amor est i regno suo. hic autem in exilio. O q̄ ergo precandum est amatoribus tuis adhuc exilio detentis/ nobis adueniat regnum tuum/ vt tu qui per te bonus es docuisti esse orandum. q̄ frequens sacratissime istructionis diuinissimi oris tui particula/ eisdem repetenda: fiat voluntas tua sicut in cælo et in terra/ vere id confitentibus/ in eternum domine verbum tuum permanet in cælo. et cognoscentibus hic incoatum: illic autem consumatum amorem tuum.

2 ¶ In generatione & generatione veritas tua: fundasti terram & permanet. Sed quo modo se excusabunt qui sunt in terra: q̄ non iugiter custodiant verbum tuum? quia vt omniū oculis facis illucere solem tuum: æque lex tua fides tua/ veritas tua/ omni nationi aperta est/ que vere est illuminatrix mentium. Et vt qui se soli committit/ illuminatur & incalescit: sic & qui se veritati tue committunt/ illuminantur et incalescunt. illuminantur: ad cognoscendum & custodiendum verbum tuum. incalescunt: ad te qui solus es semper superamandus/ diligendum. O quī si qui orto et alto iam sole in obscuro loco rigent: non iniuria solis/ sed eorum ignauia qui ad lucem nolunt respirare. haud aliter si qui in vniuersa terra transgrediuntur preceptum tuum: non tua culpa/ sed illorum ignauia/ qui nolunt ad tuam veritatem vbi ipsa lucet/ calet et viuificat oculos mentis admouere. nam in generatione et generatione veritas tua: fundasti terram et permanet. ad hoc profecto fundasti terram et permanet: vt in ea quēadmodum in celo/ verbum tuum semper permaneret. sed in illo in veritate: in hac in vestigio et ænigmate. in illo in aperta luce: in hac in fide subrutilatione. i illo in fruitione: in hac in spe/ et certa fruitionis expectatione. illic vt in summo montis vertice: hic vt in ima mōtis valle. illic vt in regno: hic vt in regni suburbio. hic vt in atrio: illic vt in tēplo sancto tuo.

3 ¶ Ordinatione tua perseuerat dies: quoniam omnia seruiūt tibi. O quī homines cæci: et q̄ veritas tua lucida domine virtutum/ q̄ sectanda/ q̄ amplectenda? non solum terra stat et permanet: sed et ordinatione tua perseuerat dies/ quoniam omnia seruiunt tibi. et mundus perdurat vt impleatur verbū tuum. ad hoc enim ipsum omnia seruiunt et famulantur tibi. si enim terreni principis preceptum tantum potest vt terrena saluet loca/ et omnia in illis ad preceptum eius habeantur accommoda/ alioqui precepto cessante abeunt neglecta: quo modo mundi opificium (in quo tu sapientissime et maxime regū: tot collocasti cultores) quomodo inquā non pseuerat/ non saluaī ad tua iussa capessenda? quo modo non omnia habeantur ad idipsum famulantia? at quia corporalia / instrumenta sunt ad seruiendum tibi in peregrinatione: quando non amplius requires obsequia peregrinorum/ sed omnes ciues erunt (ijs exclusis qui perpetuo exulabunt) corporalia transibunt/ aut immutabuntur in spiritualia. vt (si magnis licet cōparare parua) eruca in necydalum: aut cinis teter/ in transluc dum vitrū. quatenus cultoribus/ omnibus quidē spiritualibus: spiritualia sint & instrumenta.

4 ¶ Nisi q̄ lex tua meditatio mea est: tunc forte perijssem in humilitate mea. Verbum tuum/ lex tua/ preceptum tuum domine/ qui verbo tuo condidisti vniuersa & condita seruas: vnum sunt. quare si verbi/ si precepti tui obseruantia terram saluat & mundum: quid mirum si quis cum humiliatur / cū premitur refugit ad legis tue & precepti tui quo saluetur medicamentum? & quidnam illud? certe legis tue meditatio & exercitatio. quod enim potest totum: quomodo non valebit saluare & mēbrū? quam si non meditaretur/ si hocipso exercitio non consolaretur/ roboraret/ firmaretur: aduersus insultus & pressuras non sufficeret/ sed tandem cederet/ deficeret/ ac succumberet. & quo modo etiam si legem tuam negligeret aut omitteret/ non periret? cum a lege tua deficere sit a via/ veritate & vita deficere. enimuero qui ab his deficit: a te qui vita eterna es deficit/ & per falsitatis tenebras ruit in mortem/ in eternumq; perit. quapropter non ab re propheta seruus tuus de se nimirum astruxit: nisi q̄ lex tua meditatio mea est: tunc forte perijssem in humilitate mea.

5 ¶ In eternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me. Si quispiam medicus medicamen nosset/ quo quis se vendicare posset a morte temporali: vbi quis illud didicisset/ nunq̄ vellet mandare obliuioni. tanto magis si quis scit quo pacto a sempiterna morte possit defēdi & vita semper viuere: nunq̄ debebit illius obliuisci. & quidnam est quod semper viuere facit? certe obedientia & mandatorum tuorum obseruantia. quid mori? eorundem transgressio. didicerat primus parens vnde semper viuere potuit (pietas enim diuina/ vt pijssimus medicus eum predocuerat) & in precepto seruando iustificationem implebat/ & dei viuificabatur obedientia. O si mandata tua fixisset cordi/ & firma animi dixisset sententia: in eternum non obliuiscar iustificationes tuas/ quia in illis viuificasti me/ nunq̄ in miseram ruisset mortem & innumeris malis infelicem prolem/ vniuersam posteritatem suam reliquisset obnoxiam. infelicem inquam: nisi quam terrenus pater perdidit resumat obedientiam & cordi figat non obliuisci iustificationes tuas/ in quibus solis obseruandis vitam elargiris & prestas/ quam nulla mors vnq̄ intercipit.

1 TUus sum ego saluū me fac: qm̄ iustificationes tuas exquisiui. Seruus non est suus sed dn̄i: & est dn̄i in exequēdis ei⁹ mādatis. & quia cuiusq; est rē suā curare & saluare: si seru⁹ aliqua aduersitate premat / si obruat iuste potest imo & debet a dño petere salutis opē. nō tā vt se saluet: q̄ vt rē dn̄i sui saluet / rēq; eius curet. Ita spiritualis seru⁹ nō est suus: sed dn̄i. & mādata eiusce dn̄i facit: cui⁹ puidētia sustinet vniuersa. quo fit O vniuersorū dne vt cū in necessitate cōstituit / & vires suas nequaq̄ sufficere sentit: iure ad te vociferare possit. Tuus sū ego / saluū me fac: qm̄ iustificationes tuas exquisiui. si enī nō exquisisset / si nō seruasset / si in nullo seruuisset: qua fiducia diceret / tu⁹ sū ego? & si trāsgredētē / pdite / iniuste / flagitiose viuentē calamitas obruisset: quomodo dicere audęret / saluum me fac quoniam iustificationes tuas exquisiui / vt enim lux tenebras non admittit / vt non admittit vox silentium: neq; proculdubio veritas exaudit mendacium. 6

1 ME expectauerūt peccatores vt perderēt me: testimonia tua intellexi. Cū auceps insidiaī auibus: ea q̄ patēter & aperte vias diffugij nouit / euitat interitū. que autē nō nouit: frequēti⁹ occupaī / irretiī / detineī & perit. hūc in modū benignissime deus / cū maligni spiritus q ipij sūt / & q a pricipio peccāt aduersus pios moliunt insidias: expectāt vt pdant. seru⁹ autē tu⁹ opem tuā implorat. tu vero (vt bonus es) illū illuminas / & ilico itelligit veras vias (q̄ sunt testimonia tua) quib⁹ tuto diffugiat interitūq; vitet. liber autē & absolutus / tibi gratias agēs / & beneficiū illuminationis tue agnoscens / cōfitetur ac dicit: me expectauerūt peccatores vt pderent me / testimonia tua itellexi. qui autē testimonia tua nō intelligit: veras diffugij vias non agnoscens occupatur / irretitur / comprehenditur. deprehensus autē malignorum insidijs: frequentius perit. 7

1 CO mnis consumationis vidi finē: latū mandatū tuū nimis. O fons bonorū omniū: qui es infinitus finis & transcendēs oēm finē. tu celos condidisti / terrā fundasti / angelos / homines / visibiles inuisibilesq; naturas creasti: & mundū pseuerare facis ob mandatū tuū obseruandū. & in hoc te omniū dominū & transcendentē dominū ostendis: q⁹ ois consumationis & omnis creature mandatū tuū est finis. latū igitur / admodū & excellēter est mādatū tuū: quādoquidē p omnia expassum. omnia enim seruiūt tibi. Sed O dominator imense cuius eternitate nichil est lōgius / amore latius / mateſtate sublimius / & abysso sapientie profundius: ideo latū mādatū tuū nimis / quia totū in amore tuo est fundatum. sed & idē strictū: quia est via que ducit ad te. latū spiritu: carne angustū. & contra quod carne est latum: excludit angustatq; spiritū. quid enī caro: nisi que spiritui aduersat? cuius duratio punctum / amor insania / altitudo superbia / & sapientia stultitia. cuius vie late ducunt ad interitū. bene ergo in spiritu spiritualis seruus tuus vidit latū mādatū tuū (caro enī cæca est: nec illud videre potest) q⁹q; sit operum tuorum finis / cum in spiritu clamat. omnis consumationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. 8

ADVERTE. Tertio versu. ordinatione tua. dici poterat iudicio tuo / & nō fuisset vocabuli inouatio. imo dici debebat ex hebræo. nam & ita vertit hieronymus & sic erat vertendum. quandoquidem in hebræo hic habetur vocabulum MISEPHAT quod in hoc psalmo ferme vigies interpretes verterunt iudicium. vt ogdoade Aleph versu septimo / Beth quinto / Daleth sexto / He septimo / Vau tertio / Zai quarto / Heth sexto / Ioth tertio / Caph quarto / Nun secundo & quarto / Samech octauo / Ain primo / Sade primo / Coph quinto / Res quarto & octauo / Sin quarto / Thau septimo. nōne igitur par & consequens fuerat vt hic quoq; vertissent idem vocabulum iudiciū? ¶ Quarto versu. tunc forte. ex greco τοτε ap. quod satis esse videtur si tunc dūtaxat interpretetur / & particula illa forte superflua intelligatur. & in pleriscq; locis dubitationis particula ponitur vbi potius est asserēdi q̄ dubitandi locus. qđ & hic intellexit facer Ambrosius qui hūc locū hoc pacto itellexit: nisi q⁹ lex tua meditatio mea est / alioqui periissem in humilitate mea. neq; desunt qui arbitrentur nōnullis in locis vbi Hieronymus habet / forte aut forsitan dicendū potius vtiq; / sane aut quippiā talium. & quod hic vocabulū Azai interpretat tunc forte / maluissent interpretari tunc vtiq;. quis enim dubitare debeat si in afflictione positus legis diuine obliuiscatur / quin pereat? sed de vocabulo disceptent alij.

XIII Mem. Ex ipsis. ב

m 1 QVomodo dilexi lęgem tuam domine: tota die meditatio mea est. Mem. QVomodo dilexi lęgem tuam domine: tota die meditatio mea est. Ex ipsis. QVam dilexi lęgē tuam: tota die hec meditatio mea. ב

m 2 SUper iimicos meos prudentem me fęcisti mādaſ SUper iimicos meos prudentem me fęcisti manſ SUper inimicos meos instruxisti me mādato tuo:

GALL.	ROM.	HEB.
to tuo : quia in ęternum michi eſt. Mem	dato tuo : quia in ęternū michi eſt. Ex ipſis.	quia ī ſempiternum hoc eſt michi. ב
m 3 Super omnes docentes me itellexi: quia teſtimonia tua meditatio mea ē. Mem.	Super omnes docentes me itellexi:quia teſtimonia tua meditatio mea ē. Ex ipſis.	Super omnes qui docębant me ęruditus ſum : quia teſtimonia tua meditatio mea. ב
m 4 Sup ſenes intellexi:quia mandata tua queſiui. Mem.	Super ſeniores intellexi: quia mandata tua exquiſiui. Ex ipſis.	Sup ſenes intellexi:quia prędcepta tua ſeruaui. ב
m 5 Ab omni via mala prohibui pedes meos:vt cuſtodiam verba tua. Mem.	Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt cuſtodiam verbum tuum. Ex ipſis.	Ab omni ſęmita mala prohibui pedes meos:vt cuſtodirem verba tua. ב
m 6 A iudicijs tuis non dęclinaui : quia tu lęgem poſuiſti michi. Mem.	A iudicijs tuis non dęclinaui : quia tu lęgem poſuiſti michi. Ex ipſis.	A iudicijs tuis non receſſi:quia tu illuminaſti me. ב
m 7 Q̄ dulcia faucibus meis ęloquia tua : ſuper mel ori meo. Mem.	Q̄ dulcia faucibus meis ęloquia tua: ſuper mel & fauū ori meo. Ex ipſis.	Q̄ dulce gutturi meo ęloquium tuū:ſuper mel ori meo. ב
m 8 A mādatis tuis itellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.	A mādatis tuis intellexi ꝓpterea odio habui omnē viā iniquitatis : qm̄ tu lęgem poſuiſti michi.	Prędcepta tua conſiderabā:propterea odiui omnem ſęmitam mendacij.

TERTIEDECIME OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

1 ℂ Quomodo dilexi legē tuā dñe:tota die meditatio mea eſt. Fieri ne poteſt vt diligēs dñi māda m
tum ſic vt tota die illud mediteť/ruminet ac cogitet:non diligat dñm? Minime omniū. nam amor
mādati:nō eſt niſi redundantia quedā amoris dñi. qui ergo dicit/quomodo dilexi legem tuā dñe/
tota die meditatio mea eſt:nichil aliud iſinuare intēdit q̄ quadā euphraſi/quadā honeſta loquēdi
forma/modeſtoq; idicio ingentē quē erga dñm gerit/ꝓdere amorē. neq; eni terreno regi ſeruꝰ di=
cat/vehemēter diligo te:ſed modeſtiꝰ mādatū tuū diligo/& i eo aſſiduo vſu verſari michi q̄gratiſ=
ſimū. quo ſatis idicat & nō idecēti modeſtia:magna ſe charitate erga dñm ſuū teneri atq; aſtrigi.
2 ℂ Super inimicos meos prudentē me feciſti mandato tuo:quia in eternū michi eſt. O q̄ diligēdū m
eſt illud mandatū:cuiꝰ cognitiōe ſeruus qui accipit a periculis & inſidijs liberať hoſtiū:q̄ benignꝰ
qui indulſit:q̄ bñficus qui mādauit? Et qs eſt dñs ille:niſi tu rex regū imenſe/qui dixiſti iugū meū
ſuaue eſt/& onus meū leue? certe ſeruitiū tuū ſuſcipe:eſt eſſe liberū:& ſuſcipe mādatū tuū eſt ma=
ximū accipe beneficiū. mādato tuo cæci illuminātur/ſurdi audiūt/muti loquūtur/cōtracti erigunť/
infirmi curanť/oēm aduerſam poteſtatē ſerui tui effugāt & effugiūt & ipſum deniq; mortis impe=
rium. & cui iugiter lux mandatorū adeſt:preuidet omnes molitiones aduerſantiū poteſtatū / pre=
uiſaſq; facillime vitat & cauet. & ſic cū fiducia dicere poteſt:ſuper inimicos meos prudentē me fe=
ciſti mandato tuo/quia in eternū michi eſt. nōne ciuitas illa ſecura eſt/ que eius vis & nature ſpecu
lum habet:in quod dū aſpicit/cōtinuo intuetur que cōſilia/quas inſidias admoliūtur hoſtes/& nō
id ſolū ſed & quib⁹ medijs conatib⁹ eorū ſit obſiſtēdū? nōne pcioſiſſimū duceret huiuſmodi ſpecu
lū? re vera hec fœlix ciuitas O regnātiū & gubernantiū optime/nulla alia eſt q̄ ciuitas ſeruorū tuo
rū/q̄ aīe fideles tibi obſequentiū. & illud ſpeculū:nichil aliud eſt q̄ tuū ſanctū & beneficū mādatū.
3 ℂ Super oēs docentes me intellexi:quia teſtimonia tua meditatio mea eſt. Q ui videt in luce ſo- m
lari:clarius videt q̄ qui videt in lumine lune. & qui in luce ſpūali:clarius q̄ qui in corporea luce. at
qui teſtimōia dei exquirit:lucē veri ſolis exqrit/& diuinā & ſpūalē lucē. cetera autē q̄ quis doceat/
ſunt veluti quedam nocturna & precaria lunaris ſuffulgētia/ac veluti iam lux quedam corporea &

crassa. illam deus infundit & docet: hanc infundūt homies. illam notio & sapiētia comitaf diuina: hāc humana notio & disciplina. quomodo igitur qui a deo doctus est nō dicat: super omnes docētes me intellexi/ quia testimonia tua meditatio mea est? sicut enim deus homine superior: sic & diuina sapientia ea quæ humano labore reperta sit/ scientia dignior & eminentior.

m ¶ S uper senes intellexi: quia mādata tua exquisiui. Sed nōne dñantiū fūme & scientiū sapiētissime tu testimonia tua/ tu mādata tua spūalem seruū tuum doces? si igitur super oēs docentes se intellexit: nūquid & supra te cuius sapientie nō est numerus? Nequaq; ita sentit. & qui ita nectit: captiūculā ignorantiū nō scientiū epichirema nectit/ & indignū aio ac pudēdū voluit sophisma/ qđ tue aduersaf sapiētie. tu eni nō es noie oim cōprehēsus: sed sup oēs. quomodo eni cōprehēdereris q es incōprehēsibilis? Sed seruꝰ tuus: p oēs docētes se p̄byteros tuos intellexit & senes/ quibꝰ ex officio mādata tua enucleare incūbit. & ideo cōtinuo semetip̄m exprimēs/ subiūxit. sup senes intellexi: quia mādata tua exquisiui. ac si aperte diceret sup oēs docētes me intellexi: id est sup presbyteros ac senes intellexi. sic & intelligēt qui dimissis hūanis disciplinis/ quasi hūilioris edificij scalis: ad altissimam mandatorū tuorū theoriam/ spūalem anagogen exquisitionēq; conscenderint. 4

m ¶ A b oīni via mala ꝓhibui pedes meos: vt custodiam verba tua. Oculo corporis duce: pedibꝰ in vijs itur. ratiōe autē & intelligētia ducibꝰ: affectibꝰ itur in agēdis. affectꝰ igit/ agēdoꝝ pedes sunt: ratio autē & intellectꝰ agēdoꝝ oculi/ hic dexter/ illa sinister. vie carnis male sunt & noxie: vie spūs bone & salutares. vias spūs/ lex diuina irradiat. & in his: mādatoꝝ dei custodia. vie carnis/ tenebre sunt: in quibus & mādatorum dei preuaricātia. qui ergo desiderio mandatorum dei implēdorum omnes affectus suos a vijs cōcupiscētiaꝝ carnis coercet: iure ad dñm hoc dicere valet eloquium. ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verba tua. alioquī in via mala versatus quo modo custodiret? vbi nullum fit bonum: quo modo bonū operaretur/ quo modo bonū ageret? 5

m ¶ A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legē posuisti michi. Quis est qui a recta loquendi via non deuiat: nisi cui grāmaticę lex recte locutiōis posita est? quis a recta supputatiōe nō deficit: nisi cui arithꝰmeticę lex est. quis etiā a iudicijs diuinis non declinaret: nisi illi lex diuina posita esset. lex siquidē diuina oīa fulcit/ oīa cōtinet. similis lucēti catene a sūmo celi vertice ad terrā vsq; demisse: quā qui apprehēdūt & sequunf/ scandūt ad sublimia. qui dimittūt/ qui ab ea deflectūt: nullo retinaculo fulti ruūt & deturbanf ad ima. Quapropter a te O celoꝝ rex illuminatꝰ/ lucidā catenā hāc vidēs: clamat/ a iudicijs tuis non declinaui: quia tu legem posuisti michi. tu lucentem a throno tuo siram demisisti: quam ne a iudicijs tuis declinarem secutus sum/ quam ego apprehendi/ quam amplectens nusq; a via vite deflexi. 6

m ¶ Q& dulcia faucibus meis eloquia tua: sup mel ori meo. Corpus nutrif. spūs identidē nutrif. quo autē nutrif corpus: illo & viuit. igif & quo alitur spūs: viuit & spūs. pane corpꝰ viuit. sed quo alio cibo viuit spūs: nisi ex omni verbo quod ꝓcedit de ore dei? verbū igit dei: cibus est spūs. & fauces eius/ attractiuaq; aie vires diuinā illā verbi dei alimoniā auide glutiunt/ vt intimā prebeat illis spūalēq; vitā: perinde ac fauces corporis corporalē panē ad corporeā deglutiūt vitā. Sed quo modo dñe qui paucis verbo tuo spūs/ sapit verbū tuū spūalibꝰ: dicat ille qui querit q̄ dulcia faucibus meis eloquia tua: atq; idē respōdeat sup mel ori meo/ magisq; mel ori meo. q̄d eni ori melle dulciꝰ/ quid dulciꝰ spūi verbo tuo? sed q̄to spūs carnē p̄cellit: tāto hec q̄ illa (vt sic dicaf) dulcedo dulcior. 7

m ¶ A mandatis tuis intellexi: ꝓpterea odiui omnē viam iniquitatis. Medicus omnia morbida odit: quia medicinā habet/ qua cognoscit illa noxia esse/ & corporū soluere harmonias. & qui mandata tua dñorū summe intelligit: odit oēm viā iniquitatis. quia scientiā habet: qua cognoscit noxiam esse & aiorū soluentē harmoniā. harmonia corporis: robur/ sanitas/ pulchritudo. robur potest. sanū discernit. pulchrū amādi est ratio. Harmonia mētis: potētia/ sapiētia/ amor. memoria potest: nā oīa capit. intelligētia sapit. & volūtas amat. oīpotētis eterniq; boni: memoria vestigiū. veri: intelligentia. boni: voluntas. & hec tria: trini numinis/ & (si sermo admittit) numinoꝰe triadis/ trini dei & deice triadis/ vniꝰ eiusdēq; oīpotētis/ verissimi/ optimiq; dei imago. Ergo q̄ diu memoria eternū capit/ intelligētia verū ipm itelligit/ & volūtas amat sūmū bonū: stat illa diuinitatis imitatrix harmonia/ & mēs firma/ sana/ pulchraq; manet. & hoc qa sola bona amauit: mala autē & iniqua odio habuit. nō ab re igit ꝓpheta dixit a mādatis tuis itellexi: ꝓpfea odiui oēm viā iniqtatis. q; si ad vias labaf iiqtatis: soluif ꝓtinꝰ illa mētis decētia & dispit. nā iniq; iualida falsa malaq; sūt. et is pinde perit: vt q sanis relictis/ ad sola morbifica se cōuertit/ ilicovires illidēs/ eneruāf/ frāgēs/ sanitatē amittēs/ atq; pdēs forme gratiā/ iualidꝰ iacēs/ & pperā sensibꝰ vtēs: horribil tūc odibilisq; potiusq; amabilis

ADVERTE. sexto versu. quia tu legem posuisti michi: Hieronymus ex hebræo/ quia tu illumina sti me quo designatur non tam illi legem positam: q̄ apertam & manifestam. nam nichil prohibet multis legem esse positam que illos non illuminat / quia nondum detecta & aperta

sed quib⁹ detecta est lucet. & inferí⁹ declaratio sermonū tuorū illuminat. quapropter idem intelligendum puto, quia tu legem posuisti michi: ac si diceretur tu legem declarasti michi.

Nun.

n 1 LVcerna pedib⁹ meis verbū tuum: & lumē ſęmitis meis.

Nun.

n 2 I uraui & statui: custodíre iudicia iustitie tue.

Nun.

n 3 H umiliat⁹ sum vſq; quaq; dñe: viuifica me secundum verbū tuum. Nun.

n 4 V oluntaria oris mei beneplacita fac dñe: & iudícia tua doce me. Nun.

n 5 A nima mea in manib⁹ meis ſemper: & lęgē tuā non sum oblitus. Nun.

n 6 P osuęrunt peccatores laqueū michi: & de mādatis tuis non errauí. Nun.

n 7 H ęrēditate acquisiui testímonia tua in ęternum: qa exultatio cordis mei sunt.

Nun.

n 8 I nclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in ęternum: propter retributionem.

Sempiternum

LVcerna pedib⁹ meis verbū tuū dñe: & lumen ſęmitis meis.

Sempiternum

I uraui & statui: custodíre iudicia iustitie tue.

Sempiternum.

H umiliat⁹ sum vſqquaq; dñe: viuifica me ſcdm verbum tuū. Sēpiternū.

V olūtaria oris mei bene placita fac dñe: & iudicia tua doce me. Sēpiternū.

A nima mea in manib⁹ tuis ſemp: & lęgē tuā nō sum oblitus. Sēpiternū.

P osuęrūt pctōres laqos michi: & a mādatis tuis nō errauí. Sēpiternum

H ęrēditate acquisiui testímonia tua in ęternum: qa exultatio cordis mei sunt. Sēpiternū.

I nclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in ęternum: propter retributionem.

LVcerna pedi meo verbum tuum: & lux ſęmite mee. XIIII

I uraui & perſeuęrabo: vt custodiam iudicia iustitie tue.

A fflictus sum vſq; nímis domíe: viuifica me iuxta verbum tuum.

V oluntaria oris mei cōplaceāt tibi dñe: & ſcdm iudícia tua doce me.

A īma mea i manu mea ſemper: & lęgis tue non sum oblitus.

P osuęrunt impij laqueū michi: & a prȩceptis tuis non aberrauí.

H ęrēditas mea testímonia tua in ſempiternum: quia gaudiū cordis mei sunt.

I nclinaui cor meū vt facerem iustitias tuas: propter ęternam retributiónem.

QVARTEDECIME OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

1 LVcerna pedibus meis verbum tuum: & lumē ſemitis meis. Viator qui noctu ambulans lucernam manibus prefert viam illuminantē / magna fiducia incedit. pretēta pedibus precipitia vitat: lutulenta / lapidoſa / voraginoſa / ſalebroſa / ſpinoſaq; loca. & ſemp preuio lumine: inoffenſum ſequitur callem. Sed quid ſpiritualibus nox: niſi mundus in quo vt in nocte ambulatur; quid alta precipitia: niſi ſuperbia; lutum: fœda carnis inquinamenta; lapides: proximorum offenſiones; voragines: inſaturabilis gula; ſpine & ſalebre: pungentium & aſperantium opum auara cupiditas; manus: interiores anime ſenſus; via: actus; pedes: affectus; lucerna viam illuminans: verbum tuum conditor ſpirituum; quo duce & monſtrante quid agendum: ſuperba / luxurioſa / detrimentoſa guloſa / auaraq; vitantur / & inoffenſus curritur iuſtitie callis. vt merito dicere poſſit prudens ſpiritualis viator: lucerna pedibus meis verbum tuum / & lumen ſemitis meis. n

2 I uraui & ſtatui: cuſtodire iudicia iuſtitie tue. Iuſiurandum mirabile vinculū eſt. quippe quo fortius ſpiritus q̄ ferro / q̄ adamante vinciatur corpus. nullus potentior / nullus indiſſolubilior nexus: diuine conſtantie penitus imobilis indiſſolubiliſq; ſignaculum. nōne cum diuinum iuſiurandū alicui adeſt: prorſus imobile / imutabileq; eſt; vt vel hoc ſolo / tu domine qui omnino inaſtringibilis es: teipſum aſtringere videare. hoc vinculo vir ſpiritualis tue imutabilis conſtantie imitator: cuſtodie legis tue ſe aſtringit / & q̄ poteſt fortiſſime ligat; vt illi imobiliter adhereat / vt inſtabilitati ſue n

ſtabilitatem addat. quam ſcit non ex ſe/ſed ex illa tua ineffabili immutabilitate prouenire poſſe & proinde ſimilitudinem eius/iuſiurandum & ſtatum proponit/ac dicit. iurauí & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitie tue. O q̄ dulce vinculum & nunq̄ violabile: quod nos omni bono alligat. & cōtra/q̄ miſera q̄ infœlix ſolutio: que nos ab omni bono ſeparat.

n ¶ H umiliatꝰ ſum vſquequaq; dñe: viuifica me ſecundū verbū tuū. Nauigantes mare (repēte deſi- 3
cīēte vēto) cepta peragere nequeūtes/tandē deficiūt animis. & te ſupplices p̄canē vt tu qui pduc is vētos de theſauris tuis: illis aurā benignitatis tue ſuſcites ac ipartiaris. quo poſitis velis/extēſis carbaſis: portū quē optant/attingere queāt. Hūc in modū ſpūalis ſeruꝰ tuus/repēte ſubſtracta gratia tua quaſi aura ipultrice/nauigio: executionē bonoꝝ nō iuenit/cōcidit animꝰ/deficiūt vires/torpida mēs iacet carne grauata & mortue ſimillima/anxiaē/turbaē clamat ad dñm largitorē gratiarū. humiliatus ſum vſquequaq; dñe: viuifica me ſecūdum verbū tuū. da mēti mee in executione mandatorū tuorū curſum. da alacritatē. da gratiā viuificantē. erige iacentē/excita torpentem/viuifica mortuum: da proſperū ſtatum perducentem ad te vnicum deſideriorum meorū portum.

n ¶ V oluntaria oris mei beneplacita fac dñe: & iudicia tua doce me. Q ui gratiam petit: quid aliud 4
vult q̄ ſua verba placere/naute qui iacta anchora in medio ſalo diuꝑ aura ſupplicāt: quid aliud/q̄ vota ſua ſuſcipi? quid etiā aliud vult ſeruus tuus cū petit/voluntaria oris mei beneplacita fac dñe/& iudicia tua doce me: niſi cum gratiā tuam ſubſtraxeris/& ſe triſtē reperiat/& impotē exequi que vult/imo & carnē ſpiritui reluctantē/quid vult inquā/niſi vt volūtatē eius quam ore tibi exprimit beneplacitā acceptes ac exaudias/& tuam illi adiutricē gratiam repares/& iudicia tua exequi doceas? nā tunc ſe iudice miſer & infelix de ſe queri poteſt: velle adiacet michi/perficere autē bonū non inuenio. quapropter a te poſſe petit: qui es omne poſſe/& ſine quo nichil poteſt. quod vnum (a te inquā poſſe opem petere) ſi non habęret aut contēneret: procul dubio ſpiritu mortuus eſſet.

n ¶ A nima mea in manibꝰ meis ſemp: & legē tuā nō ſum oblitus. C ū quiſpiā ſibiipſi relinquit: in 5
manibꝰ ſuis eſt. cū vero quicq̄ p ſe abſoluere nō ſufficit ab altero iuuaē (et ſi tūc i manibꝰ ſuis eſt & ſue ſemp poteſtatis) eſt etiā in manu alterīꝰ. vtriuſq; eni ſeruaē libertas/& eius qui iuuat & eius qui iuuatur. vir igitur ſpūalis ſiue tu ſupponis gratie tue manū/ſiue gratiā tuā ſubſtrahis qui es ipſa libertas/& ipſa liberrima bonitas: ſemper in manibus ſuis eſt & ſue poteſtatis. vt ipſa ſpiritualis ſeruitus libera etiam intelligatur: ceu tu liber es dominus/vt & illa ſeruitus imitetur libertatē. & reuera libera ſeruitus: non ſeruitus/ſed dominatio quedam eſt. qua ſpiritus & carne & mundo ſuperior: illis dominatur. & tibi ſeruire: potius dominari eſt q̄ ſeruire. neq; enim qui ſpiritu ſeruit: ſeruū imitatur ſed dominum. Attamen cum gratiā & adiutricem manū tuam ſubſtrahis: ipſe per ſe non valens legem tuam exequi/ſibiipſi relictus eſt/& in manibus ſuis. qui ſi tunc etiam legis tue nō obliuiſcitur/vbi eam minus exequi potens eſt: gratie tue ſe preparat quātum in ſe eſt/vt ei ex tua miſeratiōe manus porrigas. & affectū cordis ſui ante te ponit/ac dicere poteſt. anima mea in manibus meis ſemper: & legem tuam non ſum oblitus. michi ipſi ſum derelictus/ex me nō inueniens exequende legis tue poſſibilitatem: nichilominus legem tuam non ſum oblitus/auxilium tuū qui ſolus iuuare potes/qui & ſolus benigniſſimus es ſpe ſemper certiſſima preſtolatus.

n ¶ P oſuerunt peccatores laqueū michi: & de mandatis tuis non erraui. T unc carnales hoſtes ma 6
xime inſultant: cū quem vident ſibimetipſi derelictum/nullius quidem alterius ope fultum. conſimili quoq; modo & ſpirituales nequitie: cum quem intuētur preſentis gratie auxilio deſtitutum. nam tunc aduerſus ſpiritū/germina peccati male in carne plantatas concupiſcentias habent adiutrices: que eum remorantur ad alta conſcendere conātem. his autem armis/his laqueis adiuta impiorum caterua: certat vt vincat. ille vero reluctatur: ne vincatur. & ſi (te ſpectatore O premiorum æquiſſime largitor) ſtrēnue ſe geſſerit/nichilq; contra legem tuam admiſerit/tametſi nō omnia exequatur vt vult: nichilominus dicere auſit. poſuerunt peccatores laqueum michi: & de mādatis tuis non erraui. non enim derelinquitur: ſed probatur. neq; procul abeſt miſerātis auxilium: vbi iniquitas nititur opprimere iuſtum.

n ¶ H ereditate acquiſiui teſtimonia tua in eternum: quia exultatio cordis mei ſunt. Viro carnali/ 7
delectatio perditionis eſt ſignum: pœnitudo autem & amaritudo/ſignum ſaluris. cōtra vero/ſpirituali: triſtitia/abſentis gratie indiciū. porro delectatio & dulcedo: iam reſtitute & preſentis manifeſtatio. ſic ſane caro & ſpiritus reſpondent ex aduerſo. & quod abſens ſpiritū triſtificat: idipſum preſens lætificat. atqui tua gratia/tuum preſidium cum abeſt O deſolatorū conſolator immenſe: ſic triſtitiam affert/vt ſolis abſentia corpori frigiditatem & oculis meſtitiam ac pauorē. quapropter omnis ſpiritus ſine te: frigidus meſtus/pauidus/afflictus & impotens. contra autē te preſente/te preſule: feruens/lætus confidens/conſolatus/validus. quid eſt igitur quod tuus ſeruus paulo ante/tam miſerabundus tam ſupplex/ſe querens afflictum/ſe ſibiipſi derelictum/inſidijs hoſtium

circũuallatum:nunc de hereditate teſtimoniorũ tuorũ gaudet? hereditate inquit acquiſiui teſtimonia tua in eternum/quia exultatio cordis mei ſunt. quid hoc inquã? niſi quia cito illi affuiſti auxiliator/& gratiam reparaſti? cum enim ſupplicem exaudiſti/cum ſuppetias tuliſti:prece ſua & hac tua exauditione benignißima: viſus eſt ſibi eterna poſſeſſione teſtimonia tua acquiſiuiſſe. in quib⁹ meditandis & exequendis:ſita eſt voluptas omnis & delectatio cordis eius. qui enim in illis exultat: in te & propter te exultat a quo ſunt & propter quem ſunt vniuerſa.

S ¶ Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in eternum:propter retributionem. Magna lux ⊙ dñator eterne(qui lux es incõprehenſibilis)tua gratia eſt. qua preſente ſpiritus videt te finalem bonorũ operum retributionem. tu es finis finium:in quo ſolo ſpiritus quieſcũt. Sed quo modo quieſcũt? Per quãdam aſſimilationem. ſic ignis in celo quieſcit:ſubtilitate ſimillimus/ act in igne ſimilis feruore/terra in aqua ſimilis frigore. ſic in te quieſcent/& te fruẽtur illi ſoli: qui quadã tui aſſimilatione reddunt quoquo pacto tue lucis capaces:vt ſol ſolis infulget oculis ſeq; prebet cõprehenſibilem:q⁹ ſolus in corpore oculus/ingenita ſerenitate & perſpicuitate/celeſti lumini ſimile eſt/& proinde aliquatenus ſolis capax. Sed quid animam lympidam & ſerenam facit tuiq; quodãmodo ſimilem/qui in vmbra figuras lucem/& in finito infinitatem? tui inquã quodãmodo ſimilem iuſtam/piam/ſanctã/bonam/veracem/beneficam/efficacem viuentem & potentem? nõne tu per iuſtificationũ tuarum cuſtodiã & obſeruationem? ergo obſeruationes ille tue/quedã ſunt aſſimilationes:per quas quiſpiam in te tendit vt in ſuum finem. quomodo igitur tote animi vires inflectende nõ erunt ad huiuſmodi obſeruationem? Erunt profecto neq; ab re dicit ſeruus tuus quem tu illuminaſti/cui tu mandata tua pro hereditate dediſti: inclina cor meum ad faciẽdas iuſtificationes tuas in eternum propter retributionem. acſi aperte diceret:totum animũ inflexi ad mandatorum tuorum obſeruationem propter teipſum/ quẽ in tuo lumine video omniũ cõſumationum cõſumationem/omnium bonorum operum finem/retributionem & eternam que ſe vltro propagat bonitatis mercedem/largitatem quidem infinitam vltro ſe largientem & q̃tum quiſq; capax eſt ſemetipſam infundentem.

ADVERTE. Sexto verſu. & de mãdatis tuis nõ erraui. melius videt dicendũ ex hebræo/& a mãdatis tuis nõ erraui. vbi habet & a p̃ceptis tuis nõ aberraui. ſic eni ſermo melior. ¶ Octauo verſu. in eternũ propter retributionẽ: Hieronym⁹ ex hebræo/ꝓpter eternã retributionẽ. alij cẽſent verſum ſic eſſe legendũ: inclinaui cor meũ ad faciẽdas iuſtificatiões tuas ad ſeculi finẽ. ſic eni LEOLAM EQVEB qđ hic habet interptandũ cẽſent. & vocabulũ hic qđ leolam ſequit ꝓprie metã & terminũ/ſed tranſlatitię mercedẽ laboris ſignificare/eo q⁹ merces ſit finis laboris. itaq; iterp̃tes metaphorã accepiſſe & ꝓpriũ reliquiſſe ſenſum. & qui hoc modo legit & itelligit: nõ niſi pie legit & intelligit. at qui legit in eternũ ꝓpter retributionẽ/quaſi dicat ꝓpter mercedẽ: ambiguitatẽ habet. nã vir iuſt⁹ & vere ſpũalis ſeruitioꝝ ſuorũ mercedẽ nõ cogitat: ſed ſtudet facere qđ debet qđ ſe ſcit ꝓ dignitate iplere nõ poſſe. & cũ oia fecerit quod potuit/q̃q̃ ſciat ſibi repoſitã coronã iuſtitie/nõ mercedẽ nõ debitũ putat ſed gratiã. & plane fatet q⁹ iutilis & tãto dono in ifinitũ inferior/ indigniorq; ſit ſeru⁹. Et ſeruus quiſpiã qui diceret iclinaui animũ meũ ad faciẽda mãdata dñi mei ꝓpter retributionẽ/ꝓpter mercedẽ quã a dño expecto: nõ videt ꝓpter dñm ſuũ illa facere ſed potius ꝓpter ſe/& nõ precipue dñm ſuũ reſpicere ſed ſe. quare neq; dñs ab eo ꝓpter ſe diligi videretur/ſed propter aliud: & ſeruus ille tandem male de dño ſuo meritus. quomodo igitur ad deũ audebimus dicere faciam iuſtificationes tuas/implebo legem tuam propter retributionem/propter mercedem quam abs te expecto? Re vera hic dicunt q⁹ ſi hic ſenſus ex prophęta elicitur & id ſpiritualis vir dicit: nõ niſi propter deũ id dicit. nam ipſe finis/merces & retributio eſt ſpũaliũ. acſi intelligeremus inclinaui cor meũ ad faciendas iuſtificationes tuas in eternum propter te qui es finis/merces & retributio. & id apertius indicari cum dicitur: propter eternam retributionem. nam vnicum eſt eternũ: qui eſt deus ſuperimenſus & ſuperbonus omnium beatorum merces & premiũ. Hoc apparẽtem habet ſatiſfactionem: niſi quis ad vocabulũ inſurgat. eſto deus retributio & merces ſit beatorũ: hec tamen ei ad ſe nõ cõueniunt. neq; eni ſibiipſi retributio/merces & premiũ dicitur/ſed vt bonũ iam eſt alienũ. quare qui inclinatur ad iuſtificatiões dei propter retributionẽ: nõ tam propter deũ vt deus & abſolute idipm quod eſt/inclinari videt q̃ vt deũ/ſuũ futurũ bonũ cogitat. Si ita eſt: nichil crediderim abſurdũ/ſi deus maxime propter ſe diligat quia eſt ſummũ bonũ & finis finiũ & maxime oim ꝓpter ſe diligibile ipſaq; ſũma diligẽdi ratio/& etiã ſed ſcđo quodãmodo loco qa eſt ſctorũ merces & premiũ/& nõ tã ꝓpter ſctos q̃ contẽplatione exuberantis bonitatis eius qua ſanctis ſe dat vltro premiũ. itaq; ſi diligo deum ꝓpter retributionẽ nõ meipſum niſi ex accidẽti reſpiciã: ſed p̃cipue eximiã & exuberantẽ bonitatẽ dei/qua ſeipſum vltro dat ſeruis ſuis liberũ donũ. quia tãta bonitate eſt/tanta liberalitate: vt dare velit maximum

donum. & quia nichil ſeipſo dare poteſt maius: ſe dat mercedem & premium. & hoc modo deum propter ſe nō propter alium amat. & quomodo deū propter me amabo: qui me propter me amare non debeo/ſed propter eum cuius incōprehenſibili bonitate/gratia & miſeratione imago ſum & ſimilitudo. ſiue igitur legero inclinaui cor meū ad faciendas iuſtificationes tuas ad ſeculi finem/imo ad eternitatis infinibilitatē/ſiue in eternum propter retributionem/aut propter eternam retributionem: intelligentiam pietate iuuo/oculum non in me/non in ſpirituali viro quocūq; ſed in deo figendo: & eum qui eſt omnis finis & ſolus abſolute propter ſe/finem faciendo.

XV Samech. Adiutoriū. ד

ſ 1 INíquos odío habuí: & lęgem tuam dilexí.
INíquos odío habuí: & lęgem tuam dilexí.
TVmultuoſos odíuí: & lęgem tuā dilexi.

Samech. Adiutoriū. ד

ſ 2 A díutor & ſuſceptor meus es tu: & in verbum tuū ſupſperauí. Samech.
A díutor & ſuſceptor meꝰ es tu: & in verbo tuo ſupſperauí. Adiutoriū.
P rotectío mea et ſcutum meum tu es: verbum tuū expectauí.

ſ 3 D ęclínate a me malígní: & ſcrutabor mādata deí meí. Samech.
D ęclínate a me malígní: & ſcrutabor mādata deí meí. Adiutorium.
R ecędite a me malígní: & cuſtodiam mandata deí meí.

ſ 4 S uſcípe me ſecūdum ęlo quíum tuum et víuam: et non cōfundas me ab expectatíone mea. Samech
S uſcípe me ſecūdum ęlo quíum tuū & víuā: & ne cōfundas me ab expectatíone mea. Adiutorium.
C onfirma me ſecūdum verbum tuum & víuam: et noli me confundere ab expectatione mea.

ſ 5 A díuua me & ſaluꝰ ero: & meditabor in iuſtificatíonibus tuís ſemper. Samech
A díuua me & ſaluꝰ ero: & meditabor in tuis iuſtificatíonibus ſemper. Adiutorium
A uxíliare míchi & ſaluus ero: & dęlectabor in præceptís tuís iugiter.

ſ 6 S prędíſtí omnes díſcędētes a iuſtitijs tuís: quía ín iuſta cogitatio eorum. Samech.
S prędíſtí omnes díſcędētes a iuſtificatíonibꝰ tuís: quía ínıuſta cogitatio eorum eſt. Adiutoriū.
A bięcíſtí omnes qui aduerſantur præcepta tua: quía mendax cogitatio eorum.

ſ 7 P rędaricantes reputaui omnes peccatores terre: ideo dilexi teſtionia tua. Samech.
P rędaricantes reputaui omnes peccatores terre: ideo dilexi teſtionia tua. Adiutoriū.
Q uaſi ſcoríam computaſti oīes impios terre: propterea dilexi teſtimonia tua.

ſ 8 C onfige timore tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui.
I nfige timore tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui.
H orripilauit a timore tuo caro mea: & iudicia tua timui.

QVINTEDECIME OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

ſ CI niquos odio habui: & legem tuam dilexi. Qui bono appropiquat: ſecedit a malo. & qui ſummis ſe vnit: ab imis ſe ſeparat. atqui amor approximat/cōiūgit/vnit: odiū elongat/diſiungit/diſſociat. eſt igitur amor/approximatio quedam amātis & amati/cōiunctio/vnio. & contra: odium/elōgatio quedā odientis & exoſi/diſiunctio & ſeparatio. Iniquitas deorſum facet: omni graui grauior & ponderoſo ponderoſior. lex autē tua O ſumma æquitas: ſurſum eminet omni leui leuior & ſublimi ſublimior. qui igiť tue legi appropinquat: ab iiquitate diſcedit. qui illi appropinquat: illā amat. & quāto pfectius ſe legi cōiungit & vnit: tāto iniquitatē odit. & qui iniquitatē odit: quomodo amare poteſt iniquos/quippe quos iiquitas diuina iuſticia nudatos ſpoliatoſq; deformes reddit & obſcuros/nō enim forma/ſed informitas iniquitas. & contra/lex tua & equitas: non ſolum forma/ſed

& quedam diuiniformitas. iure ergo dixerit quicūq; tibi fideliter seruit/Iniquos odio habui:& legē
tuā dilexi. nā nisi legē tuā diligeret & inimicos legis tue odio habęret:nequaq̄ tibi fideliter seruiret.
2 ¶ Adiutor & susceptor meus es tu:& in verbum tuum superperaui. O sublimitas/infima pertin f
gens & infimitas supergrediens altissima. in tribus/spirituales viros supra seipsos eleuas: fide/
spe/charitate. fide quidem:supra possibilem intelligibilitatem. spe:supra boni apprehēsibilis ex=
pectationē. & charitate:supra ꝓpriæ potestatis amorem vt igne ferrū calet & magnete sursum le=
uatur detineturq; supra propriam efficacitatem. Hec igitur habęri non possunt sine adiutorio &
beneficio eleuantis:qui eleuando purgat/illuminat/incendit ac perficit. vt has superbeneficas do
tes pati/q̄ agere potius intelligātur qui illas habent. quapropter hanc eminētem ex obseruatio=
ne tue legis vnus seruorū tuorū/incōprehēbilis boni fidē habēs:vnde habeat/vnde suscipiat testa
tur dicēs. adiutor & susceptor meus es tu:& in verbū tuū supsperaui. adiuuisti/eleuasti/suscepisti:&
spem expectationēq; ex verbo tuo supra memetipsum/propriasq; vires excedentem concepi.
3 ¶ Declinate a me maligni:& scrutabor mandata dei mei. O quis odium/mente & affectu seperet: f
non tamen semper loco atq; situ disiungit. nam vbi mente est amor boni: illic & odium mali. sed
amor boni sursum est/& sursum solum respicit:& quod respicit est ipsum verum/bonū/pulchrum/
lucidū/ipsumq; delectabile. odium item mali sursum est/sed deorsum respicit:& quod respicit ma
lum est/informe/tenebrosum/tristificum. ergo quando qui odit & quod oditur locis non separan=
tur: molesta & tristifica est exosi mali presentia. insuper malum bono est vt in perniciem trahat
perdatq; insidiatiuū. nam mali est perdere:vt boni saluare. Quapropter dei seruus malignos tur
bis cū ipedire & perdere nitētib9 circūseptus:plerūq; in has voces erūpere cogitur. facessite/ab=
scedite/declinate a me maligni:& scrutabor mādata dei mei. id sūmope cupiēs:vt quos ob mali=
tiā nō ob naturā odit/quēadmodū & affectu ita quoq; ꝑsentia & locis dispescanť atq; disseparenť.
4 ¶ Suscipe me secundum eloquium tuum & viuam:& nō cōfundas me ab expectatione mea.
5 ¶ Adiuua me & saluus ero:& meditabor in iustificationibus tuis semper. Sed nō satis est eos qui f
impediētis/tristifice/noxie atq; mortifere sunt malitie/presentia & locis esse separatos:nisi sit qui f
suscipiat & viuificet liberatum. neq; enim ouis si deseritur a lupo/protin9 salua est: nisi pastor adsit
qui requirat/qui repertam alat/qui a noxijs defendat/vitāq; ministret. verum & si pastor ille e lu=
porum faucibus eam eripiat:vitam illi donat/lupiq; discedunt. Hūc in modū quicūq; tibi in spiri=
tu famulatur O pastor eterne:petit vt aut noxijs abeūtibus nequitijs/aut potius de medijs earum
insultibus eum eripias ad te tota mentis deuotione clamans. suscipe me secundū eloquiū tuum &
viuam:& nō cōfundas me ab expectatione mea. expectat auxilium tuum/expectat teipsum: tu es
illi vita/tu salutis ꝑsidiū/tu alimētū/tu es illi oīe bonū. si susceperis ab hostib9:tū mēte solat9 tū tri=
sti & molesta presentia liberatus in te viuet. at nisi suscipias/subuenias/succurras:cōfundiť vagus/
inops/errabūd9/nullo cibo vnde viuat/nullo ꝑsidio quod saluet/nullo loco vbi quiescat vsq̄ reper=
to. & quomodo tunc meditabitur mādata tua/quo modo in illis consolabiť iugiter/clamat igitur
rursum/& merito clamat. adiuua me & saluus ero:& meditabor in iustificationibus tuis semper.
6 ¶ Spreuisti oēs discedentes a iudicijs tuis:quia iniusta cogitatio eorū. O dñe qui creas omne bo= f
num:& ad te omne bonū recipis. si oculus purus omne abijcit impurū/& corpus purū ab alimē=
to omne secernit impurū quo sibi solū purū vniat/abijciat autē repellatq; impurū: non est mirū si
tu qui es ipsa puritas abiecisti/repulisti/spreuisti oēs discedentes a iudicijs tuis/quia iniusta cogita
tio eorū. nam si iusta cogitatio pura:ꝓfecto iniusta quippiā impurū est. nō tamē repellere vis:qui
precipis estote sancti quia ego sanct9 sum. quid eni est sanctū:nisi purū:/sed illi vltro se ipuros fa=
ciētes te cuius natura est vnire/suscipere/colligere: vt eos tandē abijcias atq; expellas cōpellunt.
7 ¶ Preuaricantes reputaui omnes peccatores terre: ideo dilexi testimonia tua. Oculus carnis & f
oculus spiritus alio & alio modo iudicant. nam quod oculus carnis magnificentiā iudicat equorū
pompa/& honesta clientum familia decoratam:plerūq; spiritualis oculus iudicat superbiam be=
stijs insidentem/plurima gnatonum & parasytorum turba infamatam. nam tu domine virtutum
sedes super cherubim & scientie plenitudinem. quare sedes seruorū tuorum scientia est mandato
rum tuorum. ille insuper iudicat fœlicitatem:iste miseriam. ille diuitias & sufficientiam:iste inopiā
& insufficiētiam. fœdum iste. pulchrum ille. recte iste. ille perperam. nam vniuersa illa preuarica=
ri faciunt ita iudicātes. saluant autem iudicium:testimoniorum tuorum dilectio & custodia. purga
tus igitur vere diues & beatus/qui terrenis oibus calcatis dicere valuerit:preuaricantes reputaui
omnes peccatores terre/ideo dilexi testimonia tua. nam nisi contēnat que tu contemnis/& nichi=
lipendat que vt scoriam & purgamentum ducis:nullo pacto testimoniorum tuorum cōstringetur
amore. que si non amabit:nullo pacto(vt par est)illa obseruabit/neq; in illis sese exercebit.
8 ¶ Confige timore tuo carnes meas:a iudicijs enim tuis timui. Dñe quis non timeat te qui contē= f

platur tuã poteſtatẽ/cui nemo poteſt reſiſtere/qui ſapientiã tuam meditaẽ:quã nichil poteſt latere/& qui reperis in angelis tuis prauitatẽ/qui inſuper infirmitã iuſtitiam tuam cogitat: cuius proprium eſt nullum malum impunitũ ſinere/quis iñ̃ non paueat/qui velit abyſſum iudiciorũ tuorꝝ mẽte reuoluere/at ſi carnales affectus ſequamur:incidimus in potentiã tuã/delictũ noſtrũ latere non valet ſapientiam tuam/non effugere iuſtitiã/non iudiciorũ tuorum abyſſum. prudens igitur eſt qui te aſſidue precatur:confige timore tuo carnes meas/a iudicijs enim tuis timui.neq; enim timor ille depreſſus ſed altus:quẽ tua omnipotentia/quẽ ſapientia/iuſtitia/& iudiciorũ tuorũ abyſſus & imenſa profunditas creat/ac continet. vt neq; amor ille ſubmiſſus:quem tua omnipotẽs parit bonitas/charitas inflãmat & miſericordia fouet. Et cum tu dñe æque potens ſis & æque bonus/æque miſericors & iuſtus:videris æque timendus & amandus. ſi enim ſolũ potens eſſes & ſcelerũ vindex:timereris ſolũ & nõ amareris.ſi ſolum bonus & miſericors:amareris ſolũ at nõ timereris. quare ipoſſibile videt:te quẽq̃ bene diligere qui nõ timeat.atq; æque ipoſſibile:te bene timere qui nõ amet.& vterq; hic timor & amor ſanctꝰ.verũ qui te tãtũ timeret ratiõe pœnæ/& quẽ reformidat cruciatꝰ:hic timor abiectꝰ/illiberalis/infimꝰ et ipurus.nõ eni a potẽtia/ſapiẽtia/iuſtitiaue aut indicijs tuis naſceret & ꝓcederet/ſed cum in ſe male flectit oculũ ſeruus nequã & flagitioſus. ADVERTE.Sexto verſu.ſpreuiſti oẽs diſcedẽtes a iudicijs tuis:Hieronymus ex hebræo/abieciſti oẽs qui ignorant precepta tua.& rectius hic precepta q̃ iudicia.nã nõ hic SAPHAT aut MISEPHAT quod inde deriuaẽ habeẽ/ſed MIHVQ quod a vocabulo HOQ deſcendit preceptũ ſignificante.quod & in octonario Aleph verſu quinto & Gimel ſeptimo vt & hic expoſuit Hieronymus precepta/& interpretes iuſtificationes & in iuſtificationibus.quapropter ſi nolebãt vertere p̃cepta/ſaltẽ vt ſibi ipſis cõformes fuiſſent vertere debuiſſent hic/in iuſtificatiõibus tuis. ¶ Septimo verſu.preuaricantes reputaui omnes peccatores terre:Hieronymus ex hebræo quaſi ſcoriam computaſti omnes impios terre/vbi vir ſpiritualis ad deum dirigit ſermonem & nõ de ſe loquitur.quod & precedens verſus ſpreuiſti omnes diſcedentes a iuſtitijs tuis quia iniuſta cogitatio eorum:ſatis expoſtulare videtur.nobis igitur potius legendũ eſſet reputaſti. ¶ Octauo verſu.confige timore tuo carnes meas:Hieronymꝰ ex hebræo horripillauit a timore tuo caro mea.& hoc pacto rectius dici putãt.id enim ſignũ excedẽtis timoris autumãt erectionẽ pillorũ in cute. quod non modo hoĩbus/ſed & brutis animalibus accidit in timore. & hec pillorũ erectio/horripillatio nominatur/quaſi ex horrore rigeant pilli.& quomodo etiam peteret/confige carnes meas timore tuo:continuo ſubiungens a iudicijs enim tuis timui:ſi enim timuit a iudicijs dei:timor nequaq̃ petendus erat quem iam habebat.ſed hec particula a iudicijs enim tuis timui optime ſubiũgitur cauſa eius quod Hieronymus habet horripillauit a timore tuo caro mea. quaſi diceret horripillauit quidem/nec ab re:quia a iudicijs tuis timui.

XVI

	Ain.	Fons.	℣
a 1	FEci iudicium & iuſtitiam:non tradas me calũniantibus me. Ain.	FEci iudicium & iuſtitiam:ne tradas me perſequẽtibus me.Fons.	FEci iudiciũ & iuſtitiã ne dereliquas me iis qui calũniantur me. ℣
a 2	Suſcipe ſeruum tuum in bonum:non calumnientur me ſuperbi. Ain.	Elige ſeruum tuũ in bonum:vt nõ calũniẽtur mi chi ſuperbi. Fons.	Sp̃de pro ſeruo tuo in bono: ne calũnientur me ſuperbi. ℣
a 3	Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum: & in eloquium iuſtitie tue. Ain. Fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiam tuã: & iuſtificationes tuas doce me. Ain	Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum: & in eloquium iuſtitie tue.Fons. Fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiã tuam: & iuſtificationes tuas doce me. Fons.	Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum: & in eloquium iuſtitie tue. ℣ Fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiã tuam: et prẽcepta tua doce me. ℣
a 4	Seruus tuus ſum ego da michi intellectũ:vt ſciam teſtimonia tua. Ain.	Seruus tuus ſum ego da michi intellectũ: vt ſciam teſtimonia tua. Fons.	Seruus tuus ſum ego inſtrue me: & cognoſcam teſtimonia tua. ℣

	GALL.	ROM.	HEB.
a 6	Tempus faciẽdi dñe diſſipauerunt lẽgem tuam.	Tempus faciendi domine: diſſipauerunt iniqui lẽgem tuam. Fons.	Tempus eſt vt facias domine: præuaricati ſunt lẽgem tuam. ℣
	Ain.		
a 7	Ideo dilexi mãdata tua: ſuper aurũ & topazion.	Ideo dilexi mãdata tua: ſuper aurũ & topazion.	Propterea dilexi mãdata tua: ſuper aurum et topazion. ℣
	Ain.	Fons.	
a 8	Propterea ad omnia mã data tua dirigebar: oẽm viã iniquam odio habui.	Propterea ad oĩa mãdata tua dirigebar: omnem viã iniquam odio habui.	Propterea ĩ vniuerſa p̃cepta tua direxi: oẽm ſẽmitã mendacij odio habui.

¶ SEXTEDECIME OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

1 ¶ Feci iudiciũ & iuſtitiã: non tradas me calumniantibus me. Qui mandata tua cuſtodit qui es omni iuſto iuſtior & omni iuſtitia ſuperior: iudiciũ & iuſtitiã facit, fontes plectit vt lex precipit: imo ſeipſũ ſi delinquit, innocentes abſoluit. & hoc eſt iudiciũ. geminũ amorẽ cuſtodit. a re aliena abſtinet, alienum cubile ceu rem ſacrã non violat, proprium thorũ ſeruat incõtaminatũ. a ſanguine manus mũdas cõtinet/& reliqua que lex iubet obſeruat. & hoc eſt iuſtitia. attamen ſi ipſe ſibiipſi reliquitur: poteſtati aduerſariorũ traditur/quippe quibus reſiſtere non valet. quis enim ſibiipſi relictus: illi reſiſteret/cui non eſt ſuper terram poteſtas que comparetur? qui factus eſt vt nullum timeret. qui omne ſublime videt: & qui eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbie. Si leo fortior eſt ceruo/& illi nullo pacto reſiſtere poteſt/ſi accipiter columba/ſi lupus agno/quibus naturales ſunt hoſtes: quis etiam dubitat ſpiritualibus hoſtibus nos longe impares viribus/niſi ſuperior cuſtodia nos continue tutaretur ac defenderet? non igitur in viribus proprijs eſſe fidendum/non in operibus/non in bonitate: oſtendit qui dicit/feci iudicium & iuſtitiã: non tradas me calũniantibus me. non enĩ in iudicio/non in iuſtitia quam fecit contidit: ſed in tua ſola bonitate & miſericordia. a

2 ¶ Suſcipe ſeruũ tuũ in bonũ: nõ calũnientẽ me ſuperbi. Si paſtor ouem deſerat: deſeritur in malo/vt cui lupus facile morſus infigat necẽq; intẽtet. ſi ſuſcipiẽ a paſtore: ſuſcipiẽ in bono/vt cui lupus neq̃q̃ etiã ſi cupit nocere poſſit. ita dñator ſupbonc/quos tu cuſtodie tue dignaris auxilio: oẽs ſuſcipis ĩ bono. Quare qcũq; p̃cepta tua cuſtodit/hoc ipſo cliẽtele tue addictus: cũ ſe ſciat ex ope ſuo nõ poſſe defẽdi/iugiter ad te p̃cari debet. ſuſcipe ſeruũ tuũ in bonũ: nõ calũnientẽ me ſupbi. nam ſi ſupbi in te eleuanẽ qui es oĩpotens: quid igiẽ in ſeruos tuos facturi ſũt ibecilles & ifirmos/niſi tu tuearis q ſupbis reſiſtis/et qui (vt ſcriptura ait) aufers ab ipijs lucẽ ſuã/& brachiũ excelſũ cõfringis? ſolẽt enĩ qui in dñm vlciſci nequeũt: in ſeruos debacchari et abũde furiã ſuã cõuertere. at quo modo ĩ te vlciſcerẽt q virtutis es ifinite? et quomõ ĩ ſeruos tuos nõ ſeuiẽt niſi ſuſcipias/niſi defẽdas: qui virtutis ſũt exigues? a

3 ¶ O culi mei defecerũt in ſalutare tuũ: et in eloquiũ iuſtitie tue. Dñe deꝰ cuius laus eſt ſilẽtiũ/ cuius verbũ oĩm ſalus/cuius eloquiũ iuſtificatio. ſi verbũ tuũ a mẽte noſtra capi poſſet: haudquaq̃ aliquid magnũ eſſet/et ſimili quoq; pacto eloquiũ tuũ. vt lux omnis que ab oculo noſtro capi poteſt longe minor eſt luce ſolis/que refugit viſionis noſtre captũ vtpote inuiſibilis: per quam tamen omnia videntur. eſt igitur verbũ tuũ ignotũ: per quod nichilominus omnia cognoſcũtur. et eloquiũ tuũ incognitum: per quod omnia effantur. Ceterũ ſi verbũ noſtrũ pro mentis noſtre/et eloquium pro oris nr̃i eſt ratione: et verbũ tuũ et eloquiũ tuũ pro tue, vt igiẽ verbũ noſtrũ finitũ et cõprehẽſibile/et eloquiũ menſuratũ et effabile: optimo iure euenit vt tuũ verbũ infinitũ ſit et incõprehẽſibile/et tuũ eloquium immenſũ et ineffabile. quo modo igitur nõ verũ dicat/qui oculis ſpiritualibus ad verbũ et eloquiũ tuũ cõuerſus ait: oculi mei defecerũt in ſalutare tuũ et in eloquiũ iuſtitie tue? ibi ſane vires deficiũt: vbi apprehẽdere nõ poſſũt. vbi nõ poſſunt effari: ibi te ignorãtia videt/que eſt apex ſcientiarũ. te laudat ſilẽtiũ: quod omne excedit effabile verbũ. te quide videt et mirifice videt: qa te ſalutare ſentit. te ignorat: qa deficit/qa tãte copie lucis ſuccũbit. te laudat: qa te iuſtificãtẽ agnoſcit. ſilet: qa idẽtidẽ deficit/vt q iuſtificationis tue magnitudinẽ eloqui nõ poſſit. et qs enĩ ieloqbile eloq poſſet? a

4 ¶ Fac cũ ſeruo tuo ſecũdũ miſericordiã tuã: et iuſtificationes tuas doce me. Sol qui viſiones ſuperat/captumq; refugit: eſt per quẽ omnia videtur/ et id neceſſario. identidem tu domine qui es omni ſcientia laudeq; ſuperior: es per quem omnia cognoſcuntur/ſed id quidẽ libere. nã quod in creatura tua cõtingẽtia eſt: i te eſt neceſſitas. et qđ in ea neceſſitas: i te eſt libertas. cũ igiẽ pãdis et manifeſtas iuſtificatiões tuas: id libere facis/et ſũme qdẽ libere/vt q es ſũma libertas. q̃propter qđ facis: gr̃a tua eſt et mia tua, ad quẽ igiẽ aliũ precandũ eſſet: fac cũ ſeruo tuo ſcđm miam tuã/et iuſtificationes tuas doce me/niſi ad te p quẽ oĩa cognoſcuntur/et q doces hoiem ſcientiã? Verũ qa tuũ infinitũ et inco- a

gitabile verbū/& tuū eloquiū imensū & ineloquibile ratio sunt cognoscendarū iustificationū tuarū: ideo cognite semper relinquunt amplius perfectiusq; cognoscēde/ceu forma quedā ad ifinitū cognoscibile archetypū.vt in eis iuncta itelligant notū & ignotū.q̄re doctus quicūq; & quātūcūq;:relinq̄t a te semper pfectio cōsumatiusq; in iustificationib⁹ tuis edocendo.idq; a te suppliciter est petendū.

a ¶ Seruus tuus sū ego:da michi intellectū vt sciā testimonia tua. O dñe deus/scientiarū dñs es.si nō dedisses oculos:nullus/colorū scientiā fuisset cōsecutus.si nō aures:nullus scientiā sonorū & harmoniarū. haud absimili modo/nisi dederis intelligentiā:nullus habiturus est testimoniorū tuorū scientiam.non eni visus ea pcipit/nō auditus/nō alius quisq̄ seu interior siue exterior sensus.nā carnales sunt & mūdani.neq; ratio/aut mens ratione vtens illa sapit.nā fide capiunt.que lumē est ratione/illaq; mēte superius.eteni aliud lumē est quo visus:& aliud superius quo imaginaria apprehēdit virtus/quod quidē tenebre nō offundūt.& aliud superius quo ratio:quod & lucet in imaginarie virtutis opacitatibus.sed longe supremū est lumē testimoniorū tuorū.quod ratione nichilominus i tenebris suis cæcutiente/infulget intelligētie:quā tu ipse largiris.& hanc a te petit intelligentiā:qui petit testimoniorū tuorū scientiā/inquiens.seruus tuus sū ego:da michi intellectū vt sciā testimonia tua.ad quid enim testimonia tua dedisses:nisi velles vt scirentur illa? 5

a ¶ Tempus faciendi dñe: dissipauerūt legē tuā. Si pciosus aliquis frutex vt balsami frutex aut casia ob ignorantiā in orbe perisset/reseruata quidē vno in loco plātula:tunc sūmopere scientia necessaria esset/qua & coleretur & culta multiplicaretur/ne funditus interiret.& quid pciosius lege tua domine virtutū? q̄ cū hominū insciti negligit/contēnit/& pene extirpata vbiq; iacet/in augusto dūtaxat loco & apud paucos seruata:nōne necessaria vel maxime tunc est legis tue scientia/quo in amplum ꝓpagetur/radicet/& ne funditus pereat/& ne simul cū ea itereat vniuersa pietas & cunctorū hominum salus? nōne docebis/intelligentiāq; preceptorū tuorū ꝓpagabis? nōne serui tui iustissime ad te clamabūt/vociferabūt/eiulabunt? tēpus faciendi domine:dissipauerunt legem tuā. tēpus illuminandi/tempus legem tuam manifestādi/tēpus ignorantiā que illā attriuit/dissipauit/extinxit amoliendi & extirpandi tuāq; sanctā legē animis cunctorū inserendi. 6

a ¶ Ideo dilexi mādata tua:sup aurū & topazion. Dici solet quāto res rarior:tāto preciosior.nā rari natura:multitudinē diffugit & se colligit ad vnitatē.vnū eni est necessariū/vnū rarissimū/vnū pciosissimum a quo profluunt omnia/& quod omnē astringit/continet/saluatq; multitudinē.& lex tua rara & preciosa:vt que sit vna sola/nata vbiq; lucere effeq; benefica. vt sol rarus & pciosus.nā vnicus vbiq; lucēs & beneficus.atqui cū tua lex in vno loco contineat:rarior videt.atq; ideo (etsi semper) tunc maxime exercēda/colēda/diligēda.quo illi natura eius/q̄ est vbiq; lucere & esse benefica & te vnicū/verū/solum/tremendū/colendū & adorandū annunciare:reparetur.Si aurū ob radiantē quendā & solis emulū nitorē amatur habeturq; in precio/& topazion gēma rara difficilisq; repertu/ob perpetuum quēdā & lucis peruiū virorē:quid nō magis diligēda lex tua in precioq; habenda/que iustos facit? qui(vt ipsa per se veritas aperire dignata est)fulgebūt sicut sol in regno patris eorū? et quē alium habent patrē q̄ te:qui eos perverbū tuū in carne creasti/& denuo ex te perverbū tuū in spiritu regenerasti? nonne per legē tuā sempiterno æuo & semper virente/a te quidē semper illuminati donabuntur æternitate? dñs deus inquit illuminabit eos & regnabūt in secula seculorū.non temere ergo sciētia huiusce legis tue illuminatus/altius mēte vidēs q̄ humanus apprehendit sensus dixit.ideo dilexi mādata tua:super aurū & topazion.ille tibi in spiritu seruiebat & legem tuam diligebat super omne quod nobile æstimatur ac preciosum. 7

a ¶ Propterea ad oia mādata tua dirigebar:oēm viā iniquā odio habui. Qui quippiā amat supra oē qđ æstimat pciosū:nichil mirū si illud sequit.& oēs vias declinat & odit/que illud auertūt.nā amor/ad se cōuertit/valēti⁹ quidē q̄ sol ad se heliotropiū.forti⁹ attrahit q̄ ad se manes ferrū.stringit arcti⁹ q̄ quodcūq; viculū.qs ergo debeat mirari si is q legē tuā amat sup aurū & topazion:dicat ꝓpterea ad oia mādata tua dirigebar/& insup addat oēm viā iniquā odio habui.lex eni tua conuertit/traxit/strinxitq; illū instar indissolubilis vinculi.imo tu cōuertisti/traxisti/strinxisti/q es optimæ legis pluſq̄ superoptimus indultor:vt te solum diligeret.qui si te solū diligit qui es ipsa æquitas(tu es enim prima æquitas:& amādi lex & supereminēs amor)vt omnē iniquitatem odio habeat necesse est.& etiā q solā amat lucē:quomodo exosas non habebit tenebras? tu es ipsa lux:que spirituales oculos implet & que se solā iis qui capaces sunt admirandā prebet & solā amabilē etsi cetera ꝓpter illam diligunt.nā amor qui ꝓpter alterū est:nō amor/sed via quedā potius/& quoddā mediū ad ipsū verū solū & ꝓpter se amorē. Q; si dicit amor:assclam vocemus pedissequū & veri amoris comitem. 8

ADVERTE. Secūdo versu.suscipe seruū tuū in bonū:Hieronym⁹ ex hebræo/spōde ꝓ seruo tuo in bono. Alij sic dulcescat seruus tuus in bono/quod peride est ac acceptus sit & placeat seru⁹ tu⁹ i bono:& hec non aspernāda sententia/& magis intelligentie nostre tralationis accedit.& vocabulum

quo hic vtitur propheta/idem est ei quod & in oraculo Malachie. & placebit domino sacrificiū Iuda & hierusalē.quid est enim susci pe seruum tuum in bonum:nisi placeat & acceptabilis sit seruus tuus in bono? ¶ Secunda eiusdem versus particula.non calūnientur me superbi:ex hebreo ne calūnientur me superbi.sed hec non magnipendenda diuersitas.

Phe. Oris. ב XVII

p 1 Mirabilia testimonia tua:ideo scrutata ē ea anima mea. Phe.
Mirabilia testimonia tua dñe:ideo scrutata est anima mea. Oris.
Mirabilia testimonia tua:ideo custodiuit ea anima mea ב

p 2 Declaratio sermonū tuorum illuminat:& intellectum dat paruulis. Phe.
Declaratio sermonū tuorum illuminat me:& intellectū dat paruulis. Oris.
Ostium sermonum tuorum lucidū:doce paruulos. ב

p 3 Os meū aperui & attraxi spiritū:quia mandata tua dęsiderabam. Phe.
Os meū aperui & attraxi spiritū:quia mandata tua dęsiderabam. Oris.
Os meū aperui & respirauí: quia mandata tua dęsiderabam. ב

p 4 Aspice in me & miserere mei:secundū iudicium diligentium nomen tuū. Phe.
Aspice in me & miserere mei:secundum iudicium diligentium nomen tuū. Oris.
Respice ad me & miserere mei:iuxta iudicium diligentium nomen tuum. ב

p 5 Gressus meos dirige secūdum ęloquium tuum: & nō dominętur mei oīs iniustitia. Phe.
Gressus meos dirige secūdum ęloquium tuum: vt nō dominętur mei oīs iniustitia. Oris.
Gressus meos firma i sermone tuo: & nō des potestatem in me vniuersę iiquitati. ב

p 6 Redime me a calumnijs hominum:& custodiam mandata tua. Phe.
Redime me a calumnijs hominum:vt custodiam mandata tua. Oris.
Redime me a calumnia hominū:& custodiā præcepta tua. ב

p 7 Faciem tuam illumia super seruū tuū:& doce me iustificationes tuas. Phe.
Facię tuā illumina super seruū tuū:& doce me iustificationes tuas. Oris.
Vultum tuū ostende seruo tuo:& doce me præcepta tua. ב

p 8 Exitus aquarū deduxęrunt oculi mei:quia non custodiętunt lęgē tuam.
Exitus aquarū transiębrunt oculi mei:quia non custodiętunt lęgem tuā.
Riui aquarū fluębāt de oculis meis quia nō custodiętunt lęgem tuam.

¶ SEPTIMEDECIME OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

1 ¶ Mirabilia testimonia tua:ideo scrutata est ea anima mea. Si tu domine cuius nomen est admirabile & qui facis mirabilia solus quorum non est numerus/sūme es admirabilis;et testimonia tua merito erunt admiranda/& omni perueſtigatione digna/que quidem ad te ducunt solum superadmirandum/& ad cognoscenda mirabilia opera tua.nonne admirabile est per ea ipsa accedere ad inaccessibilem/cognoscere incognoscibilem/videre inuisibilem;tu enim es deus absconditus: qui cognitus etiā manes ignotus.nonne opera tua mirabilia:quādoquidem iuxta sapientis assertionem cuncte res difficiles sunt & non potest eas homo explicare sermone/& se semper digna sui admiratione prebent scrutabiles;tanto magis testimonia tua:vt de quibus merito propheta tuus asserat.mirabilia testimonia tua:ideo scrutata est ea anima mea.& reuera mirabilis in oibus deus: testimonia tua sunt omni admiratione dignissima. p

2 ¶ Declaratio sermonū tuorum illuminat:& intellectū dat paruulis. Vt sole sub terris se condente: oculi versant in tenebris.at eodē exortus attingēte:oia q̄primū plena sunt lumine.hūc in modū verbo dei se cōdēte:mētes oēs cæcæ sūt.quo quidē exoriēte;ptin⁹ diuino opplete lumine/vidēdi sēsum recipiūt.& vidēt & cognoscūt admirabilia testimonia tua.& hic diuini verbi tui i mētib⁹ exort⁹/hecq̄ sermonū tuorū illuceſcētia;humilib⁹ se igerit/offēdit autē & repcutit a supbis.qđ & mirifice seruus tu p

us aperit:cum inquit.declaratio ſermonū tuorū illuminat:& intellectū dat paruulis.ſic enī ſol exoriens plana humiliaq; loca ex æquo illuſtrat:ipeditur autē & repercutitur a montoſis & cliuoſis.

p ¶O s meū aperui & attraxi ſpiritū:quia mādata tua deſiderabā. Q deus vnus ſine ſolitudine:& trinus ſine multitudine.tu es cū verbo tuo:tu es cū ſpiritu tuo.& tu/ verbū tuū/& ſpiritus tuus: idem ac vnū ſunt.ideo cū verbū tuū mētes illuminat/& ad humiles & paruos vſq; deſcendit: nō ſolitariū venit/nō venit icomitatū.ſed cū auide mētes ſermones tuos ſitiētes atq; depereūtes ardēti⁹ verbū tuū os aperiunt ad illud ſuſcipiendū:ſpiritū ſanctū tuū per ſe bono verbo tuo aſſeclā adhauriūt.os meū(inquit)aperui/& attraxi ſpiritū:qa mādata tua deſiderabā.et hoc ſpiritu fecūde reddunt ferūētes & dilatate in amplū ad teipſū qui es fontana bonitas ſuſcipiendū.vt in domo illa verbo tuo purgata & illuminata/& ſpiritu tuo charitate cōſtrata:ſit te aduenīēte perfectiſſima & iocundiſſima ſocietas/& impleatur ſacri verbi tui dictū dicētis.ſi quis diligit me ſermonē meū ſeruabit:& pater meus diliget eū.& ad eum veniemus:& māſionē apud eum faciemus.quomodo enī veniret verbū tuū/ lux tua perennis:incomitata:nā neq; radius ſolis ad nos venit/calore ſuo qui fecūdat & dilatat incomitatus.tu autē es ſol ſolis.& verbū tuū lux lucis.& ſpiritus tu⁹/ſupimmēſus calor & ineffabilis. 3

p ¶A ſpice in me & miſerere mei:ſecundū iudiciū diligentiū nomē tuū.Spiritus ꝓcedit/ſpirat/replet purgat/innouat/viuificat/accendit/ſolidat/ſublimia petit:& huiuſmodi q̄plurima. procedit quidē ab alto/ſpirat ad ima/replet vacua/purgat ipura/innouat antiqua/viuificat mortua/accēdit languētia/ infirma ſolidat/humilia euehit ad alta.& ſi ſpiritus qui inter nos flat/hec facit:quid diuin⁹ faciet ſpiritus:ſi flatus oris noſtri/corporeū ſuccēdit ignē corpora cremare valentē:nōne flat⁹ diuini oris ſpiritualē accēdet ignē & beneficū & illi⁹ omotheæ prototypæq; flāmæ capaces ſpirit⁹ inoxie amburē tem:erunt ſane diuino illo ſpiritu acti:afflati ab alto omnes.erūt pleni/purgati/innouati/viuificati/ ſuccēſi/ſolidati & fideles:& ex humilibus ad alta ſuperuecti.nichil igitur mirū:ſi is qui os aperuit & attraxit ſpiritū/& quē hic ſpiritus amoris agit/ſe cōmittit iudicio aliorū cōſimiliter amantiū/& clamat ad eū a quo ꝓcedit ille ſurſū agēs ſpiritus amoris.reſpice in me & miſerere mei:ſecundū iudicium diligentiū nomen tuū.fideles enī illi ſunt et charitate feruētes. nulla illos inuidia in trāſuerſū torquebit.nā charitas purgat inuidiāq; propulſat.ſi me igitur iudicabūt dignū audiri:exaudias precantē.ſin indignū:tu qui ſumme miſericors es/prebeas te miſerantem. 4

p ¶G reſſus meos dirige ſecundū eloquiū tuū:& non dominet mei omnis iniuſtitia. Q ui amat/neq; adhuc aduenit tēpus vt ſpirituali fruatur amato;quid aliud petat diuinū illū amatū/diuinum illud ſuperamabile bonū/niſi vt interim miſereſcat amātis:et vt ille qui ſua imobilitate mundū torquet/ qui ſua ſtabilitate omnia mouet/qui ſine ſolicitudine curā oīm gerit/ſine fatigatione in opere iugiter perſeuerat/ſine impedimēto cōtraria pugnantiaq; & reluctantia ligat/vt ille inquā qui ſolus oia poteſt/quē ſolū amat/et ad quē ſolū ſuſpirat/omnes mentis eius motiones in mandatū ſuum dirigat/et non ſinat vllā ſpiritualē nequitiā interim illi dominari/illi preualēre:ac dicat:greſſus meos dirige ſecundū eloquiū tuū:vt nō dominetur mei omnis iniuſtitia.non des poteſtatē in me vlli ſpirituali nequitie.ſic enim fiet vt aliquando te potiar/te fruar in omni ſecuritate numero tandem aſſcriptus vere amantium et depereuntium te. 5

p ¶R edime me a calūnijs hominū:et cuſtodiā mandata tua. Q uid iuuat columbā/accipitris vitaſſe vngues/defugiſſe morſus:ſi felis dente moleſtatur et inſidijs:quid etiā iuuat ſpiritualē virū a malarum poteſtatum tyrannide liberatū:moleſtijs nichilomin⁹ carnaliū hoim cōtinuo eſſe expoſitū/ſāctum eius detinentiū atq; remorantiū propoſitū:illinc amor mentē ſurſū rapit et iubet eſſe fidelē/ ac mandata eius qui vere diligibilis eſt et ſuperdiligibilis ſedulo exequentē. hinc moleſtia detrahit et pene diuellit:et promptā impedit ſeruitij executionē.hac de cauſa cum id contingit:ad te qui es eius portus ad quē per mare lachrimarū ſuarū nauigat et tendit/et vnicū eius refugiū clamat. nō ſolū non dominet mei omnis iuſtitia:ſed et redime me a calūnijs hominū/et cuſtodiā mādata tua. tūc enī experieris me diligentem/promptū/obſequioſum et ſeruum minime in obſeruantia et executione mandatorum tuorum torpentem. 6

p ¶F aciē tuā illumina ſuper ſeruū tuū:et doce me iuſtificationes tuas. Q uid ſupereſt/vbi quis greſſus ſuos direxit in lege dñi tā liberatus a poteſtate maligni/et maleuolorū hominū carnaliter paſſibiliterq; viuentiū calūnijs/ad finē vſq; in quiete mādata tua o lux vnica ſpirituū illuminatrix/ peragens:niſi vt te illi manifeſtes/et oſtēdas ſuperdeſideratū vultū tuū cuncta diuinitatis tue luce opplentē/et in illa tua ſimplici et reuelata luce doceas illū ſupnas tuas et archetypas iuſtificationes qui eū docuiſti in obſcuritate et multa ſymbolorū varietate.et proinde deſideriū ſuū ad te expādit hunc in modū. O ſapiētie lux immēſa/facie tuā illumina ſuper ſeruū tuū:et doce me iuſtificationes tuas.nam tu es illa vere illuminās lux et vere docens:que(vt quidā ſeruorū tuorū rectiſſime dixit) multitudine audientiū cōſtipata non ſecludit veniētes/non peragit tempore/non migrat locis/non 7

nocte intercipitur nec vmbra intercluditur/non sensibus subiacet/de toto mũdo ad eã cõuersis proxima est/omnibus sempiterna est/nusq̃ est/nam in loco non est/nichilominus nulli abest/foris admonet/intus docet/cernẽtes eã omnes in melius cõmutat/a nullo autẽ cõmutatur quia ipsa omnino imutabilis est.hec est illa superspledida facies tua que illuminat seruos tuos & iustificationes tuas in semetipsa reuelate edocet.

§ ¶ Exitus aquarũ deduxerũt oculi mei:quia nõ custodierũt legẽ tuã. Sed esto cessassent miseratione tua molestationes malignorũ / insultus calumnieq; hominũ:riunquid O misericordie largitor pariter cessauerunt serui tui lachrime/minime.nã qui ipatienter amat:q̃diu abest quẽ amat/tãdiu frequentes lachrime solanť absentiã.sed ille dulces sunt.nã tũc solũ flere iuuat:& delectari molestat.quasi tũc amarũ dulcoraret:& dulce amaricaret.& vnde hoc/quia amore lãguet & ægrotat.sed hec ægrotatio non ad mortẽ:sed ad meliorẽ vitã.& de his lachrimis nõ queritur:sed illas potius pro munere & vt dulce solamẽ amoris postulat.verũ sunt alie lachrime/quas aliorũ in te(qui es plusq̃ omni honore dignus)inhonoratio parit & irreuerentia.& he illi intolerabiles sunt/difficiles & amare.& de his/hanc quidẽ contra te solũ superamabilẽ/supertremendũ & superhonorandũ/proteruam ferre nõ valens inobedientiam:exclamat & cõqueritur dicẽs.exitus aquarũ deduxerũt oculi mei: quia nõ custodierũt legẽ tuã.quia hoies maligni tantã erga te pandũt irreuerentiã/tantã ingratitudinẽ: nullã legi tue prestãtes obedientiã.& ab eodẽ fonte/ab oculo dico te amantis : videmus aquã scaturire dulcẽ pariter & amarã/contra oim aliorũ fontiũ naturã.illã parit amor & ij qui custodiũt legẽ tuã:sed hanc zelus & ij qui contẽnunt legis tue custodiam. p

ADVERTE Quarto versu.secundũ iudiciũ diligentiũ nomẽ tuũ.q̃q̃ hic Hieronymus (nisi exemplar corrupum sit) vertit iudicium:hic nichilominus vocabulum CHIDEBAR habetur in hebræo quod a DABAR descendit verbũ significante. Et vocabulũ hic positũ ogdoade Beth versu primo & octauo & Gimel primo Hieronymus vertit verba tua & interpretes sermones tuos & Daleth primo tam Hieronymus q̃ interpretes verbũ tuũ & fere vbiq; per psalmũ consimiliter.vnde fit vt recte hic interpretes vertissent/secundum sermonem/aut secundum verbum diligentium nomen tuum. Sed q̃ promiscue vnum pro alio vertunt:hoc vocabulorum coincidentie argumento est. illa enim duodecim reipsa in idem coincidere diximus. ¶ Quinto versu. & nõ dominetur mei omnis iniustitia.sunt qui legi volũt vt non dominetur.verum ex hebræo & greco habetur &.nam sic ex hebræo & non des potestatẽ i mevniuerse iniquitati.græce vero και μη κυριευσατω μου πασα ανομια. Et in hoc loquẽdi modo vniuersalitas retinetur orationis: acsi diceremus nulla iniustitia dominetur mei/aut omnis iniustitia non dominetur mei. Quod dictum sit:ne litigiosus aliquis ex importuniore schola et rigidiore q̃ par est dialectica hic desipiat.est enim dialectica nõ propter se sed propter alia.ideo et ipsa et eius regule ad alia trahẽde sunt/non alia ad illas.vt instrumẽta ad op⁹: non opus ad instrumenta. Et quod nonnulli vocant rigorem logice:quidam qui rectius norunt/iuste appellant importunitatem logice vanamq; & αλογιστον (vt sic dicam) id est minime logicam ac rationabilẽ garrulitatem.non quod viciũ sit artis aut discipline que æque necessaria est ad probe & minime fallaciter differendum/vt grammaticę & rhetoricę ad latine & diserte loquendum : sed eorum qui male libero viro dignas artes disciplinasq; tractant.& quousq; ipse redierit ad suum nitorem amota omni male vtentium impostura : non solum rationales / naturales & mathematice/sed etiam sacre littere id patientur quod sol obiectu intermedie lune/aut luna obiectu interme die opacitatis terre. Verum id deliquiũ oculis mentis maximũ affert detrimentum.cõplurimi tamen ægri sunt qui volentis sanare non audiunt consilium.tu igitur deus qui es animarum lux & scientiarum dominus / huic medẽre lãguori:quo purius de te vt æquum/dignum & sanctum est a modo philosophetur/ & inspira qui tuo auxilio id velint & inspirati possint. ¶ Sexto versu. in translatione romana/vt custodiam mandata tua.ex hebræo/et custodiam præcepta tua.sic etiam i translatione nostra habetur & custodiam non autem vt custodiam . & in græco και φυλαξω τας εντολας σου. ¶ Octauo versu. exitus aquarum deduxerunt oculi mei/quia non custodierunt legẽ tuam:Hieronymus ex hebræo/riui aquarum fluebant de oculis meis/quia non custodierunt legem tuam.id non custodierunt non refertur ad oculos vt sic intelligas/quia non custodierunt oculi mei legem tuam.nam in ipso huius ogdoadis initio testatur se custodisse. mirabilia inquit testimonia tua:iccirco custodiuit ea anima mea.sed refertur ad eos a quorum calumnijs petit vir iustus liberari.illum enim videntem eos legem dei præuaricari/cogebat dei zelus ex oculis riuos aquarum deducere/non quia calumniarentur eum sed quia non custodiebant legem dei.& cõsimilis ferme hec sententia tabescere me fecit zelus meus/quia obliti sunt verba tua inimici mei.& de zelo/amplius in sequenti ogdoade prosequitur.

	GALL.	ROM.	HEB.
XVIII	Sade.	Iustitia.	ע
ſ 1	IVstus es dñe: & rectum iudicium tuum.	IVstus es dñe: & rectum iudicium tuum.	IVstus es dñe: & rectum iudicium tuum.
	Sade.	Iustitia.	ע
ſ 2	Mandasti iustitiam testimonia tua: & veritatē tuam nimis. Sade.	Mandasti iustitiam testimonia tua: & veritatē tuam nimis. Iustitia.	Præcepisti iustitiam testimonij tui: & veritatem tuam nimis. ע
ſ 3	Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sūt verba tua inimici mei. Sade	Tabescere me fecit zelus dñs tue: qa obliti sūt verba tua inimici mei. Iustitia	Consūpsit me zelus meus: quia obliti sunt verborū tuorū hostes mei. ע
ſ 4	Ignitū eloquiū tuum vehementer: & seruus tuus dilexit illud. Sade.	Ignitū eloquiū tuū vehementer: & seruus tuus dilexit illud. Iustitia.	Probatus sermo tuus nimis: & seruus tuus dilexit illum. ע
ſ 5	Adolescētulus sum ego & contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus. Sade.	Adolescentior sum ego et contēptus: iustificationes tuas non sum oblitꝰ. Iustitia.	Paruulus ego sum & cōtemptibilis: sed præcepta tua non sum oblitus. ע
ſ 6	Iustitia tua iustitia ī æternum: & lex tua veritas. Sade.	Iustitia tua iustitia ī æternum: & lex tua veritas. Iustitia.	Iustitia tua iustitia sempiterna: et lex tua veritas ע
ſ 7	Tribulatio & angustia īuenerūt me: mādata tua meditatio mea. Sade.	Tribulatio et āgustia īuenīt me: mādata aūt tua meditatio mea ē. Iustitia	Tribulatio & angustia īuenerūt me: mādata tua voluntas mea. ע
ſ 8	Equitas testimonia tua ī æternum: intellectum da michi & viuam.	Equitas testimonia tua in æternum: intellectum da michi & viuam.	Iusta testimonia tua sem per: doce me et viuā.

¶ OCTAVE DECIME OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

ſ ¶Iustus es dñe: & rectū iudiciū tuū. O dñe qui omnibus pro dignitate & vt par est tribuis/mortalibus mortalia & imortalibus immortalia: & qui perfectiora perfectioribus adornas. iustitia tua vniuersī cōtinet ordinē & decorē. hec dedit igni leuitatē/caliditatē/subtilitatē raritatēq; maximā/& luce decorauit. quas iustitie tue dotes dū perdit/ptinus interit: in hoc pariter ostendēs/nichil sine iustitie tue indultis posse saluari/que est vniuersa saluās & vniuersa cōtinens. simili quoq; modo aqua interit: si que ab eadē illi indulta est humiditas/frigiditas/dēsitas ceruleitasq; deperit. & res alia quelibet/que a iustitie tue donis deficit. nā & hoc nimirū æquū est: vt vbi benefice tue virtutis ac saluatricis munera desūt/id quoq; sentiat interitū. perinde atq; si quid graue colūna subfultū: soluta base protinus in preceps ruat deorsū. quis igitur non dicat: iustus es dñe/& rectū iudiciū tuum/ qui hoc profecto ignorat: nescit quidnā sustētat eū. & in cōfinio est nisi illa tua omni vinculo & omni retinaculo fortior iustitia retineat eum: vt in precipitiū corruat sempiternum. 1

ſ ¶Mandasti iustitiā: testimonia tua & veritatem tuā nimis. Ignis aque quantū potest obluctatur: ne iustitie tue deperdat ordinē. Itidem & igni aqua. & vnaquaq; natura: iustitie tue fœdus violanti/pro viribus repugnat. non ergo quādo aqua extinguit ignē/intendit violare aut corrūpere ignem: sed quod suum est & a iustitia tua habitū conseruare/& quoad potest/quantumcūq; potest perpetuare. est enī iustitia tua perpetua. Et tu iustissime conditor rerū qui perfectioribus perfectiora distribuis/& perfectiora solicitius curas/nulla tamen negligis: non tam arcte dedisti igni calere/lucere/sursum emicare q̄ homini te diligere/cognoscere & ad te leuari/ceteraq; præcepta tua implere. vt de hac ipsa iussione tua maxime asserendū sit nobis: mādasti iustitiā/testimonia tua & veritatē tuam nimis. q̄ autem ita arcte mādasti: hoc ideo est/q; tibi maxima cura est humane salutis. est enī iustitie 2

saluare:iniustitie vero perdere. debęret ergo quisq; ne hic iustitie tue circa se solueretur ordo violareturue:totis viribus eniti/obluctari/resistere & supra vires pugnare. & longe quidē validiori superioriq; nisu q̄ ignis pro ea que circa ipsum est seruanda iustitie dispensatione compugnat aque.

3 ¶ Tabescere me fecit zęlus meus:quia obliti sūt verba tua inimici mei. Si lupus insilit in armentū: nonne videre licet vniuersa cornigera/arma sua cōuertere in grassatorē/& ne in vno similiū violentī iustitie tue iura/vniuersa zelare? zęlꝰ igit̄ est qui ad arma cōcitat aduersus eos qui iustitie tue indulta violāt:non tā vlciscēdi desiderio q̄ cōseruāde iustitie tue causa. Hinc populorū eruptiones/cedes/vrbium deletiones depopulationeq; locorū & regnorū in inuicē acerbe cōcussiones. Q̄z si hoies ad executionē desides inuenīetur & pigri:elemēta seuient/& clades/pestes/sterilitates/aquarum cataclysmos & inundationes/& id genus castigamēta inducēt. aut venenata & noxia animalia:frugibus/arboribus/armentis & hominibus molestiā afferēt. zęlus eni inquit dñi exercituum faciet hoc. & ad quid:nisi vt corruptos populos iterū reparet ad iustitiā? seruus igitur tuus quicūq; & vbicūq; fuerit/zęlo iustitie tue velut igne quodā succēsus/non valēs que circa eā transgrediunt̄ in melius reuocare non valens reparare/corruptores ipsos & transgressores hoc ipso infensos & inimicos habens: liquescit/marcet/& totus absumitur & exclamare cōpellitur. tabescere me fecit zęlus meus:quia obliti sunt verba tua inimici mei. atq; ideo inimici:quia iustitie tue & preceptorum tuorum obliti. qui si resipiscant & iustitiam reparent:& illi ijdem amici.

4 ¶ Ignitum eloquiū tuū vehemēter:& seruꝰ tuꝰ dilexit illud. Quomodo seruus tuus zęlo iustitie tue non concitaretur/nō tabescēret/illa tutari & defendere non valēs? quādoquidē ignitū eloquiū tuum vehemēter/& seruus tuus dilexit illud. Quid est aliud eloquiū tuū:nisi iustitia tua? que secundum se seruos tuos amore succēdit/& eos qui eā seruāt eterna pace ligat. eos etiā qui eā seruant in eos qui non seruant sed violāt/zęlo inflāmat. iustitia igitur eadē est que creat amorē/que dat pacē/que creat zęlum/que bellū inducit/que ligat & que dissoluit. sed sua presentia dat pacē & ligat. vbi vero abest dissoluit ac bellū inducit. vt sol presens beneficū calorē causat:absens autē/noxiū frigus parit.

5 ¶ Adolescentulus sū ego & contęptus: iustificationes tuas non sū oblitus. Quis qui tibi spiritu seruit charitate igniatur & zęlo concitetur:nichil mirū si tabescit vbi quod maxime cupit nō exequit. vi eni id nō potest. quia vt plurimū pusille vires eius:& simules viribus adolescētuli. at transgressores multi sunt & robustis viribus:a quibus pro nichilo ducitur/irridetur/contemnitur. q; si id sermone efficere tentat:sermone nō emolliunt̄/atq; ideo æque confusus abibit & cōtemptus. quid igitur tunc faciat? nisi iugiter præceptorū tuorū memor illa pro virili sua ipleat/imitator illius qui simili zęlo feruens dicebat. adolescentulus sum ego & contęptus: iustificationes tuas non sum oblitus. paruulꝰ sum & viribus impar/& ab inimicis tuis cōtęptibilis. cū igit̄ nō quod velim/id saltē quod possū efficiam/exercebor assiduus et pro meis viribus in iustificationibus tuis.

6 ¶ Iustitia tua iustitia in æternū:& lex tua veritas. Insuper zelum suū consolatur:quia iustitia tua iustitia in æternum/& lex tua veritas. Sed qui illi aduersant̄/qui iustitiā tuā violant/qui cōfundūt ordinata/qui vera adulterant in falsa/qui sancta ꝓphanāt paruo tępore id valebūt:& eorū iniquitas/falsitas/ipuritas cito destruet̄. nā malū & iniustū sui met ipsius & eorū quibus adest corruptiuū est:bonū vero & iustū sui ipsius conseruatiuū & eorū quibus adest salus. hinc iustitia ꝓprie rerū salus est: quā serenitas/pax/amicitia/concordia/securitas & perennitas comitantur. iniustitia vero/rerū pernicies: quā turbulētia/bellū/inimicitia/discordia/solicitudo/metus/mors & cita e rebus ipsis truncabilitas evicino sequunt̄. sed & in lege tua hocipso etiā cōsolatur:q; lex tua veritas est. veritatis autē proprium est:cito depulsis falsitatis tenebris illucęre. quare cito(qđ ipse O benignissime rerū annuas & velis)sublatis q̄ in terra sūt huiuscemodi tenebris:fides tua in amplū lucebit vbiq;/in āplū cognita erit & inuulgata. & ijs etiā qui reluctati fuerunt paulopost sic elucebit:vt eā vel inuiti verā esse confiteri cogantur in medijs ipsis indesinentibus tormētis/alijs ediuerso qui veram cōfessi venerati sunt/q; eam veram agnouerint q; seruauerint gaudentibus in perennibus delicijs.

7 ¶ Tribulatio & angustia inuenerunt me:mandata tua meditatio mea est. Qui seculares didicerūt litteras/magnū illis affert philosophia solamen/tum cum secūda fortuna dulci flatu mulcet/tum cū aduersi casus premunt. Verū spiritualibus viris cum tribulationes ingruunt/cū premunt angustie: multo fortius affert solacium recordatio tuorum mandatorum. nec iniuria. nam sunt illis future beatitudinis pignus:quod nullum pollicetur/nullum aliud prestare potest studium. quid enim quis nō libenter ferat/dum cogitat quod in presenti premit/esse momentaneū:quod autem expectatur esse æternum. neq; aliam querebat medicinam/non aliud medicamentum propheta cum inquiebat:tribulatio & angustia inuenerunt me/mandata tua meditatio mea est. hec illi exercitatio satis erat ad omnē tribulationē tolerandā:ad omnē angustiā supprimendā. nā etiam peccantibus tu dñe saluator es in die tribulationis:tātomagis seruis tuis/& ijs q̄ obsequunt̄ quoad possūt mādatis tuis.

GALL. ROM. HEB.

ſ ¶ Equitas teſtimonia tua in eternū:intellectū da michi & viuam. Actio bona eſt:ſed cōtēplatio melior.nā actio contingentiū eſt:contēplatio neceſſariorū/& ſūmopere vnius quod ſolum eſt neceſſarium.actio ſerua:contēplatio libera.actio multis impediri poteſt:contēplatio nequaq̄.nam neq; vincula timet/neq; carceres:neq; vlla re mortali eget.actio ima:contēplatio occupat ſummū.actio in vmbra contēplatio in luce figit oculū.actio corruptibilē nō tranſcendit mundū:cōtēplatio durat in æuum. Quē igitur intellectū petit vt viuat ſeruus tuus cum inquit:æquitas teſtimonia tua in æternū/intellectum da michi & viuā/nunquid actiuū?Sed æquitatē non capit æternā.petit ergo cōtēplatiuum: qui & ſempiternꝰ eſt/& conſimilē preſtat vitā:& validiſſimam in omni mundi preſſura cōſolationē. Intellectus actiuus ſolum humanū aut non multo ſupra/rerum diuinarū ſuſcitat amorem.at contēplatiuus ſi excellit ducit ad extaticū/& diuinū intrat ſilentiū altamq; quietē.ſi autē non excellit:ducit ſaltem ad extatici amoris diuineq; incōprehēſibilitatis quandā olfactionē.quis igitur nō viueret per huius tā diuini tāq; ſublimis diuino munere intellectus adeptionē?viuet profecto quiſq; adeptꝰ fuerit hanc(indultore & miſeratore deo)intellectus dignitatem.

ADVERTE Quarto verſu.ignitū eloquiū tuū veheméter. Hieronymus ex hebræo/pbatus ſermo tuus nimis.eloquiū dei ſic igne ſpiritus ſancti,pbatum eſt vt optimū aurū igne materiali.quare & recte ignitum vehementer & veheméter probatū dicitur.qui tamen dicit ignitum/ſpiritus ſancti ignientis promptiorē relinquit intelligentiā.tametſi idem velit illud ignitū atq; pbatum. ¶ Quito verſu.adoleſcentulus ſū ego & contēptus:ex hebræo/paruulus ſū ego & cōtēptibilis.quod quadrantius eſt intelligētie.quaſi propriā infirmitatē ad iplēda dei pcepta ſpiritualis ſeruꝰ quātū in ſe eſt agnoſcens dicat:paruis & pene nullis vtribꝰ ſū/& q̄ nulliꝰ momēti eſtimande ſunt ad implendū eloquiū tuū& reſiſtēdū aduerſarijs/totū diuie gratie diuinoq; ꝙ illud iplere poſſit ac reſiſtere tribuēs auxilio.

XVIIII

q 1 Clamaui i toto corde exaudi me dñe: iuſtificationes tuas requiram. Coph.

Clamaui i toto corde meo / exaudi me dñe:iuſtificationes tuas req̄rā. Vocatio.

Clamaui in toto corde exaudi me domine:præcepta tua cuſtodiam.

q 2 Clamaui ad te ſaluum me fac:& cuſtodiam mādata tua. Coph.

Clamaui ad te & ſaluū me fac:vt cuſtodiam mādata tua. Vocatio.

Inuocaui te ſaluum me fac:et cuſtodiam teſtimonia tua.

q 3 Preuęni in maturitate et clamaui:qa in verba tua ſuperſpęraui. Coph.

Preuęni in maturitate & clamaui:& in verbo tuo ſperaui. Vocatio.

Surgebā adhuc in tenebris et clamabam:verbū tuū expectans.

q 4 Preuęnęrūt oculi mei ad te diluculo:vt meditarer ęloquia tua. Coph.

Preuęnęrūt oculi mei ad te diluculo:vt meditarer ęloquia tua. Vocatio.

Preueniębant oculi mei vigilias:vt meditarer in ſermonibus tuis.

q 5 Vocem meam audi ſecūdum miſericordiā tuam dñe:ſecundū iudiciū tuū viuifica me. Coph.

Vocē meā exaudi dñe ſecundū miſericordiā tuā: & ſecundū iudiciū tuū viuifica me. Vocatio.

Vocē meā audi iuxta miſericordiā tuā dñe:ſecundum iudiciū tuū viuifica me.

q 4 Appropinquauęrūt pſequentes me iniquitati: a lęge autem tua longe facti ſunt. Coph.

Appropinquauęrūt pſequentes me iniqui:a lęge autem tua longe facti ſūt Vocatio.

Appropinq̄uęrūt pſecutores mei ſceleri:et a lęge tua ꝓcul facti ſunt.

q 7 Prope es tu dñe: & oēs vie tue veritas. Coph.

Prope es tu dñe: et omnia mandata tua veritas. Vocatio.

Prope es tu domine: et omnia mādata tua veritas.

q 8 Initio cognoui de teſtimonijs tuis:quia in æternum fundaſti ea.

Initio cognoui de teſtimonijs tuis:quia in æternum fundaſti ea.

A principio noui de teſtimonijs tuis: ꝙ in æternum fundaueris ea.

NONEDECIME OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

1 ¶ C lamaui in toto corde exaudi me domine:iuſtificationes tuas requiram.

2 ¶ C lamaui ad te ſaluũ me fac:& cuſtodiã mãdata tua. Si ſeruꝰ aliquis dũ mãdatis dñi ſeduloꝰ obſequiſ/in manꝰ malcuolorũ incidẽs vinculis arceꝫ cõijciꝫ in carceres/inhũaniꝰ tractaꝫ & aſperiꝰ / vult & nõ poteſt debitum dño ipendere ſeruitũ:nõne ore clamat ad dñm ſi poteſt/vt ipſi ferat ſuppetias/ea lege/ea intẽtione vt qđ debet explẽre poſſit officiũ?tãto magis ſpũalis ſeruus dũ pmiꝫ dũ ipediꝫ ab executiõe diuinoꝝ mãdatoꝝ clamat ad dñm nõ ore ſed toto corde.neq; enĩ ignorat ſcripturã eſſe:iuenies eũ/ſi tamẽ toto corde q̃ſieris.nã vt diuinꝰ inqt ſermo. Homo videt ea q̃ patẽt:deꝰ autẽ intueꝫ cor.clamat igiꝫ ad te dñm dñorũ cui ſilentiũ vox eſt & cogitatio ſermo. Q đ & ita eſſe faciendũ:docet ille ſeruꝰ tuꝰ qui dixit.clamaui i toto corde meo exaudi me dñe:iuſtificatiões tuas requirã.clamaui ad te ſaluũ me fac: & cuſtodiam madata tua.clamauit ad te qui ꝓpitius es & deprecabilis ſuper ſeruos tuos.neq; iuſtũ ſe putat:niſi exquirat & cuſtodiat mãdata tua.nã mãdata tua iuſtificationes ſunt:quibꝰ iuſtificas ſeruũ tuũ.ſeruãs enim iuſtus eſt:omittens iniuſtus.ſed quo modo obſeruabit/quomodo opere ipſo implebit:niſi eruas eum de manibus ipſum impedientiũ?

3 ¶P reueni immaturitate & clamaui:quia in verba tua ſuperſperaui.

4 ¶P reuenerũt oculi mei ad te diluculo:vt meditarer eloquia tua. Nec ſatis illi erat toto corde ad te clamare vt exaudires/vt ſaluares quo requireret & cuſtodiret mãdata tua:ſed ꝑueni(inquit)immaturitate & clamaui/qa in verba tua ſupſperaui.ꝑuenerũt oculi mei ad te diluculo:vt meditarer eloquia tua.ſpes eũ vigilare fecit ad eũ qui nũq; dormit.ad eũ clamare:qui oĩa anteq̃ cogitata audit.ad eũ ſpũales oculos ꝑuenire diluculo:cui facta i tenebris æq̃ mieãt vt in luce.nã ille eſt/qui dixit de tenebris ſplẽdeſcere lucẽ.& cui nox vt dies illuminaꝫ.ad eũ quidẽ ꝑuenerũt:vt meditarenꝫ eloqa eiꝰ cui oñe cor patet & ois volũtas loquiꝫ.cui ſilẽtiũ clamat/& quẽ taciturnitas precaꝫ.nõ ergo qui ꝑuenit/qui clamat & ſi is ad quẽ clamat tãtiſper audire diſſimulat:derelinquiꝫ ſed exerceꝫ. non proijcitur ſed perficitur.verum vt mulier cum parit triſtitiam habet:ita cum virtus hoc pacto exercetur moleſtiam affert.ſed fructus qui inde naſcitur:decore perfectiſſimus/ odore fragantiſſimus/ſapore gratiſſimus/voluptate indeficiens & iucundiſſimus tandem decerpitur.

5 ¶V ocẽ meã audi ſcđm miam tuã dñe:& ſcđm iudiciũ tuum viuifica me.Cũ tu oĩa videas/audias oĩa/ſcias oĩa/ſintq; oĩa tibi cure qui attingis a fine ad finẽ fortiter & diſponis oĩa ſuauiter:ſi ꝓtelas exauditionẽ/hoc ideo eſt quia aut petiꝫ qđ nõ iuuat/aut ſi iuuat nõ tamẽ tũc exaudiri iuuat.nã ſicut igne ꝓbaꝫ argentũ & aurũ:ita corda ꝓbas dñe.atqui nõ expedit vt aurũ quod ꝓbaꝫ/ilico ſubſtrahaꝫ ab igni:neq; etiã vt ilico quis cũ id cupit/a pſecutiõe libereꝫ.nã & qui valitudinariꝰ eſt:petit a medico q̃ ocyſſime liberari.verũ frequẽter quia in re eius nõ eſt:curationẽ prudẽs medicus in aliud tẽpus differt/vidẽs pfectiorẽ cõſumatiorẽq; ſe hoc pacto largiturũ ſanitatẽ.ſed quis te prudẽtior/ qs te curãdi peritior O optime & ſapiẽtiſſime rerũ/ſi tamẽ rebꝰ venis annumerãdus/at potius rebꝰ oibꝰ ſupior/ab oibꝰ es ſecretꝰ/ſupſapiẽs & ſupbonꝰ. Q uare ſpũalis ſeruꝰ tuus/etſi exaudiri/ſaluari/viuificariq; petat:nõ tamẽ id petit vt vult & iudicat/ſed ſcđm miam tuã/& ſcđm q̃ tu ipe iudicas illi fore bonũ/ad te clamãs.vocẽ meã audi ſcđm miam tuã dñe:& ſcđm iudiciũ tuũ viuifica me.nã ſi par eſt vt qui ægrotat ſe oĩno cõmittat medici iudicio:lõge decẽtiꝰ eſt vt ois q̃ aduerſita te ꝑmiꝫ ſe tibi penitꝰ credat deo ſuo/ſe prorſus relinquat tuo ſupbono iudicio/volũtati & arbitrio.

6 ¶A ppropinquauerunt perſequentes me iniquitati:a lege autem tua longe facti ſunt.

7 ¶P rope es tu dñe:& oẽs vie tue veritas. Si quis incidẽs in latrones a quibus vulneraꝫ/ſpoliatur/ſtipiti alligatur/vidẽs illos lucẽ fugere & ꝓcul a via obſcuriora queritare latibula:coniectat aliquẽ venientẽ/& ꝓpinquũ ſuſpicaꝫ auxiliũ ſibi affore.ſimili iudicio:ſenſit in ſpiritu/tuũ aduentũ O liberator oppreſſorũ/ſenſit vicinũ auxiliũ ille ſeruꝰ tuꝰ qui ait.appropinquauerũt perſequẽtes me iniquitati:a lege autẽ tua lõge facti ſunt.ꝓpe es tu dñe:& oẽs vie tue veritas. nã quãto magis a lege tua diſcedũt:tanto magis a luce diffugiũt/& a via ꝓcul abſiſtũt.ſeruus autẽ tuus in via relictꝰ vulneratus/ſpoliatꝰ/vinctꝰ:tuã opem implorat.at vero tu dñe cuius vie ſunt veritas:tu illi ꝓpe aſtas. nã tu es ille de quo per ſpiritũ ſanctũ dicitꝫ:ꝓpe eſt dñs oibus inuocãtibus eũ/oibus inuocãtibus eũ in veritate.prope es dñe qui(vt vnus ſanctorũ tuorũ probe ait)nõ corporalibꝰ locis cõtineris. qui cũ ſis imẽſus:nõ finibꝰ aut ſpacijs coartaris.ades vbiq;/& totus vbiq; es.nõ ꝑ parte vſq̃ es:ſed in oibꝰ ois es.& cũ te iuocamꝰ:nõ a nobis lõge manentẽ q̃rimꝰ.nã in te viuimꝰ/mouemur & ſumꝰ. qui aiam incorporalẽ poſuiſti quodãmodo tui ſimulachrũ/viuã quandã tu effigiẽ & ſimilitudinẽ q̃ oibꝰ in mẽbris diffuſa:a ſingulis quibuſq; partibꝰ nõ abeſt.etiã ſi priuata ei regio in toto corpore ſedes eſt:tamẽ in medullis/digitis/artubꝰ ifundiꝫ.qđ putre carnis fuerit:ſine aĩe detrimẽto recidiꝫ q̃ſi ꝓcul illi abeſſet.ſanis ꝓpe adeſt:& itegris pmiſceꝫ mẽbris. ita tu dñe idẽ artifex & archetypa rerũ veritas icorpalis & imẽſe/q oẽm ꝓportionẽ refugis/& oẽm excedis ſimilitudinẽ:huic dimẽ-

so & corpali mũdo miſcęris/a vicioſis tamẽ & per opa putridis/reſecãdis & mortuis ꝑcul abſiſtis.
f ¶ Initio cognoui de teſtimonijs tuis:quia in eternũ fundaſti ea. Odiũ cito res diſperdit/ diſſociat & diſſipat:amor cõtra/ſaluat/cõtinet atq; ligat. & hinc res ab amore ꝓfluxiſſe cõſtat:& odium ne-quaq̃ rerum eſſe principiũ. Et homo ſi quid amat:nunq̃ illud interire/nũq̃ deficere velit. eſt igitur amor:eterni deſideriũ/& cũ ſemp eſſe ſũmopere cõſpirans. odiũ autẽ cũ non eſſe/& cũ nunq̃ eſſe. quod ſi id hũanꝰ patiẽ amor/primi diuiniq; amoris (ſed remotiſſime quidẽ) emulus:quid ille verꝰ/ diuinuſq; patiẽ amor:ille ꝓfecto eſt qui vere oĩa ſaluat/qui oĩa cõtinet/& ad eternitatis cõſortia ducit. quare ſi qd in illo amore fundatũ:illud ꝓculdubio eternũ eſt. Sed o dñe qui oĩa amore ꝑuio fecũdas & oĩa in amore creas amaſq; oĩa:licet ſtatim a pricipio cognoſcere/te mãdata tua in amore fundaſſe/& maxime in tuo amore. nã tu dñe qui es veritas eterna: p temetipſum reſerare dignatꝰ es/hoc maximũ & primũ eſſe mandatũ. diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo/& in tota aĩa tua/ & in tota mẽte tua. & ſecũm ſimile huic:diliges ꝓximũ tuũ ſicut teipm. & i his duobꝰ mãdatis vniuerſam legẽ pẽdęre & ꝓphetas. ergo a quibus cetera pẽdẽt:in amore fundata ſunt/& maxime in tuo. nam amor proximi:tui quedã eſt ſimilitudo & veſtigiũ/& qui refertur in tuum. alioqui non vt par eſt & decet diligiẽ proximꝰ. quo modo igitur qui ſtatim a principio/ lumine tuo ſuperilluſtratus vidit mandata tua hoc pacto in amore fundata:non iure enunciat/initio cognoui de teſtimonijs tuis:quia in eternũ fundaſti ea. & vſq; adeo in amore fundata : vt etiã mãdati dilectio redũdet in inimicos. diligite(dixiſti)inimicos veſtros:& benefacite iſs qui oderunt vos.

ADVERTE. Tertio verſu. preueni in maturitate. legendum eſt vno vocabulo immaturitate aut duobus in immaturitate. ex hebræo vbi habetur ſurgebam adhuc in tenebris. & ex greco προεφθασα εν ωρια / preueni in immaturitate/ quaſi intempeſtiue & ante lucem/ſiue (vt beato Ambroſio placet)preueni ante horam. quod & facer Hieronymus interpretatus eſt: adhuc in tenebris. ſi aũt mature id feciſſet:quomodo ꝑueniſſet/mature eni quicq̃ facere:quid aliud eſt q̃ tẽpeſtiue/neq; citius neq; ſerius id facere/& ideo hic/codices aliter q̃ vt paſſim legi ſolet ſunt emẽdãdi.

XX

	Res.	Capitis.	
r 1	VIde humilitatẽ meã & ęripe me:quia lęgem tuam non ſum obli tus. Res.	VIde humilitatẽ meã & ęripe me:quia lęgem tuam non ſum obli tus. Capitis.	VIde afflictionẽ meã & ęripe me:quia lęgis tue non ſum oblitus.
r 2	Iudica iudiciũ meũ & redime me : ꝓpter ęloquiũ tuum viuifica me. Res.	Iudica iudiciũ meũ & redime me : ꝓpter ęloquiũ tuũ viuifica me. Capitis.	Iudica cauſam meam & redime me : in ſermone tuo viuifica me.
r 3	Longe a pctõribꝰ ſalus: quia iuſtificationes tuas non exquiſięrunt. Res.	Longe a pctõribꝰ ſalus: quia iuſtificationes tuas non exquiſięrũt. Capitis	Longe ab impijs ſalus: quia p̃cepta tua nõ quęſiẽrunt.
r 4	Miſericordie tue multe domine: ſecundũ iudiciũ tuum viuifica me. Res.	Miſerationes tue multe nimis dñe : ſecũm iudiciũ tuũ viuifica me. Capitis.	Miſericordie tue multe domie : iuxta iudicia tua viuifica me.
r 5	Multi qui perſequuntur me & tribulant me:a teſtimonijs tuis non dęclinaui. Res.	Multi perſequentes me & tribulantes me:a teſtimonijs tuis non dęclinaui. Capitis.	Multi qui perſequuntur me & affligunt me : a teſtimonijs tuis non dęclinaui.
r 6	Vidi ꝓuaricãtes & tabeſcębam:quia ęloquia tua non cuſtodiẽrunt. Res.	Vidi nõ ſeruãtes pactũ et tabeſcębã : qa ęloqa tua nõ cuſtodiẽrũt. Capitis.	Vidi ꝓuaricatores tuos & merębam: quia verbũ tuum nõ cuſtodiẽrũt.
r 7	Vide qm̃ mãdata tua dilexi dñe : in miſericordia tua viuifica me. Res.	Vide quia mandata tua dilexi domie : in tua mia viuifica me. Capitis.	Vide qm̃ prębepta tua dilexi dñe: iuxta miſericordiam tuã viuifica me.

8 Principiū verborū tuorū veritas: & in ęternū omnia iudicia iustitie tue. Principiū verborū tuorū veritas: in ęternū omnia iudicia iustitie tue. Caput verborū tuorū veritas: & in sempiternum oīe iudiciū iustitie tue.

VICESIME OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

1 ¶Vide humilitatē meā & eripe me: quia legē tuā non sum oblitus. Deus qui afflictis medęris & depressos erigis: qui cū sis secundū te incōprehēsibilis, te per omnia pinxisti vt in oibus cōprehēdaris incōprehēsus. cōpatiēdi affectū mortaliū pectoribus indidisti: vt eos summopere simpliciū humiliūq; cū indigna perpetiuntur, misereſcat. & hoc ideo quia tu summe miserator & misericors es: tue misericordie & miserationis illis indulsisti vestigium. cum igitur eum qui in spiritu tibi seruit te talē esse minime lateat (nam spūs omnia scrutanť etiā profunda dei) magna ad te fiducia clamat: vide humilitatē meā & eripe me, quia legē tuam nō sum oblitus. q; si ille nō est legis tue: tāto min⁹ tu ꝓprietatis tue es oblitus, que est humiliū indignaq; perpessorū misereſcere. quādoquidem hoc tibi naturale: illi autem in lege tua persistere non naturale, sed solius gratie tue munus. ℟

2 ¶Iudica iudiciū meū & redime me: ꝓpter eloquiū tuū viuifica me. Quē aliū is qui nō est sibi cōscius: inter se & premētes inimicos expeteret cause sue iudicē q̄ te dñe æquissime iudex? quē null⁹ fauor corrūpere potest: quia tu es ipsa seuęritas. nulla testium falsitas decipere: quia tu es veritas. nulla vis munerū inflectere: quia tu es ois sufficiētia. nichil latęre: quia tu es sapiētia. nulla aduersariorū supare potestas: quia tu es oipotētia. nō potes nō rectū iudiciū dare: quia tu es ipa æquitas. sentētie tue null⁹ potest refragari: qa verbū tuū efficax: qppe qđ est oim victrix veritas. verū de homib⁹ pfrequēter lōge sec⁹ euenire solet: quos fauor corrūpit, falsitas decipit, mun⁹ inflectit, quorū sensibus ignorātia irrepit, aut quos vis superat. qui & cum sint iniqui plerūq; nō rectū ferunt iudiciū. & quā sepenumero ꝓferūt: irrita sentētia cadit & inefficax. Quo fit vt admodū sit rationi cōsonū eū qui te cognoscit solū natura essentiaq; iustū & equū, nō ab hoīe sed abs te postulare iudica iudiciū meū & redime me, ꝓpter eloquiū tuū viuifica me. nā quē iustificas viuificas. est eni iustificatio tua: spūalis viuificatio. quā nullus iuxta datā ordinationē tuā adipisci potest: nisi ꝓpter eloquiū tuū, & fidelē custodiā mādatorū tuorū, tua tamē mia in q̄plurimis tuum superexaltat iudicium. ℟

3 ¶Longe a pctōrib⁹ salus: quia iustificatiōes tuas nō exquisierūt. Si iustificatio est ꝓpter eloquiū tuū, & iustificatio viuificatio, & viuificatio salus: erit ꝓculdubio lōge a pctōrib⁹ salus quia iustificationes tuas nō exquisierūt. & ad quid aliud afficiť lux q̄ lucęre, calor q̄ calęre, salus q̄ saluare, si igitur nō saluat: nequaq̄ insimulāda neq; accusanda salus est, sed ij potius qui oculos mētis aperire noluerunt vt exciperent salutē. qui eni corporis oculos aperit: lucē querit. ita & qui mentis querit salutē: vt mentis oculos saluti adaperiat necesse est. nā memoria nobis indulta est ad eā retinēdā. intelligentia ad eam scrutandā & ruminandam. voluntas ad candē amandā & amplexandam. ℟

4 ¶Miserēdie tue multe dñe: scđm iudiciū tuū viuifica me. O dñe qui misęris oim: quia oia potes. quotquot sunt in corpore morbi, quot indispositiōes: tot sunt & medęle modi. Haud sec⁹ quot modis aīab⁹ succurris: tot etiā & misereris. & vni⁹ misereris, cū ei psecutiōes mittis. alteri⁹ cū eum eximis. hūc pauptate, illū diuitijs, hūc labore, illū quiete, hūc sanitate, illū infirmitate ad te allicis. & oib⁹ vt bonū nosti: misericorditer ꝓuides. quapropter quicūq; seru⁹ tu⁹ est & in meditatiōe mādatorū tuorū exercitatos habēs sensus: nō debet scđm voluntatē suā & iudiciū suū petere ꝓsperitatē, aduersitatē, paupertatē, diuitias, laborē, quietē, sanitatē aut infirmitatē, & id gen⁹ similia, sed dicere. mie tue multe dñe: scđm iudiciū tuū viuifica me. nā vt nūerus miarū tuarū superat & effugit captū nostrū: æque & iudiciū tuū. & quo a te viuificandi sum⁹: prorsus nos ipsi ignoramus modū. ℟

5 ¶Multi qui psequunť me & tribulāt me: a testimonijs tuis nō declinaui. Tu dñe bon⁹ es: & p bonitatē quis te imitať. tu fortis es: te imitať p fortitudinē. etern⁹ es: p quid iā te imitabiť, nisi p psecutiōnē? eniuero eternitatis tue quādā imaginē psecutiōnē ꝓfert. sed bonitas p quā te maxime imitamur: ea est quā in obseruātia mādatorū tuorū adipiscimur. & fortitudo, p quā tuā fortitudinē emulamur: ea, qua in eadē obseruātia nō supamur. & in eisdē psecutiōnē, vt q̄ maxime bona vera & iusta est: tue sempiternitatis emula. sed qui multis psecutorib⁹ & vndiq; pulsantib⁹ tribulatiōibus a mādatis tuis nō discessit, nō est vlla ex parte diuulsus, nō inflex⁹: nōne ille bon⁹ & fortis & psecutiōnē fuit? verus igiť fidelis & ꝓbat⁹ ille seru⁹: qui & hūc in modū dicere poterit. multi qui psequunť me & tribulāt me: a testimonijs tuis nō declinaui. nā eius bonitatē, fortitudinē & cōstantiā nō aliter licuit ꝓbari: q̄ si qui persequerenť, aduersarentur & tribularent, fortes fuissent atq; multi. ℟

6 ¶Vidi ꝓuaricātes & tabescebā: quia eloquia tua nō custodierūt. Persecutiōes & afflictiōes O dñe cui oēs spūs seruiūt, spūali seruo graues sunt: sed multo illi grauior zel⁹ mādatorū tuorū, cū viderit trāsgressionē eorū, nā offensiōes in te: maxime sunt, in ipso autē offensiōes: parue & exigue. Et vt ℟

paruum pondus facile toleratur/magnū obruit:hunc in modū ſerui tui afflictiones proprias facile tolerant/& in illis fortes exiſtunt. ſed offenſionū in te/imenſitate premunt & nimio pōdere obruuntur. & proinde quē huiuſmodi in te preuaricationes ledunt: plerūq; pōdere preſſus cogit in hanc vocē erūpere/vidi preuaricātes & tabeſcebā:quia eloquia tua non cuſtodierūt. & zelū leuat iuſtitia tua que malū non ſinit impunitū:aut miſericodia que iuſtificat impium. verūtamen ille qui tabeſcit quia eloquia tua nō cuſtodierunt:non tam punitionem iuſtitie q̄ miſericordie tue iuſtificationem eorum poſtulat ad iugem cuſtodiam mandatorum tuorum. hoc enim charitati tuoq; amori vicini⁹:qui hunc concomitantem habet zelum.

r ¶ Vide quoniā mandata tua dilexi dñe:in miſericordia tua viuifica me. Vt opacū luci obiectum/ lucem habet vmbra comitatā: ſic & amor fere ſemper comitantē habet zelum dum luteā hanc/ terrenā/mortalēq; & opacā incolimus domū. nam amor cōtuitus eſt ad ſumma: zelus cōtuitus ad ima. amor lucidus:zelus vmbroſus. amor perſeuerās:zelus finiēs. amor celeſtis: zelus quodā modo terrenus. hinc in cōſumatione rerū:in regione lucis amor erit ſine zelo. parum igitur eſſet habuiſſe mandatorum zelum:niſi eorūdem monſtraretur amor. nō ab re ergo quem zelus tabeſcere fecerat:continuo de amore ſubiunxit. vide quoniā mandata tua dilexi dñe: in miſericordia tua viuifica me. nam amor/& mandatis conuenientior/& ad viuificationem potior. 7

r ¶ Principium verborū tuorū veritas:in eternū oīa iudicia iuſtitie tue. Legiſperito hoc pacto interrogāti/quid faciēdo vitam eternā poſſidebo/& ſubiungēti precepta de dilectione:tu veriſſime dñe dixiſti/hoc fac & viues. ſeruus autē tuus dilectionē ſuam ꝓpoſuit (vide inquit quoniā mādata tua dilexi)& petijt viuere/ſed in miſericordia tua. nam opus nō viuificat/etſi nō viuificaretur ſine opere. in miſericordia tua inquit viuifica me. quis igitur dubitat te illū viuificaſſe? ſed & cunctos viuificabis:qui ſimili viuent in dilectione. nam verbū tuū veritas eſt. dixiſti fac & viues. & principiū verborū tuorū veritas:& in eternū omnia iudicia iuſtitie tue. principiū autē verborum tuorū illud eſt quod eſt de tua & mandatorū tuorū dilectione:ex quo cetera deriuātur vt multi riui ex eodem fonte. qui ideo perēnes ſunt:quia fons iugiter idem manet abſq; vlla ſui mutabilitate. charitas autem eterna/imutabilis & iugiter eadē manens. eterna igitur inde ſcaturiētia vniuerſa iudicia iuſtitie tue. quis igitur te diligens/tua precepta ſeruans/quātuncūq; preſſus/quantūcunq; tribulatus: certus pariter non fuerit/de ſua viuificatione? S

ADVERTE. Secūdo verſu. iudica iudiciū meū. id iudiciū nō eſt hic SAPHAT vnū de duodecim vocabulis que in lingua ſua obſeruat ꝓpheta/& que ad eius exēplum dixim⁹ in interpretū lingua fuiſſe obſeruāda:ſed hic habetur in hebr̄eo RIBI. quapropter æquius feciſſe videtur Hieronym⁹: qui loco huius iudica iudiciū meū interpretat⁹ eſt iudica cauſam meā/ne equiuoco nos luderet.

¶ Quarto verſu. ſcđm iudiciū tuum viuifica me/Hieronym⁹ ex hebræo/iuxta iudicia tua viuifica me. hic ꝓpriū vocabulū qđ vnū eſt ex 12 obſeruatis habet/ſed pluratiue vt & Hieronym⁹ habet.

XXI

	Sin.	Dentium.	Ψ
s 1	PRincipes ꝑſecuti ſūt me gratis:& a verbis tuis formidauit cor meū	PRincipes ꝑſecuti ſūt me gratis:et a verbis tuis formidauit cor meū	PRincipes ꝑſecuti ſūt me ſine cauſa: verba autē tua timuit cor meū.
	Sin.	Dentium.	Ψ
s 2	Lętabor ego ſuper ęlo/ quia tua: ſicut qui iuenit ſpolia multa. Sin.	Lętabor ego ſuper ęlo/ quia tua:ſicut qui iuenit ſpolia multa. Dentiū.	Gaudens ego ſum in ęlo quio tuo: ſicut qui iuenit ſpolia multa. Ψ
s 3	Iniquitatem odio habui & abominatus ſum:lęgē autem tuam dilexi. Sin.	Iniquitatem odio habui & abominatus ſum:lęgē autē tuā dilexi. Dentiū.	Mēdacium odio habui & dęteſtatus ſum: lęgem autem tuam dilexi. Ψ
s 4	Septies in die laudem dixi tibi:ſuper iudicia iuſtitie tue. Sin.	Septies in die laudē dixi tibi: ſuper iudicia iuſtitie tue. Dentium	Septies in die laudaui te: ſuper iudicijs iuſtitie tue. Ψ
s 5	Pax multa diligentibus lęgem tuam: & non eſt illis ſcandalum. Sin.	Pax multa diligentibus lęgem tuā:& non eſt illis ſcandalum. Dentium	Pax multa diligentibus lęgem tuam: & nō eſt in illis ſcandalum. Ψ

s 6 Expectabã ſalutare tuũ domine:& mandata tua dilexi. Sin.

s 7 Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua:& dilexit ea vehementer. Sin.

s 8 Seruaui mandata tua & teſtimonia tua : quia oẽs vie mee in cõſpectu tuo.

Expectabã ſalutare tuũ domine:& mandata tua dilexi. Dentiũ.

Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua : & dilexi ea vehementer. Dentiũ

Seruaui mandata tua & teſtimõia tua : qa oẽs vie mee in cõſpectu tuo dñe.

Expectaui ſalutare tuũ domine:& mandata tua fęci. ש

Cuſtodiui p̃cepta tua & teſtimonia tua:quia oĩs vie mee in cõſpectu tuo.

VICESIMEPRIME OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

1 ¶ Principes perſecuti ſunt me gratis:& a verbis tuis formidauit cor meũ. Oz res oĩs ſuã amat similitudinẽ:in hoc cognoſcimus q; tu dñe qui iuſtus es/ fortis & patiens/in alijs iuſtitiã diligis/ fortitudinẽ/& patientiã. ſed vbi fortitudo cognoſceẽ:niſi bellũ ingruerit aut certamẽ? te igitur ſpectatore:fortiũ tuorũ peragitur bellũ/& eorũ tibi placet cõcertatio.verũ ſpiritualibus tuis qui tui fortes ſunt(ſecundũ diuiniloquũ apoſtolũ tuum)nõ eſt colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinem / ſed aduerſus principes & poteſtates/aduerſus mundi rectores tenebrarũ harũ.& in hoc admirando certamine: pugilẽ tuum caſtitas lũbos precingit/iuſtitia animum armat/fides ſcutũ miniſtrat/galea ſalus eſt/gladius dei verbũ/amor feruidũ facit/timor cautũ. quapropter hunc conflictandi modum propheta tuus ſatis edoctus:dicebat. principes perſecuti ſunt me gratis:& a verbis tuis formidauit cor meũ.nã vt amor prohibet eſſe timidũ:ita timor vetat eſſe temerarium.his igitur tuis armis inſtructus miles tuus vincit aduerſarium.tu vero qui in miſericordia coronas/ĩmo & qui in certatore certas:das cõmilitoni tuo immortale premium. s

2 ¶ Letabor ego ſuper eloquia tua:ſicut qui inuenit ſpolia multa. Certãtibus/letitia victorie ſignũ eſt.& direpta ſpolia iam habite certitudo.& ad quid principes & rectores tenebrarũ harũ oppugnant ſeruos tuos/ad quid ingerũt eis libellũ:niſi vt celeſtia ſemina que ſunt eloquia tua/de mẽtibus eorũ diripiant/& indutos celeſtibus armis expoliẽt? pro caſtis inceſtos/pro mũdis reliquẽtes ĩmũdos/pro iuſtis iniuſtos/pro fidelib⁹ infidos/perditos/elingues/frigidos/temerarios?cõtra/ſerui tui pro mãdatis tuis incoluminter retinẽdis fortiter obſiſtũt.quibus quidẽ retẽtis:arma ſua inuolata ſeruabũt. ergo qui poſt huiuſmodi bellũ dicebat/letabor ego ſuper eloquia tua ſicut qui inuenit ſpolia multa:de ijs qui vltro graſſabãtur in eũ victor euaſerat.& oĩbus ſpolijs gratiora/integra incoluminaq; retinuerat mandata tua/a vi hoſtiũ viriliter tutatus/& armatura tua ſemp preſignis & cõſpicuus.Sed fuit ne hoſtib⁹ aliquid diripiendũ?fuit ne ex rebus eorũ ſpoliũ vllũ ſumẽdũ? Ne quaq̃. nam vt olim ſpiritu nõ corporeis virib⁹ pugnãte Ioſue oĩa que in Hiericõte erant/crãt anathęmata:hunc in modum & ſpiritualiũ hoſtium omnia prophana ſunt & anathemata. Quã ob rẽ huiuſmodi bellatoribus:nulla alia querenda/q̃ tua retinęre mandata/omnibus quidem exuuijs immenſum preſtantiora/digniora atq; eligibiliora. s

3 ¶ Iniquitatẽ odio habui & abominatus ſum : legẽ autẽ tuã dilexi. Corporalia:ſpũaliũ manifeſte ſunt vmbra ijs qui per ea que vidẽtur inuiſibilia cõcipere norũt.atqui in corporalibus videmus lucida/ſuauia/temperata:maxime iuuãtia viuificaq; eſſe. cõtra vero/opaca/horrida/inequalia:noxia mortiferaq;.illis igitur proportionalia ſpiritui erunt ſalutifera : his autem noxia atq; peſtifera.ſed quid ſpiritui veritate lucidius/virtute ſuauius / & iuſtitia tẽperatius: verũ lex tua O lucis habitator ĩmẽſe veriſſima eſt/ſtudioſiſſima eſt/iuſtiſſima eſt.ergo lucida/ſuauis/tẽperata:& ,pinde:ſpiritui ſecundũ naturã/benefica/familiaris/& amica. iniquitas autẽ falſa eſt / ſceleſta/iniuſta/obſcura tetra/inequalis:ſpiritui cõtra preterq; naturã/noxia/aliena/inimica. reliquũ igitur eſt vt quiſquis militie addictus ſpũali:tota mentis ſinceritate dicere poſſe ſtudeat. iniquitatẽ odio habui & abominat⁹ ſum:legẽ autẽ tuam dilexi.nã rationi cõſentaneũ eſt:vt qui vnũ contrariũ amat/alterum odio habeat.& quanto quidẽ vehemẽtius vnũ amet:tanto alterũ deteſtetur abominetur/fugiat odioq; habeat:& rurſus q̃to hocvehementius odiat:tanto illud validius proſequatur & amet. s

4 ¶ Septies in die laudẽ dixi tibi:ſuper iudicia iuſtitie tue. Ioſue qui ſpiritu pugnauit:ſeptẽ diebus/ ſeptẽ ſacerdotibus/ſeptẽ tubis/ſeptẽ clangorib⁹ ad expugnationẽ hoſtiũ eſt vſus.ergo ijs qui ſpiritualia peragũt bella:ſeptenarius ſacer eſt & myſticus/ſpiritũ illum ſeptiformẽ virtute cui⁹ victoria datur aperte declarãs.nã & quis imundũ ſpiritũ vinceret / qui cũ exierit ab hoie aſſumit ſeptẽ alios ſpũs ſecum nequiores ſe/vt reuertẽs illũ rurſus inhabitet:quis inquã vinceret eũ niſi ille pu- s

rissimus beneficio septuplex spūs/aut virtute p̄sidioq; eius fultus/ bellator igitur spūalisq; victor non ingratus/non imemor/spiritu illo superbono(parto de hoste triumpho)se adiutum cōfitens: septies dictum gratias deo mystice sacreq; peragit. huc tendit illud/quod sacer luctator ille ait.septies in die laudē dixi tibi:super iudicia iustitie tue/septenaria laude septipotentē/ & septenorum largitorē charismatū spiritū laudans/atq; illi actiones gratiarū septenario signatū libamē offerēs.

s ¶P ax multa diligētibus legē tuam:& nō est illis scandalū. Post spiritualis victorie letitiam par- 5
taq; trophea/iiquitatis abominationē/legis dilectionem spiritiformēq; laudem:magna anime inascitur tranquillitas.assimulaturq; tunc anima aeri perlucido atq; conspicuo:vi solarium radiorū nubibus expulsis/& flatuum variis agitatiōibus sopitis.sic ipsa diuino feruore calens/& tota cōspicua diuinitatis radios liberrime hauriť/ phantasmatum omniūq; terrenarum/materialiūq; rerum nebulas discutientes/& aduersantium spirituum impetus valide reprimentes/elidentes/dissipantes.aggignitq; in mente/mira quedam & inaudita suauitas/& pax quedam diuina quā mundus dare non potest/quoddam prorsus imortalis & abstracte vite prelibamentū quātum mortali adhuc circūdata idumēto capere potest. quapropter qui hāc pacē gustauit:hac pace dignat⁹/hac perfusus dicebat. pax multa diligentibus legem tuam:& non est illis scādalum. non est illis offendiculū. quid enim illos offenderet vbi summa (quantum mortali fas est)quies est / & omne amolitum quod turbationem inducere posset impedimentum.

s ¶E xpectabam salutare tuum domine: & mandata tua dilexi. Verum q̄is hec pax multa sit & 6
nullum pariat scandalum(non enim vires emollit/non luxu defluere facit/non vt pax terrena que non est pax cumulandis opibus inuigilare / non caducis honoribus inhiare/non aliene fœlicitati inuidere : sed semper(vt sic dicam)impatientius & elanguentius ad celestia suspirare) non est tamen hec vltima que desideratur pax.nam neq; illa ab homine mortali & dum adhuc mortalitati subiacet possideri potest.hec pax transiens:illa permanens.hec alteram suspiciens : illa omnē sensum exuperans nullā aliam supra se cōtinens.hec ad finē:illa finis.hec vmbratilis:illa in aperta claraq; salutaris dei visione consistens. ergo qui postea q̄ dixerat pax multa diligentibus legē tuam & non est illis scandalum/continuo subiunxit expectabā salutare tuum dñe & legem tuam dilexi:aliam profecto ab ea quā senserat/ex obseruantia scilicet & dilectione legis tue/pacē expectabat/quam solum coeternum & consubstantiale reuelatū verbum tuum prestare poterat. neq; enim aliter fieri potest vt quisq̄ supereminentē & diuinam prorsus pacē illam(que est totius boni tranquillissima cum securitate/& securissima cum tranquillitate possessio)obtineat:nisi in reuelato illo verbo & salutari tuo. quod iuxta oracula prophetarum reuelandum erat. quod & temporib⁹ suis mundo etiam reuelatum mansit occultum. in celo autem semper insigne/apertum & obuiū/ atq; pax indeficiens sanctorum omnium/supernarūq; mentium.

s ¶C ustodiuit anima mea testimonia tua:& dilexit ea vehementer. 7

s ¶S eruaui mādata tua & testimonia tua:quia oēs vie mee in conspectu tuo. Seruus qui dño recē s
set se mandata eius custodisse/seruasse/mirum in modum dilexisse / testem cum facere quia eo vidente omnia fecerit : videtur quietem dñi sui requirere modesteq; precari a laboribus absolui / & transferri ad requiē dñi sui. & quid aliud vouere & optare videť qui ad illā diuinā & altissimā pacē suspirās dño pacis æternæ largitori dicit:/custodiuit aia mea testimonia tua: & dilexit ea vehemēter. seruaui mandata tua & testimonia tua: quia oēs vie mee in conspectu tuo. quid inquā aliud/q̄ permodeste insinuare se functū mandatis eius fideliter fuisse/illa vehemēter dilexisse/custodisse/ seruasse/testem eum se facere qui omnia videt/& quem nichil potest latere:/quid insuper aliud optat/quid prestolatur/quid expectat q̄ illam perq̄desiderabilem domini sui vocē/ ad supernam illam pacem accersentem/ad beatitudinem illam vocantē/intra in requiē meā/& illam insuper intra in gaudiū dñi tui. nā labores finis nō sunt:sed laborū eterna requies(que est pax dei)finis est/ termini prorsus & finis nescia. sicut scriptū est:a modo iam dicit spūs vt requiescāt a laboribꝰ suis. ADVERTE. Secūdo versu. letabor ego super eloquia tua. rectius letor ex hebræo/gaudēs ego sum in eloquio tuo. adde etiam q̄ in antiqua tralatione legebatur/exulto in verbis tuis. ¶ Sexto versu. expectabam salutare tuum dñe. rectius ex hebræo expectaui salutare tuum domine/& ex natura coniunctionis & sequentis particule/& mandata tua dilexi. alioqui enim ad rectiorem loquendi normam erat dicēdum:& mandata tua diligebam. Sed id ratione sermonis græci prouenit vbi verba hec ponuntur προσεδοκων ηγαπησα.

XXII th ı

Thau.

APpropinquet dep̄= catio mea in cōspe=

Signa.

APpropiet oro mea in conspectu tuo do

INgrediatur laus mea coram te domie: secū=

	GALL.	ROM.	HEB.
	ctu tuo domīe:iuxta ęlo= quium tuum da michi in tellectum. Thau.	mine:ſecundū ęloquium tuum da michi intellectū Signa.	dum verbum tuum doce me.
th 2	Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo : ſecūdum ęloquium tuū ęripe me. Thau	Intret poſtulatio mea in cōſpectu tuo domine: ſecūdum ęloquium tuum ęripe me. Signa	Veniat depręcatio mea ante vultum tuum:ſecun dum ęloquium tuum li= bera me.
th 3	Eructabunt labia mea hymnū : cū docueris me iuſtificatiōes tuas. Thau	Eructabunt labia mea hymnū : cū docueris me iuſtificatiōes tuas. Signa	Fundêt labia mea hym= nū : docębis eni me præ= cepta tua.
th 4	Pronūciabit lingua mea ęloquium tuū : quia om= nia mādata tua æquitas. Thau.	Pronūciauit lingua mea ęloquia tua : quia omnia mandata tua æquitas. Signa.	Loquętur lingua mea ſer monem tuum: quia om= nia mandata tua iuſta.
th 5	Fiat manus tua vt ſaluet me : quoniam mandata tua ęlęgi. Thau	Fiat manus tua vt ſaluū me faciat: quia mandata tua ęlęgi. Signa	Sít manꝰ tua auxiliatrix mea : quia præcepta tua ęlęgi.
th 6	Concupiui ſalutare tuū domine:& lex tua medi= tatio mea eſt. Thau	Concupiui ſalutare tuū domine:& lex tua medi= tatio mea eſt. Signa	Dęſideraui ſalutare tuū domine: & lex tua volun tas mea.
th 7	Viuet anima mea & lau dabit te:et iudicia tua ad iuuabunt me. Thau.	Viuet anima mea et lau= dabit te:et iudicia tua ad iuuabunt me. Signa.	Viuet anima mea & lau dabit te:& iudicia tua au xíliabuntur michí.
th 8	Erraui ſicut ouis que pe= riſt/quere ſeruum tuum: quia mādata tua nō ſum oblitus.	Erraui ſicut ouis quę pe rierat/require ſeruū tuū domie:quia mādata tua nō ſum oblitus.	Erraui quaſi ouis perdí= ta/quære ſeruum tuum: quia mādatorū tuorum non ſum oblitus.

VICESIMESECVNDE OGDOADIS SPIRITVALIS MEDITATIO.

1 th ¶ Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo dñe:iuxta eloquium tuū da michi intellectū.

2 th ¶ Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo:ſecundum eloquium tuum eripe me. Qui ſe ſentit pro pe modum emortuū/& in mūdo emeruiſſe:non immerito petit a mundo liberari/& cominus atq; e vicino te O largitor glie a modo poſſe precari & tuo conſpectui p̄ſens aſſiſti. nā tu dñe/ſpirituū deſiderium & finis/cum ſis incorporalis:q̄diu detinetur in corpore/videtur dēſo obſcuroq; muro ab incorporea regione quam inhabitas diſpeſci ac ſeparari. & hunc vehementer optat in te deo ſuo tranſilire murum. nam & natura videmus/ignea omnia & aerea igneam petere regionem & aeream. aquea aqueam. & terrea terream. nonne conſentaneū etiam eſt:vt mens ſpiritualis & in= corporea/toto niſu ſpiritualem petat regionem & incorpoream? & que libere congreditur oīa ingreditur/egreditᵉ a ſe non demota/ſed in ſe vt imobili ſede manens:ad opificiam mentē aliquā= do cōcedat & meet imobiliter mobilem/que(etſi nuſq̄ a ſe egrediēs)omnia tamē peragit & ope= ratur. que oīa capit :& non capitur niſi a ſe. que oīa in ſe continens:eminenter ſegregatur ab om= nibus. verum & ad noua & aperta opificis mētis ſpectacula:nouum petit intellectum/ſeparate & prorſus incorporee regioni accōmodatum/atq; ait. appropinquet deprecatio mea in cōſpectu tuo domine:iuxta eloquium tuum da michi intellectum. intret poſtulatio mea in conſpectu tuo: ſecun dum eloquium tuum eripe me. exime me de corporeo carcere/& da(amoto velamine)tue conſpi ciēde lucis ſanum/fortem indefeſſumq; oculū. nam ſi oculus æger aut debilis/inualidus eſt ad cor poralis ſolis contuitum:tanto magis intellectus/ſi æger aut debilis fuerit/inualidus inuenietur ad te incorporeum iuſtitie ſolē infinita claritate radiantem infinitaq; luce pollucentem/ſpiritualiter

contuēdum.ſed quis tam purgatum/tam validum / tamq; capacem & amplum preſtare poſſit intellectum/eloquio & aperto verbo tuo quodāmodo proportionatum:niſi tu qui vt tue potētie/ſapiētie & bonitatis/pari quoq; modo tue capacitatis infinite in re finita imprimis veſtigium/adeo vt non tam finita q̄ infinite finita/neq; tam infinita q̄ finite infinita videatur:quippe que vt bonitatis ita infinitatis imago.q; igitur infinita & proportionata apparet:a te habet.at q; finita & diſproportionata/ ex ſe & a nichilo habet/& quatenus iam quedam priuatio eſt.

th ¶ Eructabunt labia mea hymnum:cum docueris me iuſtificationes tuas. 3

th ¶ Pronunciabit lingua mea eloquiū tuum:quia omnia mandata tua æquitas. Non ignorat quod 4
ſit exutarū corporea molle mentium officiū / qui corpore petit exui ad liberiorem expeditiorēq; diuinū famulatū:te ſcilicet(qui es omni cultu venerabilior/omni honore dignior/omni deniq; maieſtate auguſtior vniuerſaq; ſuperior laude) perēniter & in ſumma quietudine irrequiete laudare. quēadmodū ſcriptum eſt. beati qui habitāt in domo tua dñe:in ſecula ſeculorum laudabunt te. verum vt nullus in hoc mūdo ſeipſo ſufficit inferiores(vt ſic dixerim)iuſtificationes tuas diſcere/neq; vt par eſt te laudare:ita neq; in ſuperna illa regione viuentiū/ ſufficit vllus ſeipſo ſupernas iuſtificationes tuas diſcere(quarū que in preſenti mūdo peragūtur/ſimulacra quedam ſunt & ſacris velaminibus obducta ſigna)neq; debitū tibi hymnū canere.niſi tu a quo omnis ſapientia vt a fonte perēni manat:docueris ipſum.quod quia non ignorat ſeruus tuus:ideo cōfitetur & ait. eructabūt labia mea hymnū:cum docueris me iuſtificationes tuas. pronunciabit lingua mea eloquiū tuum: quia omnia mādata tua æquitas.tunc enim oia in ſuam veritatē reducta:illic erunt/apparebūtq; ſumma puraq; æquitas.hic autē æquitas:alterata quedā æquitas.vt lux ſenſibilis non ipa quidem lux eſt:ſed alterata quedam lux.quare in hoc mundo æquitas particularis:illic vniuerſalis.hic rurſus vt ſenſibilis lux:illic vt intelligibilis.hic compoſita/multiplex/permixta:illic ſimplex/vnica/& pura & totiꝰ æquitatis fontana origo/principiū omniū rerū & finis.ſiquidē ab æquitate oīs naſcit inæqualitas:& in æquitatem vt in ſuam tandem reuocatur originem.

th ¶ Fiat manus tua vt ſaluet me:quoniā mandata tua elegi. Regio viuorum ad quā aſpirat ſeruus 5
tuus poſt finitū in hoc mundo certamē ſuum:eadē eſt & terra viuentiū.in qua nulla regnat mors/ſed ſempiterna ſalus.verū hec terra in qua peregrinatur & accola eſt hactenus ſeruus tuus:terra eſt tenebroſa & operta mortis caligine/terra miſerie & tenebrarū/vbi non regnat ipſa ſalus.nam ſi in ea regnaret ipſa ſalus : omnia ſaluaret.ſicuti lux omnia illuminat & calor calefacit omnia vbi regnat.hec terra peregrinorū/illa immanētiū.hec ſeruorū/ illa liberorū.hec accolarū/ illa ciuium. ab hac igitur ſaluari/ab hac eximi poſtulat.ſed ſcit hoc fieri nō poſſe:niſi de regione lucis (quam inhabitat ſalus)aduenīat auxiliū.quapropter ſupplex orat.fiat manus tua vt ſaluet me:quoniam mandata tua elegi.ſi diuitias/ſi honores / ſi luxus voluptateſue delegiſſet mundi:qua fiducia dixiſſet/fiat manus tua vt ſaluet me/nō enim adieciſſet/quoniā diuitias/honores/luxuſue delegi.ſed quia ſola mandata tua illi fuere cure/ſola illi fuere cordi:magna ſpe magnaq; fiducia ſue petitioni adiecit/quoniā mandata tua elegi.quāta ergo diffidentia/ quāto pauore quātaq; animi turbulētia ex hoc mūdo egredieꝰ cū mors clauſtra vite reſoluet: qui opes/ſupbias/& ſua in hoc mūdo delegerit placita/tāta ,pfecto:quāta fiducia ſecuritateq; & animi tranquillitate is qui tua ſola capeſſerit iuſſa.nec immerito.nam ille moritur ad mortem:iſte de morte tranſit ad vitam.ille it in tenebras.iſte reſpirat ad lucem/& lucem quidem imeſam/lucem ſpiritualem/lucem veram.ille in perditionem:iſte in eternā trāſfertur ſalutē in ,prio iam regno latiſſime dñantē / iam oia ſaluantem.

th ¶ Concupiui ſalutare tuum dñe:& lex tua meditatio mea eſt. O eterne dñe cuius ſapientie nō eſt 6
numerus.q; quis meditatur / cōtēplatur & iugiter meditationi legis tue inuerſatur:hoc habet quia tu ei mentē indidiſti que eſt quedā tui ſimilitudo & que ſola ſapit ſicut ſolus audit⁹ audit & viſus videt. Et q̄is hec ſapientia eius vmbratilis ſit:mirā tamen excitat ſalutaris tui/non carnis ſed ſpiritus concupiſcentiā.quod & hic ſermo teſtatur ſeruꝰ tui:quo dicit/concupiui ſalutare tuum dñe:& lex tua meditatio mea eſt.& hoc ſalutare quod tantopere concupiſcit:eternū verbum tuū eſt/omnium artifex ratio ipſaq; ſapiētia:in quā reſilit tue legis meditatio/vt lucis radius in ipſum ſolē vnde ipſius ducit origo.& reſiliendo exuſcitat quoddā deſiderium & mirabilem ſitim potiundi ſalutaris tui intolerabilemq; ardorem:& talem profecto ſitim: que non extinguetur/que non ſaturabitur/donec nudum/apertum & reuelatū apparuerit verbū tuum.atqui quēadmodū oculo clauſo ſol nude & aperte illucēre nō poteſt:idētidem neq; mēti verbū tuū q̄diu carne obtegitur.nō quidē ob verbi impotentiā:ſed ob mentis incapacitatē ipſamq; nō ſatis diſpoſitam.nā mens/totus oculus:caro/cilium totā cōtegens.ſol/verbum tuū.mens inquā totus oculus:qui tunc primū perfecte aperitur cum a carne ſeparatur & eximitur ex integro.qui ergo concupiſcit verbi tui preſentiam in quo omnia condita ſunt / & ſaluanda ſaluantur ; affectat proculdubio carnis velamen auferri/

& a mortali carne ex integro absoluí. quo videndi liberã prorsusq; expeditã adipiscatur facultatẽ.

7 ¶ Viuet anima mea & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me. ¶ Cum fidelis seruus tuꝰ dicit / viuet th
anima mea & laudabit te / & iudicia tua adiuuabũt me: vitam qua viuebat in hoc mundo non reputa
bat vitam. neq; laudem qua te in hoc mundo laudabat: laudem existimabat / sed potius quandam vi
te & laudis incoationem & vmbram. verba igitur illa dicẽs: vitam eternam petebat aut oprabat. nã
vita quã hic viuit: similitudinaria & momẽtanea est. & vitam hanc anima influit in corpus. non ergo
corpus vita sua est: sed vita sua est anima. que non est ipsa vita: sed ipsius vere & per se vite quoddã
remotũ vestigium. at vita eterna / vera & indeficiẽs vita est: quã verbum dei qui est ipsa vera vita in
animam influit. non ergo anima vita sua est que est vita æterna: sed verbum dei est eius vita. vt er
go ad vitam suscipiendam corpus ad animam: anima quodam modo ad dei verbum. q̃diu ergo in
hoc mundo viuimus / anima nostra nondum viuit / vtpote que nondum sit sue vite cõiuncta: sed in si
militudine future vite viuificat corpus. verum si disposita comperietur: in futurum viuet (nam & nõ
nisi corpori dispositio anima vitam elargitur) & laudabit suam vitam viteq; indultorem / laude qui
dem ineffabili / non quam ipsius sed diuina administrabunt iudicia: propterea addidit & iudicia tua
adiuuabunt me.

8 ¶ Errauí sicut ouis que perijt: quere seruum tuum quia mandata tua non sum oblitus. ℣piritualis th
seruus tuus misericordissime domine / qui toto corde exquisiuit te / eloquia tua in cordis sui penetra
libus condidit / illa pronunciauit / alios docuit / illis tanq̃ diuitijs omnibus delectatus / in illis se exer
cuit / considerauit vias tuas / iustificationes tuas meditatus est / non est oblitus sermones tuos / anima
eius iustificationes tuas omni tempore concupiuit / principum passus calumnias / exercitia iustifica
tionum tuarum non omisit / viam veritatis elegit / adhesit testimonijs tuis / viam mandatorum tuorũ
cucurrit / nichil de se presumens omnia a te postulauit / in verbo tuo superperauit / memoria iudicio
rum tuorum consolatus est / defecit pro delinquentibus / nocte memor fuit nominis tui / in toto corde
suo faciem tuam deprecatus est / vias tuas cogitauit / pedes suos conuertit / paratus fuit non turba
tus / media nocte ad confitendum tibi surrexit / factus est particeps omnium timentiũ te / anima eius
in salutari tuo defecit / in verbo tuo superperauit / afflictus / persecutus / pene in terra consumatus mã
data tua non dereliquit / tota die in lege tua meditatus est / super omnes docentes se / super senes
intellexit / ab omni via mala pedes prohibuit / a iudicijs tuis nõ declinauit / eloquia tua melle dulcio
ra amplexatus est / a mandatis tuis intellexit / verbum tuum lucerna pedibus eius / testimonia tua he
reditaria acquisiuit / cor suum ad iustificationes tuas inclinauit / iniquos odio habuit / legem tuam di
lexit / vt scoriam peccatores reputauit / carnes suas timore tui confixit / a iudicijs tuis timuit / iudicium
& iustitiam fecit / oculi eius in salutare tuum defecerunt / super aurum super topazion mandata tua
dilexit / omnem viam iniquam odio habuit / anima eius testimonia tua scrutata est / os suum aperuit /
spiritum attraxit / super non custodientes legem tuam oculi eius riuos aquarum deduxerunt / zelo
contabuit / eloquium tuum ardenter deperijt / contemptus est / tribulatus est / angustiatus est / ad te cla
mauit / lucem anticipauit / oculi eius ad te diluculo preuenerunt / iudicio tuo / misericordie tue se cõ
misit / principum tenebrarum bella sustinuit / victoria letatus est / eloquijs tuis magis q̃ omnibus spo
lijs delectatus est / septies in die te laudauit / testimonia tua custodiuit / vehementer dilexit / manda
ta tua seruauit / omnes vie eius in conspectu tuo / tibi appropinquare / supernas laudes tuas edisserе /
a mundo liberari gestijt / salutare tuum concupiuit / & denicq; dissolui & esse cum Christo salutari tuo
hic tantus / hic talis seruus tuus: nichilominus dixit / & hec eius nouissima verba fuere / errauí sicut
ouis que perijt quere seruum tuum quia mandata tua non sum oblitus / quecunq; precepta sunt ei:
fecit. & e mundo egressurus vere prudens / cognoscens & fidelis seruus in humilitatis spiritu / sacro
sancta consilia tua secutus dicit: inutilis sum seruus tuus / feci quod debui. ad id qđ feci tenebar: neq;
sum vllo premio vllaue gratia dignus. ℣ed tu O pastor æterne ouem require que perijt: & repertam
sacris humeris tuis impositam in cælestem domum tuam induc. nam omnis qui in hoc mundo vi
uit: a te peregrinatur. & nisi requiras / nisi inuenias: perijt. quis enim saluare potest: nisi tu solus / qui
solus es superbonus / superpotens & in omnia secula superbenedictus. AMEN.

ADVERTE. ℣eptimo versu. viuet anima mea & laudabit te. hic videtur potius precandũ aut optã
dum q̃ asserendũ. vt sic dicatur viuat anima mea & laudabit te: vt quinto versu paulo precedẽte / fiat
manus tua vt saluet me. sic facer Hieronymus / sit manus tua auxiliatrix mea. quare & admodũ cõ
sequens vt diceretur / viuat anima mea. sed dictum est asserendi modũ in modũ optandi / & contra:
plerũq; apud interpretes confundi. de deprecatorio & optandi modo satis id apud latinos est con
suetum vt pro reliquo capi soleat reliquum. At nunc benigno dei fauore finitis elementaribus og
doadibus transeamus ad sequentem psalmum.

EPILOGVS

GALL.	ROM.	HEB.
¶ Canticum graduum. CXVIIII.	¶ Canticum graduum. CXVIIII.	¶ Canticum graduum. CXX.
1 Ad dominū cum tribularer clamaui: & exaudiuit me.	AD dominum cū tribularer clamaui: & exaudiuit me.	AD dominum in tribulatione mea clamaui: et exaudiuit me.
2 Domine libera animam meam a labijs iniquis: a lingua dolosa.	Domine libera animam meam a labijs iniquis: & a lingua dolosa.	Domine libera animam meam a labio mendacij: a lingua dolosa.
3 Quid dętur tibi aut quid apponatur tibi: ad liguā dolosam?	Quid dętur tibi aut quid apponatur tibi: a lingua dolosa?	Quid dętur tibi aut quid apponatur tibi: ad liguā dolosam?
4 Sagitte potentis acute: cum carbonibus dęsolatorijs.	Sagitte potentis acute: cum carbonibus dęsolatorijs.	Sagitte potentis acute: cum carbonibus iunipe rorum.
5 Hei michi qa incolatus me⁹ ꝓlōgat⁹ est/habitaui cū habitātib⁹ cedar: multum incola fuit aia mea.	Heu me qa incolat⁹ meus ꝓlongat⁹ est/habitaui cū habitātibus cedar: multū icola fuit aia mea.	Hei michi qa peregrinatio mea ꝓlōgata est: habitaui cū tabernacul' cedar. Multū peregrina est anima mea: cum odiētibus pacem.
6 Cum ijs qui odęrunt pacem eram pacificus: cum loquębar illis impugnabant me gratis.	Cum ijs qui odęrunt pacem eram pacificus: dum loquębar illis impugnabant me gratis.	Ego pacifica loquębar: et illi bellantia.

TITVLVS. Canticū graduū. Psalmus/laus canēda in eleuatione mentis ad templum regis pacifici/qui Christus dominus est. Populus fidelis a propheta in spiritu inducitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Ad dominū cum tribularer clamaui: & exaudiuit me. in persecutione hostili/in seuitia tyrannorū vocē meā ad deum meum dominatorē omniū extuli: & liberauit me. 1
Dñe libera aiam meā a labijs iniquis: & a lingua dolosa. tu dñe exaudisti me & liberasti me a crudelitate tyranni aperte seuientis: nūc etiā dignare liberare fatigatā vitā meā a blasphemijs hæreticorum/a doctrina plena dolositate. Quid detur tibi aut qd apponaꝫ tibi: ad linguā dolosam. O anima 2
mea quod flagellū possit amplius addi/quod amplius possit tibi apponi: ad hanc peruersissimam mendacis lingue doctrinā? Sagitte potētis acute: cū carbonibus desolatorijs. hec nequā/hec virosa/hec inficiēs doctrina vt tela valide sagittantis penetrat: sic ꝓserpit/sic ecclesiā tuā/sic edificiū tuum perurit vt carbones vastatorij cū in edificiū sensim irrepūt & nocēdi sumūt incrementum. Hei 3
michi quia incolatus meus ꝓlongatus est/habitaui cum habitātibus cedar: multū incola fuit anima mea. miserū me quia peregrinatio mea (hac nequā grassante doctrina) in longū nimis protensa est/cōuersatus sū cū arabibus & agarenis cū lingue huius dolose blasphēmātis doctrine bestiali secta: 4
nimio iā incolatu/tedio affectata est vita mea. Cū ijs qui oderunt pacē erā pacificus: cū loquebar illis ipugnabāt me gratis. imitatus saluatorē meum/dominum pacis/cum inimicis diuine pacis/pacem dei seruabam/cum illis verba pacifica/verba euangelij eterne pacis afferebam: aduersabantur & repugnabant absq; vlla ratione/et gladium pugnamq; parabant. 5
ADVERTE. Quarto versu. cū carbonib⁹ desolatorijs: Hieronym⁹ ex hebræo/cū carbonib⁹ iuniperorum. carbones desolatorios cōstat eos esse: q desolāt/causaue desolationis existūt. qbus lingua hereticoꝝ scdm septuagita cōparaꝫ. Sed cur carbōib⁹ iuniperoꝝ etiā cōpareꝫ? Ferūt carbones iuniperi diu fouęre ignē: itaq; illo indicaꝫ diuturnū esse huiusmodi malū/& qđ ad æternū fouetur incēdium. 6
¶ Quinto versu. habitaui cū habitātibus cedar. cedar secund⁹ fuit filiorū Hismaelis: vnde Arabes q sūt i Africa descēdęre. & eorū regio/regio cedar. & de Hismaele & pplo ab eo descēdēte: bñ p āgelū matri eius Agar p̄nunciatū est. man⁹ eius cōtra oēs: et man⁹ oim cōtra eū. Nā hismaelite et aggareni semper populū dei et veterē et recentē aduersati sunt/et nunc quoq; maxime omnium aduersantur. a quibus eni per Asiam/Africam/et magna ex parte p Europā ipeditur verus dei cultus: nisi ab

arabibus nefariaq; & deteſtabili eorũ ſecta/quí per mille fere annos colũt beſtiã & imaginẽ eius que eſt lex beſtiæ & alcoranus/quos interficiat Chriſtus dñs/& cito:ſpiritu oris ſui.qui ſolus eſt cũ æterno patre & ſpiritu ſancto:ſuperbenedictus in ſecula ſeculorum. AMEN.

ℂ Canticum graduum. CXX.

1 LEuauí oculos meos in mõtes:vnde veniet auxilium michi.
2 Auxilium meum a domino:qui fęcit cælum & terram.
3 Non det in commotionem pedem tuum: neq; dormitet qui cuſtodit te.
4 Ecce nõ dormitabit neq; dormiet:qui cuſtodit iſrl'
5 Dominus cuſtodit te/dominus protectio tua:ſup manũ dexteram tuam.
6 Per diem ſol non vret te: neq; luna per noctẽ.
7 Dominus cuſtodit te ab omni malo:cuſtodiat animam tuam dominus.
8 Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum: ex hoc nunc & vſq; in ſęculum.

ℂ Canticum graduum. CXX.

1 LEuauí oculos meos ad montes:vnde veniet auxilium michi.
2 Auxilium meum a domino: qui fęcit cælum & terram.
3 Non det in commotionem pedem tuũ:neq; obdormiat qui cuſtodit te.
4 Ecce nõ dormitabit neq; obdormiet:q cuſtodit iſrl'
5 Dominus cuſtodit te/dominus protectio tua:ſup manum dextere tue.
6 Per diem ſol non vret te: neq; luna per noctẽ.
7 Dominus cuſtodit te ab omni malo:cuſtodiat animam tuam dominus.
8 Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum:ex hoc nunc & vſq; in ſęculum.

ℂ Canticum graduum. CXXI.

1 LEuauí oculos meos í montes: vnde veniet auxilium meum.
2 Auxilium meum a domino:factore cæli & terre.
3 Non det in commotionem pedẽ tuum:nec dormitet qui cuſtodit te.
4 Ecce nõ dormitabit neq; dormiet: q cuſtodit iſrl'.
5 Dominus cuſtodit te/dominus protectio tua: ſuper manũ dexteram tuã.
6 Per diem ſol non vret te: neq; luna per noctẽ.
7 Dominus cuſtodit te ab omni malo:cuſtodiat animam tuam.
8 Dominus cuſtodiat exitum tuum & introitũ tuum:a modo & vſq; í æternum.

TITVLVS. Pſalmus graduũ. Pſalmus/continuata laus. Propheta in ſpiritu eundẽ populũ inducit.

1 EXPOSITIO ℂONTINVA. Leuauí oculos meos in montes:vnde veniet auxiliũ michi. eleuauí
2 mentẽ meã ad celos:vnde ſuccurſus & defẽſio elargięt michi. Auxiliũ meũ a dño:qui fecit celũ & ter
ram. defenſio mea & preſidiũ non a brachio terreno/nõ ab aliqua creatura celi aut terre:ſed ab vní
3 uerſorum dominatore/cõditore celi & terre. Nõ det in cõmotionẽ pedẽ tuũ:neq; dormitet qui cuſtodit te. hic ſpiritus ſanctus. O populę fidelis/dñs deus tuꝰ nõ ſinat te in errorẽ peruerſi dogmatis
4 labi:vigilet cõtinẽter/a quo ſolo defenſionẽ & auxiliũ petis/& qui eſt cuſtos tuus. Ecce nõ dormitabit neq; dormiet:qui cuſtodit iſrael. teſtificor tibi populę fidelis/neq; parũ neq; multũ deſeret te:is
5 qui ſolicite curat eos/quí lãguent & deſiderio flagrant eũ vidęre & agnoſcere. Dñs cuſtodit te:dñs ꝓtectio tua ſup manũ dexterã tuã. qui accepit dominiũ oĩs creature ille eſt cuſtos tuus:ille eſt defẽ
6 ſor/magis promptus/magis apparatus te defẽdere q̃ prompta ſit manus dextera tua. Per diẽ ſol nõ vret te:neq; luna per noctẽ. in ꝓſperis ſplẽdor honorificẽtie nõ ledet te/neq; í aduerſis detectio/
humiliatio/& bonorũ priuatio dejciet te/ſed in vtriſq;/proſperis & aduerſis/die ac nocte/honorifi
7 centia & detectione dñs deus tuus cuſtodiet te. Dñs cuſtodit te ab õni malo:cuſtodiat animã tuã dñs. deus tuus/cuſtos tuus ſeruat te ne precipiteris in aliquod funeſtũ & mortale facinus í hoc mũ
8 do:ſeruet ſpiritũ in vitã æternã in altero. Dñs cuſtodiat introitũ & exitũ tuũ:ex hoc nunc & vſq; í ſeculũ. dñator imenſus cuius ſup oia eſt dominiũ/is omni ꝓtectione & cuſtodia muniat ingreſſũ tuum in hũc mundũ/& egreſſũ in vitã perennẽ:ex hoc vite curriculo in æuum interminum.

ADVERTE Sexto verſu. per diem ſol non vret te :ex hebræo/ per diem ſol non percutiet te, ſed in eandem tendit intelligentiam, & tralationes inter ſe ſatis conciliate.

GALL.

Canticum graduum.

CXXI.

1 LEtatus ſum ī ijs quę dicta ſunt michi:ī do-
mum dñi ibimus.
2 Stantes erant pedes no-
ſtri:in atrijs tuis hierlm.
3 Hieruſalem quę ędifica-
tur vt ciuitas:cuius parti-
cipatio eius in idipſum.
4 Illuc enī aſcendęrunt tri-
bus/tribus domini: teſti-
monium iſraęl ad confi-
tendum nomini domini.
5 Quia illic ſędęrūt ſędes
in iudicio:ſędes ſuper do
mum dauid.
6 Rogate quę ad pacē ſūt
hieruſalē:& abūdātia di-
ligentibus te.
7 Fiat pax in virtute tua:
& abundantia in turri-
bus tuis.
8 Propter fratres meos &
ꝓximos meos: loquębar
pacem de te.
9 Propter domum domi-
ni dei noſtri:quęſiui bo-
na tibi.

ROM.

Canticum graduum.

CXXI.

LEtatus ſum in ijs quę dicta ſunt michi:ī do
mum domini ibimus.
Stantes erant pedes no-
ſtri:in atrijs tuis hierlm.
Hieruſalem quę ędifica-
tur vt ciuitas:cuius parti-
cipatio eius in idipſum.
Illuc enī aſcendęrunt tri-
bus/tribus domini: teſti-
monium iſraęl ad confitē
dum nomini tuo dñe.
Quia illic ſędęrūt ſędes
in iudicio:ſędes ſuper do
mum dauid.
Rogate quę ad pacē ſunt
hieruſalem: & abundan-
tia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua:
& abundantia in turri-
bus tuis.
Propter fratres meos &
ꝓximos meos:loquębar
pacem de te.
Et propter domum do-
mini dei mei:quęſiui bo-
na tibi.

HEB.

Canticum graduum.

CXXII.

LEtatus ſum eo ꝙ di-
xerint michi:ī domū
domini ibimus.
Stantes erant pedes no-
ſtri:in portis tuis hierlm.
Hieruſalem quę ędifica-
tur vt ciuitas:cuius parti-
cipatio eius ſimul.
Quia ibi aſcendęrunt tri-
bus/trib⁹ dñi:teſtimoni-
um iſraęl ad confitendū
nomini domini.
Quia ibi ſędęrunt ſędes
ī iudicio:ſędes domui da-
uid.
Rogate pacē hieruſalē:
ſit bene ijs qui diligūt te.
Sit pax in muris tuis:a-
bundantia in domib⁹ tu-
is.
Propter fratres meos &
amicos meos:loquar pa-
cem tibi.
Propter domum domi-
ni dei noſtri;queram bo-
na tibi.

TITVLVS. Canticum graduū. Pſalmus/cōtinuata laus. idem in ſpiritu populus inducitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Letatus ſū in ijs que dicta ſunt michi:in domū dñi ibimus. conſola- 1
tus ſum in oraculo ſpiritus ſancti quod innotuit michi:ex hoc mundo in tabernaculum dei altiſſimi
trāſibimus. Stātes erāt pedes noſtri:in atrijs tuis hieruſalē. Hieruſalē que edificat vt ciuitas: cuius 2 3
participatio eius in idipſū. O dñe deus noſter/pene eramus otioſi:in primis ipſis foribus eccleſie
tue. eccleſie que cōſtruitur ad imitandā ciuitatē celeſtē:q̄ cum domo dñi retinet cōſortiū. Illuc enī 4
aſcenderūt tribus/tribus dñi:teſtimoniū iſraęl ad confitendū nomini dñi. nam in hieruſalē illam do
mo dei copulatā conſcenderūt populi/viri ſancti:qui teſtes fuerunt populo fideli ad glorificandum
verbū dei. Quia illic ſederūt ſedes in iudicio:ſedes ſuper domū dauid. quia in illa glorioſa ciuitate 5
cæleſti/throni poſiti ſunt ad iudicandū:ad iudicandū populū regis æterni/regis gentiū deſiderati.
Rogate que ad pacē ſunt hieruſalē:& abundātia diligentibus te. O populi precemini quietudinem 6
& tranquillitatē tam glorioſe ciuitatis vobis ipartiri:& O ciuitas ſancta nichil deſit ijs qui querunt/
colunt & amant te. Fiat pax in virtute tua:& abundātia in turribus tuis. O ciuitas dei quies deſ pre- 7
ſidib⁹ tuis:& nulla deſit bonorū copia deſēſorib⁹ tuis. Propter fratres meos & proximos meos:lo- 8
quebar pacē de te. propter cōfideles meos & charos meos:hanc tuā diuinæ pacis ſecuritatē preca-
tus ſum. Propter domū dñi dei noſtri:queſiui bona tibi. vt cæleſtis domus cōditoris et dominatoris 9
noſtri impleatur:precatus ſum O ciuitas dei omnia proſpera tibi.

ADVERTE Tertio versu/cuius participatio eius in idipsũ:ex hebræo cuiꝰ participatio eius simul. id enī in idipsũ est quod nũc in vnũ nũc i idipsũ vt alias dictũ est iterꝑtes vertũt/ Hieronymꝰ simul. & cũ dicit simul: nonichil ciuitati sociatur. & qdnã illud:nisi dei & agni:ac si diceremꝰ cuiꝰ participatio simul cũ ea. & tẽplũ (iquit diuinorũ spectator Ioannes)nõ vidi in ea. dñs enī oĩpotẽs tẽplũ illius est/& agnꝰ. & hec est participatio ciuitatis cælestis:participatio dei & agni. vnde nõ forte absona esset intelligẽtia neq; ineptus sermo:si versũ hũc ita legeremꝰ. hierusalẽ que edificatur vt ciuitas: cuius participatio cũ ea in idipsũ. quod idẽ est ac/cuius participatio pariter cũ ea. supna enī ciuitas secũ habet quo participat:terrena autẽ & infima nondũ habẽre videt. ¶Septimo versu. fiat pax in virtute tua:ex hebræo pauloaliter/sit pax i muris tuis. sed quia muri defendũt & muniũt;interꝑtes p virtute & fortitudie acceperũt. verũ custodes/& defẽsores itelligẽdi sũt:qbꝰ sãcti pacẽ dei impcãt.

¶ Canticum graduum. CXXII.

1 ADte leuaui oculos meos:qui habitas ī cælis.

2 Ecce sicut oculi seruorũ: ī manibꝰ dñorũ suorum.

3 Sícut oculi ancille in manibꝰ dñe sue;ita oculi nostri ad dñm deũ nostrũ donec misereatur nostri.

4 Miserere nrī dñe miserere nrī:quia multũ replęti sumus dęspectione.

5 Quia multum replęta ẽ anima nostra:opprobrium abundantibus et dęspectio superbis.

¶ Canticum graduum. CXXII.

1 ADte leuaui oculos meos:qui habitas ī cælo.

2 Ecce sicut oculi seruorũ: in manibus dñorũ suorũ

3 Et sicut oculi ancille i manibꝰ dñe sue;ita oculi nostri ad dñm deũ nostrũ donec misereatur nobis.

4 Miserere nobis dñe miserere nobis:qa multũ replęti sumꝰ cõtemptione.

5 Et multũ replęta est aia nostra:opprobrium abũdantibus & dęspectio superbis.

¶ Canticum graduum. CXXIII.

1 ADte leuaui oculos meos:qui habitas ī cælis.

2 Ecce sicut oculi seruorũ: ad manũ dñorũ suorũ.

3 Sícut oculi ãcille ad manum dñe sue;sic oculi nostri ad dñm deũ nostrũ donec misereatur nostri.

4 Miserere nrī dñe miserere nrī; qm̃ multũ replęti sumus dęspectione.

5 Multum replęta est anima nostra:opprobrio abundantiũ et dęspectione superborum.

TITVLVS. Psalmus graduũ. Psalmꝰ/continuata laus. idẽ populus qui priꝰ sed alia ratione/inducit.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Ad te leuaui oculos meos:qui habitas in celis. ad te mẽtẽ meã erexi dñator cæli & terre:qui in cælis assũptus resides in dextera patris. Ecce sicut oculi seruorũ;i ma
2 nibus dñorum suorũ. Sicut oculi ancille in manibus dñe sue;ita oculi nostri ad dominũ deũ nostrum
3 donec misereatur nostri. ecce vt supplices serui veniã precãtes: nusquã deflectunt oculos a manu herorũ suorũ. vt supplicis famule nusq̃ deflectit visus a manu eiꝰ quã offenderit here sue: ita indeflexiles obtutus nostri ad regem & plasmatorem nostrũ donec miseratione flexus ignoscat nobis.
4 Miserere nostri dñe miserere nostri:quia multũ repleti sumus dęspectione. parce nobis miserator
5 dñe/parce nobis & remitte:quia plurimũ contẽptibiles & dęspectibiles facti sumus. Quia multũ repleta est anima nostra:opprobriũ abundãtibus & dęspectio superbis. causa autẽ ob quã sic digni cõ temptu & dęspectu euasimus ea est/qa terrenis bonis nimis abundauimꝰ/ diuitijs nimis locupletati/& honoribus elati sumus:diuites autem & auaros decet ignominia/& contemptus superbos.

ADVERTE. Quinto versu. quia multũ repleta est anima nostra/opprobrium abundantibus & dęspectio superbis:ex hebræo paulo aliter legitur. multũ repleta est aia nostra opprobrio abundantium/& dęspectione superborũ. & certe satius videret ita nobis ad imitationẽ Hieronymi legendum qa multũ repleta est aia nostra opprobrio abundãtiũ & dęspectione superborũ:ne orãs sibiipsi malũ imprecari videretur. & hic queritur populus sanctus:sui seculi vitã multũ lacessitã & vilipẽsã opprobrio diuitũ/& ambitione superborũ. que duo mala:hoc etiã nostrũ seculũ fũditus perdũt. q̃ nisi deus e medio tollat:nõ regnabit in nobis Christus vita nostra. q in pauptate cognoscitur & humilitate. qui in illis ad nos dignatus est descendere. cui vt in illis iterũ seruiat:& oĩs honor & gloria cũ debito cultus honore/sedulo impendatur:ipse id mundo tribuat:qui est benedictus sine fine. Quod si sinatur vt legimꝰ:intelligat populꝰ sãctꝰ humili cõfessione suũ dicere/qd est reliquorũ membrorũ,

GALL.

℣ Canticum graduum. CXXIII.

1 NIſi quia domin⁹ erat in nobis dicat nunc iſraęl: niſi quia dominus erat in nobis.

2 Cum exurgerent homines in nos: forte viuos dę glutiſſent nos.

3 Cū iraſceręt furor eorum in nos: forſitā aqua abſorbuiſſet nos.

4 Torrentem pertranſiuit anima noſtra: forſitā per tranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilē.

5 Benedictus dominus: q̄ non dedit nos in captionem dentibus eorum.

6 Anima noſtra ſicut paſſer ęrepta eſt: de laqueo vęnantium.

7 Laqueus contritus eſt: & nos liberati ſumus.

8 Adiutorium noſtrum in nomine domini: qui fęcit cælum & terram.

ROM.

℣ Canticum graduum. CXXIII.

1 NIſi q̄ dominus erat in nobis dicat nunc iſraęl: niſi quia dominus erat in nobis.

2 Dum inſurgerent homines in nos: forſitan viuos dęglutiſſent nos.

3 Dū iraſceręt animꝰ eorū aduerſū nos: forſitā velut aqua abſorbuiſſent nos.

4 Torrentem pertranſiuit aīa noſtra: forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilē.

5 Benedictus dominus: q̄ non dedit nos in captionem dentibus eorum.

6 Anima noſtra ſicut paſſer ęrepta eſt: de laqueo venantium.

7 Laqueus contritus eſt: et nos liberati ſumus.

8 Adiutorium noſtrum in nomine domini: qui fęcit cælum & terram.

HEB.

℣ Canticum graduum. CXXIIII.

1 NIſi dominus fuiſſet in nobis: dicat nunc iſraęl.

2 Niſi dn̄s fuiſſet in nobis: cū exurgerent ſuper nos homines.

3 Forſitā viuos abſorbuiſſent nos: cum iraſceręt furor eorū ſuper nos.

4 Forſitā aq̄ circūdediſſent nos: torrens tranſiſſet ſuper animam noſtrā.

5 Forſitan tranſiſſent ſup aīam noſtrā: aque ſupbie

6 Benedictus dominus: q̄ non dedit nos i predam dentibus eorum.

7 Anima noſtra quaſi auis ęrepta eſt: de laqueo venantium.

8 Laqueus contritus eſt: et nos liberati ſumus.

9 Auxilium noſtrū in nomine domini: qui fęcit cælum & terrā.

TITVLVS. Canticū graduū. Pſalmus/laus continuata. Populus ſanctus ob opulentias & honores eum perdentes diuino flagello caſtigatus/ in ſpiritu inducitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Niſi quia dn̄s erat in nobis dicat nūc iſrael: niſi quia dn̄s erat in nobis. 1
Cum exurgerent hoies in nos: forte viuos deglutiſſent nos. niſi quia diuinū auxiliū non deſeruit nos/confiteant nunc fideles: niſi quia diuinū preſidiū nos nequaq̄ deſeruit. cum irruiſſet furor hominum in nos: vtiq; viuētes abſumpſiſſent nos fundituſq; ſuſtuliſſent e medio. 2
Cū iraſceret furor eorum in nos: forſitan aqua abſorbuiſſet nos. cū ipetus aduerſariorū fureret in nos: certe (niſi dn̄s affuiſſet) inundās multitudo conſumpſiſſet nos. 3
Torrentē pertranſiuit aīa noſtra: forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquā intolerabilē. ex afflictione emerſit/ingens & tumultuarium periculū euaſit vita noſtra: & niſi dn̄s fuiſſet in nobis/re vera afflictionē ſuſtinuiſſet inſuperabilē. 4
Benedictus dn̄s: qui nō dedit nos in captionē dentibus eorū. magnificetur & glorificetur deus: qui nō permiſit nos i predā venire faucibus eorū. 5
Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venantiū. ſublatis noſtris diuitijs & honoribus/vita noſtra & ſpiritus noſter non aliter ſublatus eſt a tēdiculis demonū/a direptionibus hoſtiū/q̄ auis de pedicis aucupum. 6
Laqueus cōtritus eſt: & nos liberati ſumus. hoſtes noſtri diuitias abſtulerūt/honores detraxerūt quibus nimirū onerata & cōpedita erat vita noſtra/ laqueū confregerūt: & nos a periculis iportabilū penarū erepti ſumus. 7
Adiutorū noſtrum in noie dn̄i: qui fecit celum & terram. non mortales hanc nobis opem attulerunt ſed inuocatio dei omnipotentis: inuocatio filij dei conditoris cæleſtium & terreſtrium. 8

ADVERTE. Quarto verſu. torrentē pertrāſiuit aīa noſtra/forſitā ptranſiſſet aīa noſtra aquā intolerabilē: Hieronymus ex hebræo/torrēs trāſiſſet ſuper aiam noſtrā/forſitan tranſiſſent ſuper aiam

nostrā aque supbie. & q̄is sensus videat quoquo pacto cōuersus: idē nichilomin⁹ ꝑpemodū significatur. scilicet nisi dñs fuisset in nobis: inundatio afflictionis oppressisset & dedisset pessū aiam nostram/nisi dñs fuisset in nobis forsitā potētia demonū & superborū obruisset aiam nostrā. sed occulta dei p̄sentia defensi fuerūt. Sed & insuper aduerte. vbi secūdo/tertio & quarto versu dicimus forte & forsitan: volūt/hebræos dictionē que hic habetur/vtiq; & certe interp̄tari solere. prestat sane nō dubitare sine dei presidio nos ꝑtinus perituros: q̄ illud cū dubitationis adiūctione pronunciare. legendum igitur potius. cum exurgerēt homines in nos/certe viuos deglutissent nos. cum irasceretur furor eorum in nos/certe aqua absorbuisset nos. torrentem pertransiuit anima nostra/certe pertrāsisset anima nostra aquam intolerabilem.

ℂ Canticum graduum. CXXIIII.

1 QVi confidunt in dño sicut mons sion non commouębitur i æternum: qui habitat in hierusalem.

2 Montes in circuitu ei⁹/et dñs i circuitu ppli sui: ex hoc nunc et vsq; in scl'm.

3 Quia non relinquet dominus virgam peccatorū super sortē iustorū: vt nō extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

4 Benefac domine: bonis & rectis corde.

5 Dęclinantes autē in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem: pax sup̄ israęl.

ℂ Canticum graduum. CXXIIII.

QVi cōfidunt in dño sicut mons sion non commouębitur i æternum: qui habitat in hierusalem.

Montes in circuitu ei⁹/et dñs i circuitu ppli sui: ex hoc nunc & vsq; in scl'm.

Quia nō dęrelinquet dominus virgam peccatorū super sortem iustorū: vt non extēdāt iusti ad iniquitatem man⁹ suas.

Benefac domine: bonis & rectis corde.

Dęclinantes autē ad obligationē adducet dominus cū operantibus iniquitatē: pax super israęl.

ℂ Canticum graduum. CXXV.

QVi confidūt in dño quasi mons sion immobilis: in æternū habitabilis.

Hierusalē montes in circuitu eius/& dominus in circuitu populi sui: a modo & vsq; in æternū.

Quia non requieſcet virga impietatis super sortē iustorū: vt non mittāt iusti in iniquitatem manus suas.

Benefac domine: bonis & rectis corde.

Qui autem dęclinant ad prauitates suas/ dęducet eos dñs cū ijs q operant iniqtatē: pax sup̄ israęl.

TITVLVS. Cāticū graduū. Psalmus/laus cōtinuata. populus fidelis/vt & prius in spiritu inducitur.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Qui cōfidūt in dño sicut mons sion: nō cōmouebitur in æternū/qui habitat in hierusalē. qd mirū si adiutoriū nostrū in noie dñi qui fecit celū & terram/quia qui sperāt in
2 dño: assimilant monti sion imobili/ciuitati magni regis in sēpiternū habitabili in hierusalē. Mōtes i circuitu eius/& dñs in circuitu ppli sui: ex hoc nūc & vsq; in seculū. hierusalē sūma cælestis ciuitas/supernis potestatibus est circūsepta: et deus circūdat ad protectionē & defensionē plebē suā in sempi
3 ternum. Quia non relinquet dñs virgā peccatorū sup̄ sortē iustorū: vt nō extendāt iusti ad iniquitatem manus suas. circūdat ad ꝑtectionē et defensionē benignissimus deus/quia perseuerare non sinet flagellū impiorū super hereditatē & possessionē suā fidele: vt fideles ei⁹ non corrūpantur/vt non
4 incuruent opera sua ad scelera & impietatē flagicioſorū. Bñfac dñe: bonis & rectis corde. Q dñator
5 & miserator æterne/munera gratie tue largire: ijs qui beniuola & recta æquaq; sunt volūtate. Declinantes autē in obligationes adducet dñs cū operantibus iniquitatē: pax sup̄ israel. sed eos q nō bona/recta & æqua sunt voluntate sed declinant in prauitates/deus iustus iudex tradet supplicijs cū operarijs iniqtatis: requies autē/securitas & trāquillitas dei sup̄ fideles/deiq; bñplacita exquirētes.

ADVERTĒ. Hoc canticū/de veritate eccl̄ie cælestiq; hierusalē expositū est: potest & de imitatrice inferioreq; hierusalē exponi. nā quod illic est vt in archetypo: hic relucet vt in vestigio. ¶ Primo versu. Q ui cōfidunt in dño sicut mons sion nō cōmouebitur i æternū qui habitat in hierusalē: Hieronymus ex hebræo/qui confidūt in dño quasi mons sion immobilis/i æternū habitabilis. quare hic versus ita nobis legēdus videtur. q cōfidunt in dño sicut mons sion q non cōmouebitur/q in æternū

GALL. ROM. HEB.

habitabitur. & ad cõparationis notã intelligimus: verbũ sunt vel erunt. hoc pacto q̃ cõfidunt in dño erũt sicut mõs sion. & id i hierusalẽ ad sequẽtẽ versũ ptinet ex hebræo. & particula in: supflua est. est eni hierusalẽ que circũdat mõtibus: vt ecclesia sancta supernis custodibus. quare secũdus identidem versus legendus esset: hierusalem montes in circuitu eius. & relatiuũ eius/referre nõ potest id quod dictũ est montẽ sion/neq; qui habitat: sed hierusalẽ. quod ex græco cognoscit/vbi dicit αυτης genere fœminino. ¶ Quinto versu. declinãtes autẽ in obligationes: ex hebræo/qui autem declinãt ad prauitates suas. & hoc dilucidius.

¶Canticum graduum. CXXV.

1 IN cõuertẽdo dñs captiuitatẽ sion: facti sumus sicut consolati.

2 Tunc repletũ est gaudio os nostrum: & lingua nostra exultatione.

3 Tunc dicent inter gẽtes: magnificauit dominꝰ facere cum eis.

4 Magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus lętantes.

5 Conuertere domine captiuitatẽ nostram: sicut torrens in austro.

6 Qui sęminãt i lachrimis in exultatione metẽt.

7 Euntes ibant & flębant: portantes semina sua.

8 Venientes autẽ venient cũ exultatione: portãtes manipulos suos.

¶Canticum graduum. CXXV.

1 IN cõuertẽdo dñs captiuitatẽ sion: facti sumus sicut consolati.

2 Tunc replętum est gaudio os nostrum: & ligua nostra exultatione

3 Tunc dicẽt inter gentes: magnificauit dominꝰ facere cum illis.

4 Magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus lętãtes.

5 Conuertere domine captiuitatem nostram: sicut torrens in austro.

6 Qui sęminant in lachrimis: in gaudio metẽt.

7 Eũtes ibant & flębant: mittentes sęmina sua.

8 Venientes autem veniẽt in exultatione: portãtes manipulos suos.

¶Canticum graduum. CXXVI.

1 CVm cõuerteret dñs captiuitatẽ sion: facti sumꝰ quasi sõniantes.

2 Tunc implębitur risu os nostrum: & ligua nostra laude.

3 Tunc dicẽt in gentibus: magnificauit dominꝰ facere cum istis.

4 Magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus lętantes.

5 Conuerte domine captiuitatem nostram: sicut riuus in austro.

6 Qui sęminant in lachrimis: i exultatione metẽt.

7 Qui ambulãs ibat et flębat: portans ad seminandum sęmentem.

8 Veniẽs veniet i exultatione: portãs manipłos suos

TITVLVS. Canticũ graduũ. Psalmus/cõtinuata laus. idẽ populus fidelis inducitur in spiritu.

EXPOSITIO CONTINVA. In cõuertẽdo dñs captiuitatẽ sion: facti sumus sicut cõsolati. cũ conuerteret dñs detẽtionẽ sion/cũ reuocaret ecclesiã ad mores/quæ diu captiua fuerat detẽtaq; vicijs: quasi pre gaudio sõniaremus facti sumus exultãtes. 1
Tũc repletũ est gaudio os nostrũ: & ligua nostra exultatione. cõuersione autẽ facta/reducta sion ad dñm/& deo dignis formata moribꝰ: ore nostro gaudiũ expressimus/& sermone nostro exultationẽ. 2
Tũc dicẽt inter gẽtes: magnificauit dñs facere cũ eis. cõuersione & reductione illa facta/sermo agitabitur inter nationes: magnũ aliquid voluit deus operari cũ eis. 3
Magnificauit dñs facere nobiscũ: facti sumꝰ letãtes. magnũ aliquid & arduũ (fatemur) operatus est nobiscũ deus/vera nos oppłeuit letitia. 4
Cõuertere dñe captiuitatẽ nostrã: sicut torrens in austro. reduc dñe/collige ad te detentã plebẽ tuã: sicut colligit vortex rapidusq; riuus flante noto/fiat grex vnus te pastore solo atq; vnico. 5
Qui sęminãt in lachrimis: in exultatione metent. te colligẽte & in vnũ gregẽ cogẽte qui nũc gemũt & plorãt/cõuersionẽ ecclesie tue expectantes: fructũ penitẽtie sue in gaudio recipiẽt. 6
Eũtes ibãt & flebãt: mittẽtes semina sua. Venientes autem venient cũ exultatione: portantes manipulos suos. in captiuitate adhuc existentes cultores tui peregrinabantur & plorabant: que poterant melioris vite fundamenta iacientes. sed ex captiuitate reuertẽtes cõuertentur ad te cũ gaudio: bonis operibus manus oppletas habentes. 7 8

ADVERTE. Primo versu. in cõuertẽdo dñs captiuitatẽ sion: ex hebræo/cum conuerteret dominus

captiuitatē sion. & hic sermo melior est: & satius hoc pacto vertisset interpres. quod si voluit grecam formā seruare: saltē dixisset in cōuertēdo dñm/captiuitatē sion. nā & hoc pacto grece legitur. εν τω επιστρεψαι κυριον την αιχμαλωσιαν σιων. sed hoc loquēdi schema (etsi grecis frequens) nō est latinis assuetū. ceterū neq; in alijs locis obseruat interpres/vt id psalmi 4. cū inuocarem. cū clamauero: vbi grece similis orationis contextus habet/εν τω επικαλεισθαι με/εν τω κεκραγεναι με. & inumeris alijs in locis. ¶ Secūda eiusdē primi versus particula facti sumꝰ sicut cōsolati: ex hebræo/facti sumꝰ sicut somniātes. quod designat pios tēpore cōuersionis illius cū illā vite reformationē incoari videbūt: gestire quidē gaudio/sed timere ne & ipsi somniēt/& ne nō vere videāt que fieri incipiūt. vt accidere solet ijs/qui diu versati sunt in malis: si grāde aliqd & preter spem bonū acciderit eis/gestiūt quidē sed timēt sibi somnio illudi/& aliquādiu subdubitāt an plane vigilent. & quid mirū: cum & petrus apostolus duce angelo per platæas hierusalem solutis suis catenis/vltro ei foribus carceris patefactis ducere: dormire se putabat visumq; videre & somnio illudi. & placeat filio dei qui solus captiuitatē nostram cōuertere potest/tam fœlici tāq; beato & optato reductiōis tēpore nos esse natos. & si totā videre nō dabit: saltē particula tribuat. Q d & ita futurū suspicant nōnulli ex tropheis glorioſi principis Emanuelis lusitanie sceptra moderātis/cuius classis nunc ad antipodas & terre hypogium penetrat/nunc permeat ad austrum & brume solsticium transcendit/nunc ad exortus citato cursu vltimos africe nomadas/garamantes/ethiopes/arabes/persas/vbiq; locorum victrici pretēso eleuatoq; Christi vexillo post terga relinquit & tandē ad macrobios peruenit Taprobanitas & Cananoritas/& mille alia nobis sine nominibus loca. sed quid hec alijs inaudita seculis/nunc autem audita/nobis pretēdunt: non inelegāti carmine cecinit qui dixit.

Deus cunctis ex gentibus vnam
Iam facturus: iter pandit. quo iungere possit
Ortus & occasus facili cōmertia nixu. Sed que nām alia cōmertia velit deus: nisi pietatis/& vere agnitionis Christi sui qui saluare venit aias: nulla ,pfecto alia crediderim. & faciat deus nostra secula: hac sua visitatione fœlicia. ¶ Quinto versu conuertere: rectius conuerte. tum ex hebræo. tum etiā quia conuertor apud nos passiuum nō deponens esse solet. Et in principio hieronymus cum conuerteret dñs captiuitatē sion: dixit conuerteret/nō quasi deponēte vsus cōuerteretur. At dices ergo psalmi sexti/versu quarto legendū est conuerte dñe & eripe animā meā. nam illic quod greci dicunt επιστρεψον/idem habetur vocabulū. Minime legendum erit cōuerte. nam passiue illic tenetur vocabulū quasi dicat tu dñe qui auersus es cōuertaris ad me: qui recessisti/reuertaris ad me. at in huius psalmi quinto versu si passiue capias: nullā eruas intelligentiā. quapropter necessitate legendū est cōuerte. ¶ Septimo versu. mittentes semina sua. ex tralatione romana id mutuamus. nam tralatio nostra habet: portantes semina sua/paulo vicinius ad hebraicā/vbi legimꝰ portans ad seminandum semētem. quasi ante reductionem & cōuersionem ecclesie: pij quidem miseriā seculi sui plorantes/semina habeant pie vite/sed vbi ea seminent non habeant. reductione autem facta: & seminabunt & aceruos messium aggregabunt in horreo dñi sabaoth.

¶ Cāticum graduum salomoni. CXXVI.

1 NIsi dominus edificauerit domum: in vanū laborauerunt qui ędificant eam.

2 Nisi dominꝰ custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam.

3 Vanum est vobis ante lucē surgere/surgere postq̄ sederitis: qui manducatis panem doloris.

4 Cū dederit dilectis suis

¶ Cāticum graduum salomoni. CXXVI.

NIsi dominus edificauerit domum: in vanum laborant qui ędificant eam.

Nisi dominꝰ custodierit ciuitatē: in vanū vigilant qui custodiunt eam.

Inuanum est vobis ante lucē surgere/surgite postq̄ sederitis qui manducatis panem doloris.

Cū dederit dilectis suis

¶ Cāticum graduum salomoni. CXXVII.

NIsi dominus edificauerit domum: in vanū laborauerunt qui ędificant eam.

Nisi dominꝰ custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam.

Frustra vobis est de mane consurgere postq̄ sederitis: qui manducatis panem dolorum.

Sic dabit diligentibus se

GALL.	ROM.	HEB.
somnum: ecce hęreditas domini/filij merces fructus ventris.	somnū: hec est hęreditas domini/filij merces fructus ventris.	somnum: ecce hęreditas domini/filij mercis fructꝰ ventris.
5 Sicut sagitte i manu potentis: ita filij excussorū.	Sicut sagitte in manu potētis:ita & filij excussoꝝ.	Sicut sagitte ī manu potentis:ita filij iuuentutis.
6 Beatus vir qui implębit dęsideriū suū ex ipsis:nō confundētur cū loquētur inimicis suis in porta.	Beatus vir qui implęuit dęsideriū suū ex ipsis:nō confundētur cū loquētur inimicis suis in porta.	Beatus vir qui implęuit pharetrā suā ex ipsis:nō confundētur:cum loquętur iimicis suis in porta.

TITVLVS. Canticum graduum/salomoni. psalmus/continuata laus. spiritus loquitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Nisi dñs edificauerit domū:in vanum laborauerunt qui edificant eam. nolite putare hanc reductione/hanc edificationem sion fieri ab hoibus/quia nisi ille ipse qui omnibus dominaf extruxerit ædem suam/ecclesiā suam:frustra fatigantur qui moliuntur extruere eam. Nisi dñs custodierit ciuitatē:frustra vigilat qui custodit eam. nolite putare posse defendi sion ab hoie/quia nisi dñs ipse defenderit & seruauerit ecclesiam suam:curas/vigilias & superintēdentias perdit qui nititur custodire eam. Vanū est vobis ante lucē surgere/surgite postq̄ sederitis:qui manducatis panē doloris. frustra nitimini ante diuinā opem/ante Christi dñi visitationē respirare postq̄ in captiuitate/in illa misera tēporis cōditione detenti fueritis:qui afflictione & cōpunctione pascimini/qui cibum vestrū sumitis in lachrimis. Cum dederit dilectis suis somnū:ecce hereditas dñi/filij merces fructꝰ vētris. postq̄ serui dñi qui eūtes ibāt & flebāt portantes semina sua/mortalibus rebꝰ functi dormierint:en primū possessio dñi/filij qui dabūtur eis in mercede/fecūditas vteri eorū. Sicut sagitte in manu potētis:ita filij excussoꝝ. vt tela in dextera validissime vibrātis:fic & acres erūt post cōuersionē sion filij dilectoꝝ dñi iā dormientiū sed qui viriliter pro suo tēpore dimicauerūt. Beatus vir qui impleuit desideriū suum ex ipsis:non confundētur cum loquētur inimicis suis in porta. fœlix & electus homo ille/qui adimpleuerit & fecerit voluntatem ipsorū:non superabuntur cum congredientur in aperto aduersarios suos/in ipso ingressu munitionum eorum.

ADVERTE. Tertio versu. vanū est vobis ante lucem surgere surgite postq̄ sederitis. hoc surgite: ex tralatione romana mutuatū est quod etiā habeť grece. at gallica habet/vanū est vobis ante lucem surgere/surgere postq̄ sederitis. sed & illud surgite/& secundo loco surgere superfluum ex hebreo videť vnde habeť:frustra vobis est de mane surgere postq̄ sederitis. Eodē tertio versu. qui māducatis panē doloris:ex hebræo qui māducatis panē dolorū. sed Hieronymus in epistola ad marcellam cōsentit & probat legendū idolorū & hic poni vocabulū quod & psalmi 113 versu 12 simulachra/id est idola/illic scilicet simulachra gentium argentum & aurum. quare fieri potest:vt detracta i primaria littera reliquā particulā seruantes/solum nunc legāt dolorū:cum legendū sit sua sentētia idolorū. si igitur legimꝰ idolorū:sensus esto. frustra o gētes nitimini surgere ad deū colendū ante solis iustitie ortū/postq̄ iacueritis in ignorātia dei depressi qui educamini in falso dogmate idolorū. idoloꝝ enim cultura nō debuit ex oraculo ante aduentū Christi(qui est lux vera)desicere:qui spiritales tenebras expulit a mētibus hominū. & qui etiā nunc colūt idola (sunt enī qui colunt)frustra surgunt ad colendū deū anteq̄ Christus illis oriatur. Quarto versu. ecce hereditas dñi/filij merces fructus vētris:ex hebræo ecce hereditas dñi/filij mercis/fructꝰ vētris. vbi mercis genitiuus & fructus rectꝰ intelligiť. quasi ij qui ante conuersionē & reductionē sion ad meliorē frugē in luctu & lachrimis comederunt panē suum desiderio melioris vite/sua & aliorū peccata deplorātes:id mercedis sue pio desiderio cōsequuti sint/vt corū filij post eorū dormitionē & obtum feruētissimi & insupabiles religionis zelatores existāt. sed si legimus merces: fructꝰ genitiuꝰ intelligiť:vt ex greco dilucet ο μισθος του καρπου. Quinto versu. ita filij excussorū:ex hebræo ita filij iuuētutis. quod innuere videť:ita filij nouelle cōuersionis & reparationis sion. vt enī apostoli in primitiua ecclesia feruidi & spiritu calētes/inuicti perstiterūt: ita primitiui reductionis ecclesie/nullo metu hostiū iterriti vbiq; Christū dñm & euangelū eternū annūciabūt. neq; cōsundenť:cū loquenť inimicis suis in portis eorū. Verū hieronymus in eadē epistola que & paulo ante notata est:quod dicit excussorū/interptari potꝰ cēset vegetorū/robustorū & expeditorū. neq; hilariū hic probat qui excussos intelligebat apostolos. sed filij iuuēturis id est nouelle reductiōis ecclesie dicanť nō abrese filij excussorū/sic dictorū ad similitudinē sagitte valide excusse. illa siquidē robusta & expedita. ita filij corū qui quasi sagitte excussi & euibrāti sunt aduersus hostes dñi:similiter

vt sagitte erũt i manu dei/quo aduersarios fidei expugnet & expugnatos/fideles Christo reddãt. ¶ Sexto versu. beatus vir qui impleuit desideriũ suum ex ipsis:ex hebræo/beatus vir qui iplebit pharetrã suam ex ipsis.quo nichil aliud designari putem/q̃ beatũ & saluũ eum virũ fore/qui eorũ doctrina/sermone & oratione munitus fuerit & defensus.nisi per beatũ virũ:intelligere velis Christum dñm.qui pharetrã suam illis impleuit:vt in tẽpore inimicos suos cõfodiat & tales sint quib⁹ aduersarij eius resistere nõ possint.siquidẽ de Christo dño legitur:posuit me vt sagittã electã/& in pharetra sua abscondit me.& ipse quoq; qui eadẽ operatur que pater:electos suos cum vult ponit vt sagittas/& in pharetra sua abscondit.neq; hec indigna fuerit intelligẽtia. ¶ In eodẽ sexto versu & vltimo cõfundẽtur & loquẽtur referũtur ad filios excussorũ/siue(vt Hieronymo placuit)iuuẽtutis.tũ ex greco ου καταισχυνθησονται οταν λαλωσι τοις εχθροις αυτου εν πυλαις nõ confundẽtur cũ loquẽtur inimicis eius in portis:tum ex hebræo/nõ confundent cum loquentur inimicis suis in porta.& in oibus tralationibus ita scriptum reperi/excepta vetusta.solet tamen passim singulariter cantari/nõ confundeꝫ cum loquetur inimicis suis in porta. vt id totum/ beatus qui in principio versus positus est respiciat.& ita vetus tralatio habet.

¶ Canticum graduum. CXXVII.

1 BEati oẽs qui timen-
dominũ:qui ambu-
lant in vijs eius.

2 Labores manuum tua-
rum quia manducabis:
beat⁹ es & bene tibi erit.

3 Vxor tua sicut vitis abũ
dans: in lateribꝰ domus
tue.

4 Filij tui sicut nouelle oli-
uarũ:in circuitu m̃ese tue

5 Ecce sic benedicẽtur ho-
mo:qui timet dominum.

6 Benedicat tibi dominus
ex sion: & videas bona
hierusalem oñibus dię-
bus vite tue.

7 Et videas filios filiorum
tuorum: pacẽ sup̃ israęl.

¶ Canticum graduum. CXXVII.

BEati oẽs qui timent
dominũ:qui ambu-
lant in vijs eius.

Labores fructuũ tuorũ
mãducabis: beatus es &
bene tibi erit.

Vxor tua sicut vitis abũ
dans: in lateribꝰ domus
tue.

Filij tui sicut nouelle oli-
uarũ:in circuitu mẽse tue
Ecce sic benedicẽt oĩs ho
mo: qui timet dominum
Benedicat te dominꝰ ex
sion: & videas quę bona
sunt in hierusalem omni-
bus diębus vite tue.
Et videas filios filiorum
tuorum:pax sup̃ israęl.

¶ Canticum graduum. CXXVIII.

BEatus oĩs qui timet
dominũ:qui ambu-
lat in vijs eius.

Laborem manuũ tuarũ
cum comẽderis: beatꝰ tu
& bene tibi erit.

Vxor tua sicut vitis fru-
ctifera: in penetralibꝰ do
mus tue.

Filij tui sicut germina oli
uarũ:in circuitu mẽse tue
Ecce sic benedicẽt viro:
qui timet dominum.
Benedicat tibi dominus
ex sion: & videas bona
hierusalem oñibus diç-
bus vite tue.
Et videas filios filiorum
tuorũ:pacẽ super israęl.

TITVLVS.psalmus graduum.psalmus continuata/laus.vt in precedente:spiritus sanctus.

EXPOSITIO ¶CONTINVA. 1 Beati oẽs qui timent dñm:qui ambulãt in vijs eius. beatus vir qui ipleuerit volũtatẽ filiorũ excussorũ/sed insup vniuersi eterna fœlicitate digni estimabunt/qui habent dñi timorẽ sanctũ:qui obseruant mandata & precepta eius. 2 Labores manuũ tuarũ quia mãducabis:beatus es & bene tibi erit. o tu quicunq; times dñm & ambulas in vijs eius/quia recipies 3 mercedẽ operũ tuorũ:fœlix es/& fœlicitatẽ in futuro cõsequeris. Vxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tue. beatus quidẽ es/quia delegisti tibi sapientiã sponsam/& ipsa assimilabitur 4 viti fructifere:in parietibus thalami tui. Filij tui sicut nouelle oliuarũ:in circuitu mense tue.quos tibi sapiẽtia tua gñabis filios/assimilabunt nouellis germinatiõibꝰ oleæ:circũdãtes te in pastu & 5 susceptiõe doctrine tue. Ecce sic bñdicẽt homo:q timet dñm.hec est ea bñdictio quã adipiscet ho 6 mo:qui habet dñi timorẽ sanctũ. Bñdicat tibi dñs ex sion:& videas bona hierusalẽ oibꝰ diebꝰ vite 7 tue. Et videas filios filiorũ tuorũ : pacẽ sup̃ israel.hec est inquã ea bñdictio oia tibi ꝓspera faciat deꝰ ex mõte sctõ suo:& admittaris ad spectacula ciuitatis sctẽ oĩ euo imortalitatis tue. & i illa beatitudine ituearis eos quos tibi genueris & quos illi genuerit : sũme pacis tranqllitatẽ i dei visiõe.

GALL. ROM. HEB.

ADVERTE. Secūdo versu. labores manuū tuarū quia manducabis beatus es / & bene tibi erit: Hieronymus ex hebræo laborē manuū tuarū cum comederis beatus tu & bene tibi erit. & videt particula cū potius quadrare q̄ quia. verū intellige nichil differre: siue dicas cū comederis / siue cū comedes. beatitudo enim ab operibus nō venit sed a deo: qui paruum acceptat & magnū tribuit. quis enim / si regi porrexeris aquā & dederit tibi prouinciam regendam ob quam beatus dicaris: operi tuo tribuat potiusq̄ liberalitati gratieue regie / & certe beatitudo: gratie est nō meriti / nō operis / sed bonitatis se vltro spōteq; cōmunicātis. que si opus requirit: non causam querit sed benefaciēdi seq; propagandi occasionem / que etiam ouem perditam requirit. inuitatq; nunc minis nunc blandicijs redire nolentem.

¶Canticum graduum.

CXXVIII

1 SEpe expugnauerunt me a iuuētute mea: dicat nunc israel.

2 Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt michi.

3 Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerūt iniquitatem suam.

4 Dominus iustus concidet ceruices peccatorum / confundantur & conuertantur retrorsum: omnes qui oderunt sion.

5 Fiant sicut fœnum tectorum: quod priusq̄ euellatur exaruit.

6 De quo non ipleuit manum suam qui metet: & sinum suum qui manipulos colliget.

7 Et non dixerunt qui preteribāt benedictio domini super vos: benedixim⁹ vobis in nomie domini.

¶Canticum graduum.

CXXVIII.

SEpe expugnauerunt me a iuuentute mea dicat nunc israel / sepe expugnauerunt me a iuuētute mea: etenim non potuerunt michi.

Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitates suas.

Dominus iustus concidet ceruices peccatorum / confundantur & reuerēantur: omnes qui oderūt sion.

Fiant sicut fœnū ędificiorum: quod priusq̄ euellatur arescit.

De quo nō implębit manum suam qui metet: nec sinum suum qui manipulos colliget.

Et non dixerunt qui preteribāt benedictio domini super vos: benedixim⁹ vos in nomine domini.

¶Canticum graduum.

CXXIX.

SEpe expugnauerunt me ab adolescentia mea: dicat nunc israel.

Sepe expugnauerūt me ab adolescentia mea: sed non potuerunt michi.

Supra ceruicem meam arabāt arantes: prolongauerunt sulcum suum.

Dominus iustus concidet laqueos impiorum / confundantur & reuer / tantur retrorsum: omnes qui oderunt sion.

Fiant sicut fœnum tectorū: quod statim vt viruerit arescet.

De quo nō implębit manum suam messor: & sinum suum manipulos faciens.

De quo nō dixerūt trās / euntes benedictio domini super vos: benedixim⁹ vobis in nomie domini.

TITVLVS. canticum graduum. psalmus continuata laus. fidelis populus inducitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: dicat nunc israel. Sepe 1
expugnauerūt me a iuuentute mea: etenim nō potuerunt michi. dicat nunc populus / timori dei & 2
spūs contēplationi intētus: sepe bella michi intentarunt spiritus maligni a tempore cōuersionis & inceptionis mee. sepe michi ab ipsa mea inceptione bella michi intentarūt: sed nequaq̄ preualuerunt michi. Supra dorsum meū fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatē suam. supra 3
onus vite quod suscepi ferendū multa machinati sunt malignātes: prorogauerūt in longū tētationem suam. Dūs iustus concidet ceruices peccatorū: cōfundantur & conuertātur retrorsum oēs qui 4
oderunt sion. non in virtute mea hos impetus euasi / sed miseratione iusti dei qui conteret peruicaciam malignarū potestatū: cōteranť & confuse abeant cuncte nequitie / que ita odio flagrāt in po-

5 pulũ ſanctũ. Fiant ſicut fœnũ tectorũ:quod priuſq̃ euellatur exaruit. aſſimilẽtur herbe creſcenti in
tectis domorũ:q̃ pri⁹ arefacta emarcuit q̃ adoleuerit/ſectioniſq; tẽp⁹ aduenerit/ſic eorũ inſult⁹ irri
6 ti cadãt priuſq̃ adoleſcant & ad nocendũ perficiãtur. De quo non impleuit manũ ſuã qui metet:&
7 ſinũ ſuum qui manipulos colliget. Et nõ dixerunt qui preteribãt benedictio dñi ſuper vos: bene-
diximus vobis in noie dñi.ſimiles inquã fiant fœno illi mutili de quo neq; meſſoris man⁹ iplebit:
neq; manipulos colligẽtis/frugeſq; relecantis ſinus. & cui pretereuntes non benedixerũt dicẽtes/
benedixim⁹ vobis in noie dñi/benedictionẽ & ꝓſperitatẽ optauim⁹ vobis in verbo omnipotentis
dei/ita nulla creatura dei benedicat malignis & noxijs ſpiritualibus nequitijs.

ADVERTE.Primo & ſcẽdo verſu.ſepe expugnauerũt:recti⁹ ex ꝓprietate ſermonis oppugnauc-
rũt. Nã q expugnat vincit.q vero oppugnat:vincere conat/ſed niſi expugnet fruſtrat conat⁹/aut
ſaltẽ nõ potit victoria. verũ expugno & oppugno ſepe cõfundunt:vt hic & ſæpe alibi. niſi eni hic
cõfunderet quomodo ſubiũgeret eteni nõ potuerũt michi? Nã ſi nõ potuerũt/ſi nõ ꝓualuerũt:nõ
vicerũt. ſi nõ vicerũt:cũ id quoq; tẽtarẽt/oppugnauerũt ſolũ. ¶ Q⁹ in eiſdẽ verſib⁹ dicim⁹ a iuuẽ-
tute mea:Hieronym⁹ ab adoleſcẽtia mea. & ſanctorũ virorũ ſtat⁹ vite:in tres partes diducit.in tẽ
pus inceptionis/proficiẽtie/& perfectionis.incipiẽtes:agunt.proficiẽtes:actioni doctrinã addunt.
perfecti:actioni & doctrine contẽplationẽ & altiſſimã in deum theoriam. primi:purganꝫ.ſecundi:
purgati illuminanꝫ.tertij:purgati & illuminati perficiũtur ac conſumanꝫ. Sed pauci quos ſuperno
numine dignos/tam rara & feruẽs euexit ad ethera virtus. & oibus his ſtatibus: laquei ſunt & in-
ſultus dæmonũ nõ pauci.quos miſericors & iuſtus dñs ſuis ſuppetias ferens: benigniſſime diſſol-
uit. neq; enim auis laqueos ſibi intẽtatos diſſoluere noſſet: neq; nos nobis intẽtatos/niſi miſeratio
dei diſſolueret. & ipſe interdũ per ſe/qui per ſe ſolus bonus eſt:interdũ nobis cooperatorib⁹ id fa-
cit. ¶ Tertio verſu.ſupra dorſum meũ fabricauerũt peccatores/prolongauerũt iniquitatem ſuam:
Hieronymus ex hebræo ſupra ceruicẽ meam arabant arantes/prolongauerũt ſulcũ ſuũ.ſed quid
illic ꝑ dorſum & hic per ceruicẽ intelligitur niſi ſuſcepte obedientie iugũ:vt eni in malis/dura cer
uix peruicacia & rebellio eſt/& excuſſio obedientie:ita in bonis/ceruix obedientia eſt.ſuper hanc
igitur obedientiã bonorũ/multe ſunt machinationes dæmonũ/longi ſulci longiq; tractus tentatio
num. & hec etiã intelligentia bona eſt:& pios erudit cautioreſq; reddit. ¶ Q d priuſq̃ euellat exa-
ruit:ex hebrẽo qđ ſtat vt viruerit areſcet. quo deſignat ꝑcari/inſult⁹ malignoꝝ ſiles heri fœno:qđ
ſtatim vt oriri occepit arefiet. ſic vt oriri icipiũt male dęmonũ ſuggillatiões cõprimẽde/extinguẽ-
de enecandeq; ſunt. ¶ Sexto verſu. ipleuit ſic etiã ex greco επληροσε. recti⁹ ex hebrẽo iplebit.

¶ Canticum graduum. CXXIX.

1 DE profundis clama-
ui ad te domie: dñe
exaudi vocem meam.
2 Fiãt aures tue intẽdẽtes:
in vocẽ dęprẹcatiõis mee
3 Si iiquitates obſeruabis
domine:domine quis ſu-
ſtinẹbit?
4 Quia apud te ꝓpiciatio
eſt:& propter lẹgem tuã
ſuſtinui te domine.
5 Suſtinuit anima mea in
verbũ eius: ſpẹrauit ani-
ma mea in domino.
6 A cuſtodia matutia vſq;
ad noctem: ſpẹret iſraẹl
in domino.
7 Quia apud dominũ mi-

¶ Canticum graduum. CXXIX.

DE profundis clama-
ui ad te domie: dñe
exaudi orationem meã.
Fiãt aures tue intẽdẽtes:
in orationem ſerui tui.
Si iiqtates obſeruaueris
domine:domine quis ſu-
ſtinẹbit?
Quia apud te ꝓpiciatio
eſt:& propter lẹgẽ tuam
ſuſtinui te domine.
Suſtinuit anima mea in
verbo eius: ſpẹrauit ani-
ma mea in domino.
A vigilia matutina vſq;
ad noctem: ſpẹret iſraẹl
in domino.
Quia apud dominũ mi-

¶ Canticum graduum. CXXX.

DE profundis clama
ui ad te dñe: domie
exaũdi vocem meam.
Fiãt aures tue intẽdẽtes:
ad vocẽ dęꝑcatiõis mee.
Si iiquitates obſeruabis
domine;domine quis ſu-
ſtinebit?
Quia tecum eſt propicia
tio:cum terribilis ſis.
Suſtinui dominum/ſuſti
nuit anima mea: & ver-
bum eius expectaui.
Anima mea ad dñm: a
vigilia matutina vſq; ad
vigiliam matutinam.
Expectet iſraẹl dominũ;
quia apud dominum mi

GALL.	ROM.	HEB.
sericordia:et copiosa apd eum redemptio.	sericordia est: & copiosa apud eum redemptio.	sericordia:et multa apud eum redemptio.
8 Et ipse redimet israel:ex oibus iniquitatibus eius.	Et ipse redimet israel:ex oibus iniquitatibus eius.	Et ipse redimet israel:ex oibus iniquitatib⁹ eius.

TITVLVS. Canticum graduum. psalmus cōtinuata oratio. in spiritu populus sanctus inducitur.

EXPOSITIO CONTINVA. De ꝓfundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocem meā. de intimis 1
ꝑcordijs de nēte ꝓfunda ad te vocferaui dñe: dñe suscipe precē meā. Fiāt aures tue intēdētes: in 2
vocē deprecatiōis mee. de intimis ꝑcordijs ad te clamaui/ aperi dñe tue exauditionis auditū: vocis
feratiōi supplicatiōis mee. Si iniqtates obseruaueris dñe: dñe qs sustinebit. si pctā populi tui reti- 3
nueris dñator imēse/ si nō remiseris: qs poterit subsistere/ qs te poterit iplacatū pferre? Quia apud 4
te ꝓpiciatio est: & ꝓpter legē tuam sustinui te dñe. quia tu dñe ꝓpiciabilis/ misericors & pctā re-
laxās: & quia lex tua id edocet & mōstrat/ ego in te cōfidi. Sustinuit aīa mea in verbo eius: spera- 5
uit anima mea in dño. confidit spūs meus in Christo eius: cōfidit spūs meus in spiritu sancto cōre-
gnante & coimenso. A custodia matutina vsq; ad noctē: speret israel in dño. ab ortu suo quo diui- 6
na vallatur munitionis prouidentia vsq; ad obitum suum: populus fidelis non desinat sperare in
deo cōditore & possessore suo. Quia apud dñm misericordia: & copiosa apud eū redēptio. nō dest 7
nat sperare/ nō diffidat de venia/ non de repropiciatione/ quia apud omnidomnantē deum mise-
ratio est: & exuberans apud eum pctōrū dimissio. Et ipse redimet israel: ex oib⁹ iniquitatib⁹ eius. 8
& ipse qui oibus dñatur dimittet populo querenti se: omnes iniquitates/ & transgressiones eius.

ADVERTE. Quarto versu. quia apud te ꝓpiciatio est/ & ꝓpter legē tuā sustinui te dñe: Hiero-
nymus ex hebræo/ quia tecum est ꝓpiciatio cū sis terribilis. Paulus hebrę⁹ magis hoc pacto dicī
probat: quia tecū ꝓpiciatio vt ipse timearis. quo nobis designat/ quia tecū est ꝓpiciatio / nā tu so-
lus pctā dimittere potes: ideo timēdus es. quia si nō remiseris: nullus remittere poterit. timendus
igitur offendi/ ne nō remittas: amādus autē & adorādus/ quia tu solus bon⁹/ ꝓpicius/ & misericors/
peccata nō reseruās. Sexto versu. a custodia matutina vsq; ad noctē: ex hebreo/ a vigilia matuti-
na vsq; ad vigiliā matutinā. hoc intellige: ab igressu hui⁹ mūdi/ ad ingressū alteri⁹ semp in deo esse
sperandū/ neq; spem miserationis & bonitatis eius vnq; esse intercipiēdā. quā quidē beatā spem/ &
suā sanctā miserationē: nobis indulgere dignet qui sol⁹ est supbon⁹ & supbn̄dictus in secula. amē.

Canticum graduum. CXXX.	Canticum graduum. CXXX.	Cāticum graduū/ Dauid. CXXXI.
1 Domine nō est exaltatum cor meū: neq; elati sunt oculi mei.	Domine nō est exaltatū cor meū: neq; elati sunt oculi mei.	Domine nō est exaltatū cor meū: neq; elati sunt oculi mei.
2 Neq; ābulaui i magnis: neq; i mirabilib⁹ sup me	Neq; ābulaui i magnis: neq; i mirabilib⁹ sup me	Et nō ābulaui i magnis: & in mirabilib⁹ sup me.
3 Si non hūiliter sentiębā: sed exaltaui animā meā.	Si non hūiliter sentiębā: sed exaltaui animā meā.	Si nō ꝓposui: & silęre fęci animam meam.
4 Sicut ablactatum super matre sua: ita retributio in anima mea.	Sicut ablactatus sup matre sua: ita retribues i anima meam.	Sicut ablactat⁹ a matre sua: ita ablactętur a me anima mea.
5 Spęret israel in dño: ex hoc nūc & vsq; in sęculū.	Spęret israel in dño: ex hoc nūc & vsq; in sęculū.	Expecta israel dominū: a modo & vsq; in ęternū.

TITVLVS. Canticum graduum/ dauid. psalmus/ laus continuata. populus sanctus inducitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Domine nō est exaltatū cor meū: neq; elati sunt oculi mei. domi- 1
ne in cunctis prosperis & gratijs tuis nō extuli in me animā meam: neq; oculos meos in superbia
leuaui. Neq; ambulaui in magnis: neq; in mirabilibus sup me. neq; magnus videri volui: neq; ad- 2
mirabilis in ijs que sunt supra me et que nō sunt in mea potestate. Si nō humiliter sentiebam: sed 3
exaltaui animā meam. Sicut ablactatū est super matre sua: ita retributio in anima mea. o domi- 4
ne/ si fragilitatem nature mee nō metiebar/ si nō meditabar me quantū ex me nichil esse & posse/
sed omnia a te/ si nō id feci: sed extuli in superbia cogitationē meam. sicut depellitur puer a lacte:

5 ita michi repende & depelle me abs te & a gratia tua reijce. Speret ſrael in dño: ex hoc nunc & vſq; in ſeculum. ſperent & bene fidant in te domine qui in humilitate cordis querũt te agnoſcere: neq; deſinant ab hoc ſeculo in alterum / nullum quidem habiturum finem in te ſperare.

ADVERTE. Secundo verſu. Neq; ambulauı in magnis: neq; in mirabilib⁹ ſuper me. qui ambulare volunt in magnis & mirabilibus ſuper ſe: vani quidam ſunt & nimia curioſitate decepti: qui poſt deliramenta magica cõfortiaq; dæmonũ inſaniunt. qualis olim Simon magus / Apollonius / Carpocrates. & ante eos Zoroaſter / Oſtanes / Apuſcorus / Zaratus / Marmaridius / Hippocus / Zarmocenides monſtroſa noıa: qui huius infamie nota inurũtur oẽs. ¶ Et tẽpeſtate noſtra (quod magis dolẽdum eſt) ſunt qui vſq; adeo mente caligant vt ſe appellare magos aperte audeant / & polliceri cogitatus ſuos alteri (modo nõ ſit penitus rudis & artis ignarus) trãſfundere poſſe / & contra vicarios recipere quãtũcunq; & quãdocũq; libuerit / neq; locorũ interualla id impedire / nullis ſignis / nullis ſermonibus / nullis nunciıs / nullis litteris / nutibus aut ſpiritibus illis opus eſſe vt viciſſim mentem aperiant & mentis arcana prorſus alteq; rimẽtur. Ignarus es litterarũ omniũ: ſi te illorũ cõmittis ſtudio / ſemũcia dieı id eſt vnius hore ſpaciolũ te latinũ / græcũ hebraicũ chaldæũ & omnis lingue ſcientẽ remittet / niſi illorũ nimis impudẽs & audax / falſa ſit aſſertio. At libentius crediderim: ſi te illorum magiſterio crediderıs vbi antea oıa illa perbelle callueris / ſolius horule interuallũ te omnium illorũ remittet ignarum / te iuſte ferıente diuina vltione que huiuſmodi ſapiẽtes iuxta Eſaie oraculũ conuertit retrorſum / & ſcientiã eorũ ſtultam facit. ¶ Sunt alıj qui pactolos & aurea flumina promittunt: emendicantes miſerabiliter aſſem. Promittunt omnẽ ſanitatem: ſub ophthalmiæ & podagræ cruciatibus perſepe gemẽtes. imo ſanitatem polliceri parum illis videtur: niſi inſuper & ſe poſſe imortales homines reddere amota calendi / frigendi / bibendi & comedendi neceſſitate inaniter iactent / ſicq; eos purgare vt ſint omniſcientes & vi propria vbiq; exiſtentes / & hec omnia diſtillationibus quibuſdã ſublimationib⁹ & ſiderũ fœlicitationib⁹ ſe preſtare: & ad cumulum infamie addunt ſe nouos angelos creare poſſe. & hi omnes ambulant in magnis & in mirabilibus ſup ſe & a deo deiq; gratia excidẽrũt ablactatiq; ſunt ſicut ablactat⁹ puer a matre ſua. & in illis preſentis pſalmi impletur oraculũ. ¶ Illis ꝓxime adlaborãt genethliaci & qui militia celi tam caſſo ſupputationũ labore ad futurorũ euẽta fatigant q̃ ſuperſtitioſe & miſere illo abutũtur. qui & vero totius nature principe neglecto / cui⁹ ſolius eſt mutare tẽpora & etates & tranſferre regna atq; cõſtituere: quoſdã per vices chronocratoras inducunt quibus dant vniuerſi decurſus tẽporis imperium / ac ſi adhuc ſaturnũ / louem / martẽ / ſolem / venerem / mercuriũ & lunam gentilitio ritu colere mus / nunc hunc nunc illum dominũ hore / anni / temporũ vocantes. quaſi illorum ſit pacem / bella / annonam / ſterilitatem / influxum ſalubrem aut peſtilentem / cuiuſq; pro ſuo tempore diſpenſare. Et ne ſemper mentiri cogantur: ad phitomantias ſe plerũq; conuertunt. qui tunc etiam ſua ſacrilegia nomine aſtrologie defendunt. & hi ambulare volũt in magnis & in mirabilibus ſuper ſe / & a gratia dei ablactati ſunt. ¶ Sed quid de ijs dicendum qui circea adminiſtrant pocula: vt ſtigmata manuum / pedum & lateris appareant ad noua ementiẽda miraculorũ portenta. qui & ſomnifera propinant quo mens venefico ſtupefacta poculo / viſionum illuſionibus facilius ſubiaceat / & illuſa credat eſſe diuina que re vera ſunt diabolica. non eſt obſcurum videre illos ablactatos & traditos morti & inferno cum quo ferale pepigerunt fœdus. ¶ Sed nõne qui orant / qui ieiunãt & certas obſeruationes ſcriptas faciunt vt reuelationes patiãtur & conſcij ſint futurorum euentuũ etiam & ij ambulare volunt in magnis & in mirabilibus ſuper ſe? Nimirum ambulare volũt. & ſi que talibus fiunt apparitiones (quia ſunt ablactati ab vbere diuine gratie) illuſiones ſunt. Et pontifices intenti eſſe debent ac vigiles ne aliquid talium accidat: alioqui ad tribunal magni dei euocandi / aliquãdo rationem ſunt reddituri. Vigilare inquã ne magi / venefici / epodi / diuinaculi / onirocõpi / periedri & quicũq; tales ex dæmonũ ſchola: tãq; fallax herba veneni inter ſalutares herbas inaſcant. & eorũ magias / veneficia / ſtœchimãtias / necromantias / exorciſmos / notarias / clauiculas / ſemãphoras / almadelas / paulinas / ſpecula / ſigilla / characteres / imagines / ãnulos / ligaturas / ſortes p pelues / gladios / pſalteria & id gen⁹ (vt martyr Hirene⁹ vocat) periargias vaniſſimaſq; curioſitates vindicibus flãmis diligẽtiſſime mandare. ¶ At forte illis parcendũ / & nequaq̃ huic miſerabili turbe miſerẽdi ſunt: qui p̃dia / poſſeſſiones / terras / diuitiaſq; omnes diffluant in fumũ / vt puluerem illum cataractum reperiant quem ſi fundas in mare totum ebulliat aurum / niſi & hanc ſuam cõmẽtationem vere credas impudentiſſimi mendacij fumum. Inferendi profecto ſunt. qui & ſi non corpore (nam huiuſmodi hommes ne nuditatem contegant infelix & miſeranda vt plurimum inopia premit) mente tamen ambulant in magnis & in mirabilibus ſuper ſe. chalcimicos autẽ tales appellant metallorũ naturas adulterantes (id enim vocabulũ ſonat) & pro poſſibilibus ſpe pluſq̃

pertinaci impossibilia sectãtes. & si nostro æuo hoc videt incurabile malũ: futuris tamen ab hoc morbo respirandum esse & precãdum est & optandũ. ¶ Tertio versu. si non humiliter sentiebam sed exaltaui animam meam: Hieronymus ex hebræo / si non proposui & silere feci animã meam. Paulus hebræus / vbi hieronymus habet si non proposui: ex hebræo legẽdum censet / si non subieci. & id ad editionem septuaginta / & nostram psalmodiam conspirantius. vult itaq; hunc esse sensum. si non subieci & humiliaui animam meam / si non sedaui ab huiusmodi vanis cõceptionibus / sicut sedari & compesci solet infans ablactatus a matre sua: ita vt feci / retributio fiat in aima mea. & hanc particulam sicut ablactatus super matre sua: reuocat in versum precedẽtem / id est tertiũ / non autem in particulam sequentẽ. & vtrobiq; hic & illic: sententia non indigna est. ¶ Quinto versu. speret israel in domino / ex hoc nunc & vsq; in seculum: ex hebræo / expecta israel dominũ a modo & vsq; in eternum. verum sperare / sustinere / expectare: eandem pene retinẽt intelligentiã. quid enim aliud sperare in domino: q̃ certo & sine aliqua ambiguitate retributionem seruitij / & multo etiã seruitiũ meritũq; si quod est / excedentẽ pstolari ac expectare? & quid mirũ? nam si culpiã bono seruo domini bonitas & benignitas est explorata: is sine vlla ambiguitate mercedẽ seruitij sui in fine expectat. & hoc est sustinere & sperare. sed mali serui / cũ & ipsi norint dominum suum esse iustum: non sic sperant / non sic sustinent dominum suum. qui tamen prudentiores sunt: agnoscentes dominum suum esse clementem & benignũ / negligentiam suam accusantes precãtur dominũ veniãq; merent. sed eos tũc & in futurum / bonos seruos esse oportet. alioqui se sic accusare: est domino illudere / & congerere sibi domini sui iram in die tribulationis & vindicte. ita ad deum nos habere oportet: qui solus bonus / benignissimusq; & iustissimus est. qui & nobis tribuat sic sibi seruire: vt nichil nobis sit dulcius q̃ ipsum dominum nostrum cogitare / q̃ eum sic sustinere / q̃ in ipso sperare. cui sit honor omnis / cultus omnis & reuerentiq; cuncte creature. Amen.

¶ Canticum graduum. CXXXI.

1 MEmẽto domine dauid: & omnis mansuetudinis eius.
2 Sicut iurauit domino: votum vouit deo iacob.
3 Si introiero in tabernaculum dom⁹ mee: si ascẽdero in lectum strati mei
4 Si dedero somnum oculis meis: & palpebris meis dormitationem.
5 Et requiem temporibus meis donec inueniam locum domino: tabernaculum deo iacob.
6 Ecce audiuimus eam in ephrata: inuenimus eam in campis silue.
7 Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.
8 Surge domine in requiẽ

¶ Canticum graduum. CXXXI.

MEmẽto domine dauid: & omnis mansuetudinis eius.
Qui iurauit domino: votum vouit deo iacob.
Si introiero in tabernaculum dom⁹ mee: si ascẽdero in lectũ strati mei.
Si dedero somnum oculis meis: et palpebris meis dormitationem aut requiem temporib⁹ meis.
Donec inueniam locum domino: tabernaculum deo iacob.
Ecce audiuimus eam in ephrata: iuenim⁹ eam in campis silue.
Introiuimus in tabernaculum eius: adorauimus in loco vbi steterunt pedes eius.
Exurge domie in requiẽ

¶ Canticum graduum. CXXXII.

MEmẽto domine dauid: & omnis afflictionis eius.
Qui iurauit domino: votum vouit deo iacob.
Si intrauero in tabernaculũ dom⁹ mee: si ascẽdero sup lectũ stramis mei.
Si dedero somnum oculis meis: et palpebris meis dormitationem.
Donec inueniam locum domino: tabernaculum deo iacob.
Ecce audiuimus illum in ephrata: inuenim⁹ illum in regione saltus.
Intrẽmus in tabernacula eius: adorẽmus scabellum pedum eius.
Surge domine in requiẽ

tuam:tu & arca ſanctifi-
cationis tue.
9 Sacerdotes tui induãtur
iuſtitia:& ſcti tui exultẽt.
10 Propter dauid ſeruũ tu-
um: non auertas faciem
chriſti tui.
11 Iurauit dominus dauid
veritatẽ & nõ fruſtrabit
eum:de fructu vẽtris tui
ponã ſuper ſedem tuam.
12 Si cuſtodierint filij tui te-
ſtamẽtũ meũ:& teſtimo-
nia mea hec q̃ docebo eos
13 Et filij eorum vſq; in ſe-
culum:ſedebunt ſuper ſe
dem tuam.
14 Quoniam elegit domin⁹
ſion: elegit eam in habita
tionem ſibi.
15 Hec requies mea in ſecu
lum ſeculi: hic habitabo
quoniam elegi eam.
16 Viduam eius benedicẽs
benedicam:pauperes ei⁹
ſaturabo panibus.
17 Sacerdotes eius induam
ſalutari:& ſancti eius ex-
ultatione exultabunt.
18 Illuc producã cornu da-
uid:paraui lucernã chri-
ſto meo.
19 Inimicos eius induã con
fuſione:ſup ipſũ autẽ ef-
florebit ſanctificatio mea.

tuam:tu & arca ſanctifi-
cationis tue.
Sacerdotes tui induãt iu
ſtitiã:& ſcti tui exultent.
Propter dauid ſeruũ tu-
um: non auertas faciem
chriſti tui.
Iurauit dñs dauid veritа
tẽ: & non fruſtrabit eũ.
De fructu ventris tui po
nam ſuper ſedẽ tuã ſi cu-
ſtodierit filij tui teſtamẽ-
tum meũ: & teſtimonia
mea hec q̃ docebo eos.
Et filij eorum vſq; in ſe-
culum ſeculi:ſedebunt ſu
per ſedem meam.
Quoniam elegit domi-
nus ſion:prælegit eã in
habitationem ſibi.
Hec requies mea in ſecu
lum ſeculi: hic habitabo
quoniam prælegi eam.
Viduam eius benedicẽs
benedicam:pauperes ei⁹
ſaturabo panibus.
Sacerdotes eius induam
ſalutare:& ſãcti eius ex-
ultatione exultabunt.
Illic producã cornu Da-
uid:paraui lucernã chri-
ſto meo.
Inimicos eius induã con
fuſione:ſuper ipſũ autem
florebit ſanctificatio mea.

tuam:tu & arca fortitu-
dinis tue.
Sacerdotes tui induãt iu
ſtitiã:& ſãcti tui laudent.
Propter dauid ſeruũ tu-
um:ne auertas faciẽ chri-
ſti tui.
Iurauit dñs dauid veritа
tem:& nõ auerteẽ ab ea.
De fructu ventris tui:po
nam ſuper ſedem tuam.
Si cuſtodierit filij tui pa-
ctum meũ:& teſtificatio-
nẽ meã quã docuero eos
Et filij eorum vſq; in æter
num:ſedebunt ſup thro-
num tuum.
Quia elegit dominus ſi-
on:deſiderauit eam in ha
bitaculum ſibi.
Hec requies mea in ſem-
piternum: hic habitabo
quia deſideraui eam.
Venationem eius bene-
dicens benedicam: pau-
peres ei⁹ ſaturabo pane.
Sacerdotes eius induam
ſalutare:& ſancti eius lau
de laudabũt.
Ibi oriri faciã cornu da-
uid:paraui lucernã chri-
ſto meo.
Inimicos eius induã con
fuſione:ſuper ipſũ autem
floreбit diadema ei⁹.

TITVLVS. Canticũ graduũ. Pſalmus de Chriſto dño. Propheta in ſpiritu loquitur.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Memẽto dñe dauid:& oĩs mãſuetudinis eius. recordare dñe hymnidici laudatoriſq; tui dauid:et oĩm q̃ eq̃nimiter & mãſuete tulit paſſus eſt & operat⁹. Sicut iurauit dño:votũ vouit deo iacob. memẽto dñe pſaltis & vatis tui qui inſpiritu iureiurãdo cõteſtatus eſt domino:qui in ſpiritu pollicitationẽ pollicit⁹ eſt dño. Si introiero in tabernaculũ dom⁹ mee:ſi aſcẽdero in lectũ ſtrati mei. Si dedero ſõnũ oculis meis:& palpebris meis dormitationẽ. Et requiẽ tẽporibus meis donec inueniã locũ dño:tabernaculũ deo iacob. hec mea ꝓteſtatio hec mea pollicitatio nõ intrabo i penetralia habitationis mee:nõ aſcẽdã in cubile lecti mei. nõ reclinabo oculos meos in ſõno:& palpebras meas in dormitatione. neq; vlla erit reges vite mee donec locus Meſſie locus Chriſti domini michi ſit oſtenſus:& oſtenſum habitaculum dei iacob. Ecce audiuimus eã in ephra-

ta:inuenimus eam in campis silue. ecce edisserente spiritu/hausimus locum eius esse in bethleem/
ecce diuino afflatu comperimus eum esse in planiciebus deserti. Introibimus in tabernaculū eius: 7
adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. intrabimus in locum ortus eius: venerantes procede-
mus in solum quod presserunt sancte plante eius. Surge domine in requiem tuam: tu & arca san- 8
ctificationis tue. veni domine in habitationem tuam/in hereditatem tuam in quam elegisti quiesce-
re: tu & quod tibi assumpsisti in carne sanctificatum templum tuum. Sacerdotes tui induantur iu- 9
stitiam: & sancti tui exultent. sacri pontifices tui ornentur æquitate legis tue: & fideles tui spirituali
letitia exundent. Propter dauid seruum tuum: non auertas faciem Christi tui. ob precem psaltis tui 10
& serui tui dauid: ne differas in longum aduentum messie tui/salutaris mundi/regis futuri seculi.
Iurauit dominus dauid veritatem & non frustrabitur eum: de spiritu vētris tui ponam super sedem 11
tuam. Iureiurando affirmauit deus vati suo dauid in veritate sua & in verbo suo/neq; irritum fa-
ciet iusiurandum suum: Christum dominum de semine tuo descendentem stabiliam in regno tuo.
Si custodierint filij tui testamentum meum: & testimonia mea que docebo eos. Et filij eorum: vsq; 12
in seculum sedebunt super sedem tuam. & non solum dabo Christum & Messiam regnantem de se- 13
mine tuo/sed & si nati tui legem meam seruauerint: & que testatus fuero eis per prophetas meos/
& quę eos instruxero. & filij identidem sui seruauerint/non auferā ab eis regnū: sed vsq; in finem
regnabit aliquis de semine tuo in regno tuo. Quoniam elegit dominus sion: elegit eam in habi- 14
tationem sibi. non quia cuiusq; tale sit meritum sed quia in bona voluntate sua complacuit deo ac-
ceptare ecclesiam Christi sui: complacuit & accepit eam in hereditatem sibi. Hec requies mea in 15
seculum seculi: hic habitabo quoniā elegi eam. ab hoc versu in finē verba dei & eius per se oracu-
lum. ego dominus requiescam in perpetuum in sion/in ecclesia Messie mei: in ea permanebo quo-
niam delegi eam/quoniam sic placitum fuit michi elargiri ei gratiam meam. Viduam eius bene- 16
dicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus. relictam eius multiplici benedictione perfun-
dam: & spirituali paupertate in ea gaudentes pane cæli/cælesti alimonia pascam. Sacerdotes eius 17
induam salutari: & sancti eius exultatione exultabunt. antistites sion implebo Christo meo: & puri-
ficati eius multiplici exuberabunt spirituali exhilaratione. Illuc producam cornu dauid: paraui lu- 18
cernam Christo meo. in sion proferam Christum meum: iam aptaui preconem qui parabit viam
vncto meo/Messie meo. Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctifica- 19
tio mea. iudæos & eos qui aduersabuntur Christo meo / æterno percutiam pudore sempiternoq;
opprobrio: super ipsum autem efflorescet nazareitudo sua / sanctitatis plenitudo & eminentia / &
nazareus sanctusq; eminenter erit & dicetur.

ADVERTE. Secūdo versu/sicut iurauit domino votum vouit deo iacob: ex hebræo/qui iurauit. si-
militer in tralatione romana qui iurauit. quare potius legendum videtur qui q̄ sicut. sed ex codice
græco pependit error. quia os cum scribitur per o micron relatiuū est & significat qui: cum vero p
ω mega similitudinariū est/& denotat sicut. Itaq; facile factu vt in principio secundi versus inter-
pres noster o paruum pro o magno acceperit & verterit sicut/cum conuertendum fuisset qui. verum
& nunc/multi codices græci habent: ωσ ωμοσε/sicut iurauit. ¶Quinto versu. & requiem tempo-
ribus meis donec inueniam locum domino/tabernaculum deo iacob: hec particula/& requiem tem
poribus meis ex hebræo non habetur/neq; satis videtur accommoda. nam quo pacto congruit pol-
licenti & vouenti se non intraturū in domum suam/non ascensurum in stratum suum/non dormitu-
rū/nō clausurū palpebras suas ad dormiendū priusq; sibi pateret & reuelatus & ostēsus esset loc⁹
vbi Christus dominus nasceretur/vbi diuersaretur/cum id tam e vicino expectet a spiritu sancto spe-
ctaculum/quo pacto/inquā adijceret/non dabo requiem tēporibus meis/quod non iam aliquid vici-
num/sed remotū potius significare videtur/sed forte interpretes id adiecerunt/volentes precedēn-
tia interpretari: quasi propheta id diceret non habiturus sum requiem in vita mea nisi prius vi-
deam vbi Christus domin⁹ nasceť/vbi diuersabitur. sed id minime oportęre videtur. neq; quod pre-
mittitur de strato/de somno/de dormitione: apte de morte Dauid iterp̄taretur. quia continuo post
suā iureiurando protestationē: subiūxit locū vbi Christus dñs nasceret. nā i Ephrata. Ephrata enī &
Bethleem idem sūt. & vbi diuersaretur. nā i cāpestrib⁹ Iudææ: vbi toties & tam frequēter secute sūt
eum turbe/& vbi tot & tanta diuinitatis sue manifestauit opera. ¶Vndecimo versu. iurauit domin⁹
dauid veritatē & nō frustrabitur eū/de fructu vētris tui ponā sup̄ sedē tuā: Hieronym⁹ ex hebræo/iu-
rauit dñs dauid veritatē & non auertetur ab ea. quare nobis dicendum videtur / & non frustrabitur
eam. ac sit sensus/iurauit dñs veritatē ipsi dauid/& implebit eam nulloq; pacto sinet irritā. hic ta-
men & illic sensus verus est. quia neq; fefellit dauid: neq; veritatē suā irritam fecit. ¶Sextodecimo
versu. viduā eius bñdicens benedicā/pauperes eius saturabo panib⁹: ex hebræo/venationē ei⁹ bñdi-
cens benedicā. septuaginta similiter ΤΗΝ ΘΗΡΑΝ ΑΥΤΗΣ ΕΥΛΟΓΩΝ ΕΥΛΟΓΗΣΩ venationē eius

benedicens benedicã. sed mutata prima littera dictionis θηραρ: factum putat Hieronymus/ vt vsus inoleuerit legẽdi χηραρ id est viduã. q̃q̃ & nunc in codicibus græcis impressis legeri θυραρ id est portam: mutata secunda littera id est η in υ. quod non minore allucinatione factum puto. Symmachus & Aquila vocabulum quod hic hebraice habetur interpretati sunt βρωματα id est cibaria. Paulus hebræus/ potius ex hebreo censet esse legendũ: escam viatorũ eius benedicens benedicam. quod de eucharistie sacramẽto & celesti illo pane qui ineffabili quadã superna benedictione de cælo descendit ad elargiendã viatoribus æternã vitam: putat intelligendum. quod vero subiungitur/ pauperes eius saturabo pane vt ex hebræo legitur: illius prime particule quedam explicatio est. hoc salutari induunt sacerdotes: qui ipsum sumunt. hac alimonia exultant sancti eius. hoc sacramento requiescit deus i sion. hoc eodem habitat nobiscum vsq; ad cõsumationẽ seculi. Quare operepreciũ magis puto esse legẽdũ vt Paulꝰ hebræus cẽsuit. nã viduã non esse legẽdũ Hieronymꝰ etiã fateꝫ eroremq; detegit. venationẽ: non æque quadrat/ cogitantibus mysteriũ. cibaria quod symmachus & aquila habent etsi appropinquat: ponere tamen escã viatorũ nonnichil (vt sic dixerim) energiosius sonat. adde & quod id proprie (ceu lingue illius periti volunt) hebraica dictio hic posita significat. quapropter tã tute q̃ pie nobis versus in ecclesijs a modo legendus & canendus erit. viaticum eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo pane. ¶ Vndecimo versu. Super ipsum autẽ efflorebit sanctificatio mea: ex hebræo/ super ipsũ autẽ florebit diadema eius. & sunt qui ita exponunt super ipsũ autẽ eminebit corona sua. nam et de domino alibi dicitur. gloria & honore coronasti eũ: et cõstituisti eũ sup opera manuũ tuarũ. sed Paulꝰ hebræus ex hoc loco trahi vult quod in Matthæo dictũ est. qñ nazareus vocabit. & hic potiꝰ haberi super ipsũ autẽ florebit nazareitudo sua/ siue hec sanctificatio intelligenda sit/ siue diadema/ siue corona/ siue bractea aurea in fronte sacerdotis/ magno dei nomine inscripta. neq; in expositione sua: sacer Hieronymus procul ab hac sententia discedit. fateturq; satis hoc loco haberi: quod nazareum sonat. igitur quia nazareitudo/ vocabulum ligue nostre aptum non est: sanctitudo aut sanctificatio apte legatur. sed in fine versus nostri: tum ex hebræo tum ex expositoribus sua potius q̃ mea legendum. est enim de quo sermo habetur: per se sanctus/ & ceteri per participationem eius. ego inquit sanctifico meipsum: vt sint sanctificati et ipsi in veritate. ipse diadema siue corona glorie. ipse paternum ineffabile nomen substantialiter portans. ipse se ipso nazareus: ceteri vero per eum vt nazarei sint & nazarei dicantur proprietatem participant ac assequuntur.

¶ Canticum graduum. CXXXII.

1 Ecce q̃ bonũ et q̃ iocũdum: habitare fratres in vnum.

2 Sicut vnguentum in capite: qđ descendit in barbam/ barbam aaron.

3 Quod descẽdit in orã vestimẽti eius: sicut ros hermon qui descẽdit in mõtem sion.

4 Quoniam illic mandauit dominus benedictionem: et vitam vsq; in seculum.

¶ Canticum graduum. CXXXII.

1 Ecce q̃ bonum & q̃ iocũdum: habitare fratres in vnum.

2 Sicut vnguentum in capite: quod descẽdit in barbam/ barbam aaron.

3 Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros hermon qui descendit in montem sion.

4 Quoniam illic mandauit dominus benedictionem: & vitam vsq; in seculum.

¶ Canticum graduum. Dauid. CXXXIII.

1 Ecce q̃ bonum et q̃ decorum: habitare fratres vna.

2 Sicut vnguentum optimum in capite: quod descendit i barbam / barbã aaron.

3 Quod descendit sup orã vestimentorum eius. Sicut ros hermõ: q descẽdit super montana sion.

4 Quoniam ibi mandauit dominus benedictionem: & vitam vsq; i æternum.

TITVLVS. Canticũ graduũ Dauid. Psalmus de Christo dño. Propheta in spiritu loquitur.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Ecce q̃ bonũ et q̃ iocundũ: habitare fratres in vnũ. en quantũ boni/ en quantũ delectabilis et decori: q̃ filij Messie/ regenerati ecclesie cõgregenẽ simul/ et in fidei vni-

fate vocentur/simul habitent & sit omnibus anima vna et cor vnū. Sicut vnguentū in capite: quod descendit in barbā/barbā aaron. Quod descēdit in orā vestimēti eius:sicut ros hermon qui descēdit in montē sion.bonū/iocundū & suaue filios ecclesie cōsentire in vnū vt odorū & suaue chrisma:vertici sūmi sacerdotis aaron superfusum.quod per ora eius & vestimentorum eius fimbrias diffluxit bonū & iocundū vt gratia a synagoga deriuata in ecclesiā sion. Quoniā illic mandauit dñs benedictionem:et vitā vsq; i seculū.quid mirū si tam bonū/tam suaue & iocūdū est habitare filios Messie & ecclesie in vnū magis q̄ vnguentū aaron/magis q̄ benedictio synagoge:quia dñator æternus misit in sion Christū suū/vnctionē/sanctificationē:et imortalitatē vsq; in sempiternum. 2 3 4

ADVERTE.Secūdo versu.sicut vnguentū in capite quod descēdit in barbā/barbā aaron.vnguētū illud Christū prefigurabat:a quo benedictio & sanctificatio expectabat. ¶ Et sequēti versu/ros:cæleste & desuper aduenientē gratiā significat.qua synagoga in expectatione Messie/sancti fact⁹ vegetabat ac viuebat.sed ecclesiā Christus dñs multo amplius benedixit & sanctificauit: q̄ vnguētū illud veteris legis/aaron & synagoge sacerdotes.multo vberiorē viuificantē gratiā contulit:q̄ ros ille gratie sue/veteri olim elargitus synagoge.iccirco in fine psalmi cōcludit spiritus.quia illic mandauit dñs benedictionē:nō vnguentū/non vmbrā/non symbolū.et vitā vsq; in seculū:non rorem cito euanescentē & emarcidū. ¶ Tertio versu.sicut ros hermon qui descendit in montē sion:ex hebræo sicut ros hermon qui descēdit sup mōtana sion.siue montē siue mōtana dixeris:idē valeat. mons dicitur ob stabilē fidei vnitatē/& ob omniū regenitorū filiorū Christi cōmunionē:qui ob eā causā fratres dicunt/non carnali sed spirituali genitura/in fidei vnitate cōspirātes.quos & hic spiritus/& Paulus apostolus/& priuatiua ecclesia passim fratres appellabat.quorū tā bona/tā suauis/tā decora et iocūda in pricipio hui⁹ psalmi p̄dicat sācta vnio et societas.attēde tamē eos qui carnalē generationem sequūtur/fratres dici non posse (illa enī separat et diuidit)sed qui spiritualē longe ante ponūt non amplius prime memores/non amplius secundū primā viuere volētes/sed dūtaxat penes secūdam.hec enī copulat et counit:et in oibus vnū conflat amorē.et illa (vt dictū est) separat et diuidit: et insuper odiū pro amore dispensat.hec viuificat/illa mortificat.hec sursū agit/illa deorsū trahit et volutat.hac nō viuas:nisi illa mortu⁹ fueris.illa carnis opa amat:hec refugit.hec spirit⁹:illa caro.hec āgelis copulata:illa principi tenebrarū.hec pacis:illa belli amica.hui⁹ in vnū societas bona/suauis et supra modum decora et iocunda:illius noxia/molesta/plurimū difformis et miserabiliter nocens & anxia.de hac in actis apostolorū dicit:multitudinis autem credentiū erat cor vnum et anima vna. nec quisq̄/eorū q̄ possidebat.aliquid suū esse dicebat.sed erant illis omnia cōmunia.deus igitur det nobis generationē nostrā qua nos fratres omnes effecit et ex mortuis vocauit in vitam/agnoscere: et participes benedictionis et vite/quam illis mandauit effici. cui domino/ cui patri/cui regenerationis authori:sit æternus honor sine fine. Amen.

¶ Canticum graduum. CXXXIII.

1 ECce nunc benedicite dominum;omnes serui domini.

2 Qui statis in domo domini:in atrijs domus dei nostri.

3 In noctib⁹ extollite manus vestras in sancta : & benedicite dominum.

4 Benedicat te domin⁹ ex sion:qui fecit cælū & terram.

¶ Canticum graduum. CXXXIII.

ECce nunc benedicite dominum;omnes serui domini.

Qui statis in domo domini:in atrijs domus dei nostri.

In noctib⁹ extollite manus vestras in sancta : et benedicite dominum.

Benedicat te domin⁹ ex sion:qui fecit cælū & terram.

¶ Canticū graduū Dauid. CXXXIIII.

ECce benedicite domino: omnes serui domini.

Qui statis in domo domini:in noctibus.

Leuate man⁹ vestras ad sanctū: et benedicite domino.

Benedicat te domin⁹ ex sion ; factor cæli & terre.

TITVLVS. Canticum graduum Dauid. Psalmus/continuata laus. Propheta in spiritu loquitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Ecce nūc benedicite dominū:omnes serui dñi.ecce nūc in ecclesia Messie laudate/ exaltate et magnificate deū:vniuersi redempti eius. Qui statis i domo dñi:in atriis domus dei nostri. In noctibus extollite manus vestras in sancta:et benedicite dñm. Sacerdotes/ pō

tifices & ministri: qui addicti estis seruitio sanctuarij. & excubatis in locis sanctis eleuate manus ve-
4 stras ad Christū sactificatorē nostrū: & glorificate/exaltate & magnificate dominū. Benedicat te dns ex sion: qui fecit cælū & terrā. O populē sancte/populē electe sanctificationē suā & benedictionis & gratie sue munus super te effundat: qui dominatur omnibus/qui cuncta cōdidit cælestem pariter & terrenam substantiam/imaterialem materialemq; naturam.

ADVERTE. Tertio versu. id in noctibus in versum precedentē ex hebræo reuocandū (quod & notat Paulus hebræus) vt intelligētia sit. qui statis in noctibus in atrijs dñi. quare post noctibus distinctio est facienda: ne intelligamus extollite in noctibus manus vestras in sancta. ita etiā ab antiquo ritus ecclesie institutū: non in noctibus/sed orta iam luce sacerdotes manus suas ad sanctū dñi eleuare/hoc est ad sacramentū corporis & sanguinis ei⁹: quod est sanctū sanctorum. Id tamen aduerte vbi hoc tertio versu habemus/extollite manus vestras in sancta: ex hebræo habēri/leuate manus vestras ad sanctum. quo ꝓculdubio Christū dñm intelligimus: qui est sanctus dñi/& qui in sion manet in eo sacramento quod & vocatur & solū est sanctū sanctorū. ad quod solum omnes serui dñi et sacre rei ministri attollere manus iubentur/omnesq; animi intendere affectus. verū si in sācta dicim⁹: hoc duplicē sacrosācti sacrificij speciē nobis insinuabit. nā & ad hostiā dñici corporis/& æque ad bñdictionis calicē sanguinēq; dñi man⁹ attollim⁹/attollereq; iubemur. hec enī sācta & omni venerationis cultu adorāda: neq; ad aliā q̄ ad superimmensā & suptremēdā diuinā verbi hypostasin ptinētia.

CHALELVIA. CXXXIIII.

1 LAudate nomen dñi: laudate serui dñm.
2 Qui statis in domo dñi: in atrijs dom⁹ dei nostri.
3 Laudate dominū q̄a bonus dns: psallite nomini eius quoniam suaue.
4 Quoniam iacob ꝯlegit sibi dominus: israeł in possessionem sibi.
5 Quia ego cognoui ꝙ magnus est dominus: & de⁹ noster præ omnib⁹ dijs.
6 Omnia quecunq; voluit dominus fecit in cælo & in terra: in mari & in omnibus abyssis.
7 Educēs nubes ab extremo terre: fulgura in pluuiā fecit.
8 Qui ꝓducit vētos de thesauris suis/q̄ percussit primogenita ægypti: ab homine vsq; ad pecus.
9 Et misit signa & prodigia in medio tui ægypte: in pharaonem & in om-

CHALELVIA. CXXXIIII.

LAudate nomen dñi: laudate serui dñm.
Qui statis in domo dñi: in atrijs domus dei nri.
Laudate dñm qm̄ benignus est dns: psallite nomini eius qm̄ suauis est.
Quoniā iacob ꝯlegit sibi dominus: israeł in possessionem sibi.
Quia ego cognoui ꝙ magnus est dominus: & deus nr̄ præ omnibus dijs.
Omnia quecunq; voluit dominus fecit in cælo & in terra: in mari & ī abyssis.
Et educens nubes ab extremo terre: fulgura ī pluuiam fecit.
Qui ꝓducit vētos de thesauris suis/qui ꝓcussit primogenita ægypti: ab homine vsq; ad pecus.
Misit signa & ꝓdigia in medio tui ægypte: ī pharaonem & in omnes ser-

CHALELVIA. CXXXV.

LAudate nomen dñi: laudate serui dñm.
Qui statis in domo dñi: in atrijs domus dei nri.
Laudate dñm quoniam bonus dominus: cantate nomini eius qm̄ decens.
Quoniam iacob ꝯlegit sibi dominus: israeł in peculium suū.
Quia ego scio ꝙ magn⁹ dominus: et domin⁹ noster præ omnib⁹ dijs.
Omnia que voluit dominus fecit in cælo et in terra: in mari et in omnibus abyssis.
Leuans nubes de summitatib⁹ terre: fulgura ī pluuiā fecit.
Educens ventos de thesauris suis/qui ꝓcussit primitiua ægypti: ab homine vsq; ad pecus.
Emisit signa et portenta in medio tui ægypte: in pharao et in cunctos ser-

GALL.	ROM.	HEB.
nes ſeruos eius.	uos eius.	uos ſuos.
10 Qui ꝑcuſſit gentes mul/tas:& occidit rẹges fortes Seon rẹgem amorræorũ & og rẹgẽ baſan:& om=nia regna chanaan.	Qui percuſſit gẽtes mul=tas:et occidit rẹges fortes Seon rẹgem amorræorũ & og rẹgem baſan:& oĩa regna chanaan occidit.	Qui percuſſit gẽtes mul/tas:et occidit rẹges forteſ Seon rẹgem amorræorũ & og rẹgem baſan:& oĩa regna chanaan.
11 Et dedit terram eorum hęrẹditatem: hęrẹditatẽ iſ/raęl populo ſuo.	Et dedit terram eorũ hę=rẹditatem: hęrẹditatẽ iſ/raęl populo ſuo.	Et dedit terram eorũ hę rẹditatem: hęrẹditatem iſraęl populo ſuo.
12 Domine nomen tuum i æternũ: domine memo/riale tuum in generatio/nem & generationẽ.	Domine nomẽ tuum in æternũ: domine memo=riale tuum in ſęculum ſę=culi.	Domine nomẽ tuum in æternum:domine memo riale tuum in generatio=ne & generatione.
13 Quia iudicabit domin⁹ populum ſuum:& in ſer=uis ſuis dęprecabitur.	Quia iudicabit dominus populum ſuum:& in ſer=uis ſuis cõſolabitur.	Quia iudicabit dns po/pulũ ſuũ: & in ſeruos ſu/os erit placabilis.
14 Simulacra gẽtium argẽ/tum & aurum:opera ma nuum hominum.	Simulacra gentium ar=gentum & aurum:opera manuum hominum.	Idola gentium argentũ et aurum: opera manuũ hominum.
15 Os habent & non loquẽ tur: oculos habent & nõ vidębũt.	Os habent & non loquẽ tur:oculos habent & nõ vidębũt.	Os habent et non loquẽ tur:oculos habent et nõ vidębunt.
16 Aures habent & non au dient:	Aures habent & nõ au/dient:nares habent et nõ odorabunt. Manus habẽt & nõ pal=pabunt:pedes habent & non ambulabunt. Non clamabunt in gut=ture ſuo:neq; enĩ eſt ſpi/ritus in ore ipſorum.	Aures habent et nõ au/dient:
neq; enim eſt ſpiritus in ore ipſorum.		ſed nec eſt ſpiritus in ore eorum.
17 Similes illis fiant qui fa/ciunt ea:& omnes qui cõ fidunt in eis.	Similes illis fiant qui fa=ciunt ea:& omnes qui cõ fidunt in eis.	Similes illis fiant qui fa=ciunt ea:& oĩs qui confi=dit in eis.
18 Domus iſraęl benedici/te domino: dom⁹ aaron benedicite domino.	Domus iſraęl benedici=te dominũ: dom⁹ aaron benedicite dominũ.	Domus iſraęl benedici/te domino:domus aaron benedicite domino.
19 Domus leui benedicite domino:qui timętis do=minum benedicite dño.	Domus leui benedicite dñm:qui timętis dñm be nedicite dominum.	Domus leui benedicite domino:timẽtes dñm be nedicite domino.
20 Benedictus dns ex ſion: qui habitat in hieruſalẽ.	Benedictus dns ex ſion: qui habitat in hieruſalẽ.	Benedictus dns ex ſion: qui habitat in hieruſalẽ.

TITVLVS. HALELV IA. Psalmus/diuina laus sup confessione beneficiorũ dei. Inducitur ecclesia laudans deum ex beneficiis olim synagoge impensis.

1 EXPOSITIO ¶ CONTINVA. Laudate nomen dñi: laudate seruí dñm. Qui statis i domo domi-
2 ni: in atrijs domus dei nostri. idē sensus: vt precedētis psalmi duorũ primorũ versuũ. Laudate do-
3 minũ quoniã bonus: psallite nomini eius quoniã suaue. date laudē dño cõtẽplatione bonitatis eius:
4 date laudē verbo eius contẽplantes suauitatẽ eius. Quoniã iacob elegit sibi dñs: israel in possessio-
nem sibi. laudate dñm & date laudē nomini eius/quia domitores victorũ asciuit sibi dominus: & que
5 rentes eum agnoscere/hereditati sue ascripsit. Quia ego cognoui q̃ magn⁹ est dñs: & deus noster
pre omnibus dijs. laudate dominũ ob magnitudinẽ eius/quia me minime fugit q̃ incomprehensibi
6 lis sit & immensus: & dominatur nostri plusq̃ vniuersi spiritus participes diuinitatis eius. Omnia
quecunq; voluit fecit in cælo & in terra: in mari & in oĩbus abyssis. laudate dñm deũ nostrũ ob omni-
potentiã eius/quia quecũq; illi placuere in effectũ deduxit in cælestibus/in terrestribus: liquidisq; &
7 inferis. E ducens nubes ab extremo terre: fulgura in pluuiã fecit. qui eleuat nebularũ halitus ab vl-
timis finibus orbis: qui cum vult repentino nimioq; fulgore mortaliũ oculos ebetat & perstringit/ &
8 cum vult fulminibus elisas nubes in imbrẽ cõuertit. Qui producit vẽtos de thesauris suis: qui percus
sit primogenita ægypti ab homine vsq; ad pecus. qui validos spirituũ flatus de secretis & mortalib⁹
ignotis profert locis: qui partus primitias vna nocte internitioni dedit in terra ægypti/a primoge-
9 nitis hoim vsq; ad primogenita tumentorũ & pecudũ. Et misit signa & prodigia in medio tui ægy-
pte: in pharaonẽ & in omnes seruos eius. hoc & sequentia facile intelligis si a septimo capite Exo-
di in caput tertiũdecimum sacram historiam legis.

ADVERTE. Tertio versu. laudate dñm quoniã bonus dñs: psallite nomini eius quoniã suaue. rectius hic suaue neutrũ: q̃ in tralatione romana suauis. & ex hebræo vbi habet decens & greco vbi eius loco habetur καλον. quod epithetũ nominis est & neutrũ: non dñi. verũ interpres rectius vertisset decorũ/aut (vt Hieronymus habet) decens q̃ suaue. non tamẽ negauerim: nomen dñi pulchrum & decens & etiã suaue esse. ¶ Septimo versu. educẽs nubes ab extremo terre: fulgura in pluuiã fecit. clarius exprimit ex hebræo leuans nubes de sũmitatibus terre. ¶ Tertiodecimo versu. & in seruis suis deprecabitur: ex hebreo/et in seruos suos erit placabilis. quo designatur deus orationibus seruorum suorũ deprecabilis/exorabilis/placabilis ac propiciabilis. quod autẽ in officio romano inter pascha & pentecosten canitur/& in seruis suis consolabitur dñs: illud ex tralatione romana mutuatũ est. ¶ A sextodecimo versu i decimũseptimũ: tralatio romana plura cõtinet q̃ nostra & hebraica que & in psalmo 113 continentur/vt intuerí volenti conspicuũ est. Expositio Hieronymi huius psalmi continet tropologiam. quã qui ex psalmi historia scire volet: ad eam legendã se cõuertat.

¶HALELV IA. CXXXV.

1 COnfitẽmini domio quoniã bonus: qm̃ i æternũ misericordia ei⁹
2 Confitẽmini deo deorũ: quoniam in æternum mi sericordia eius.
3 Cõfitẽmini domino do minorum: quoniã.
4 Qui facit mirabilia ma gna solus: quoniam.
5 Qui fecit cælos in intel lectu: quoniam.
6 Qui firmauit terram su per aquas: quoniam.
7 Qui fecit luminaria ma gna: quoniam.

¶HALELV IA. CXXXV.

COnfitẽmini dño qm̃ bonus: qm̃ in sęculũ misericordia eius.
Confitẽmini deo deorũ: quoniam in sęculum mi sericordia eius.
Cõfitẽmini domino do minorum: quoniam.
Qui facit mirabilia ma gna solus: quoniam.
Qui fecit cælos in intel lectu: quoniã.
Qui fundauit terram su per aquas: quoniam.
Qui fecit luminaria ma gna solus: quoniam.

¶HALELV IA. CXXXVI.

COnfitẽmini dño qm̃ bonus: qm̃ in æter nũ misericordia eius.
Confitẽmini deo deorũ: quoniam in æternum mi sericordia eius.
Cõfitẽmini domino do minorũ: quoniam.
Qui fecit mirabilia ma gna solus: quoniã.
Qui fecit cælos in sapien tia: quoniam.
Qui firmauit terram su per aquas: quoniã.
Qui fecit luminaria ma gna: quoniã.

	GALL.	ROM.	HEB.
8	Solem in potestatē dīçi: quoniam.	Solem in potestate dīçi: quoniam.	Solem in potestatē dīçi: quoniam.
9	Lunam & stellas in potestatem noctis: quoniam.	Lunam & stellas in potestate noctis: quoniā.	Lunā & stellas ī potestatem noctis: quoniam.
10	Qui ꝑcussit ægyptū cum primogenitis eorū: qm̄.	Qui ꝑcussit ægyptū cum primitiuis eorū: quoniā.	Qui ꝑcussit ægyptū cum primitiuis eius: quoniā.
11	Qui eduxit israęl de medio eorum: quoniam.	Et eduxit israęl de medio eius: quoniam.	Et eduxit israęl de medio eorum: quoniam.
12	In manu potenti & brachio excelso: quoniā.	In manu forti et brachio excelso: quoniam.	In manu valida & i brachio extento: quoniam.
13	Qui diuisit mare rubrū in diuisiones: quoniā.	Qui diuisit mare rubrū in diuisiones: quoniam.	Qui diuisit mare rubrū in diuisiones: quoniam.
14	Et eduxit israęl per medium eius: quoniam.	Et eduxit israęl per medium eius: quoniam.	Et eduxit israęl i medio eius: quoniam.
15	Et excussit pharaonem & virtutem eius in mari rubro: quoniam.	Et excussit pharaonem & exercitum eius in mare rubrum: quoniam.	Et conuoluit pharao & exercitum eius i mari rubro: quoniam.
16	Qui traduxit populum suū per dęsertū: quoniā.	Qui transduxit populū suū per dęsertū: quoniā.	Qui duxit populum suū per desertum: quoniam.
		Qui ęduxit aquā de petra rupis: quoniam.	
17	Qui percussit ręges magnos: quoniam.	Qui percussit ręges magnos: quoniam.	Qui percussit ręges magnos: quoniā.
18	Et occidit ręges fortes: quoniam.	Et occidit ręges mirabiles: quoniam.	Et occidit ręges magnifi cos: quoniam.
19	Seon ręgem amorræorum: quoniam.	Seon ręgem amorræorum: quoniam.	Seon ręgem amorræorum: quoniam.
20	Et og ręgem basan: qm̄.	Et og ręgem basan: qm̄.	Et og ręgē basā: quoniā.
21	Et dedit terram eorū hęreditatem: quoniam.	Et dedit terram eorū hęreditatem: quoniam.	Et dedit terram eorū hęreditatem: quoniam.
22	Hęreditatem israęl seruo suo: quoniam.	Hęreditatē israęl seruo suo: quoniā.	Hęreditatem israęl seruo suo: quoniam.
23	Quia in humilitate nostra memor fuit nr̄i: qm̄.	Quia in humilitate nr̄a memor fuit nr̄i dn̄s: qm̄.	Quia in humilitate nr̄a memor fuit nr̄i: quoniā.
24	Et redęmit nos ab inimicis nostris: quoniam.	Et redęmit nos de manu inimicorū nr̄orū: quoniā.	Et redęmit nos de hostibus nostris: quoniā.
25	Qui dat escam omni carni: quoniam.	Qui dat escā omni carni: quoniam.	Qui dat panē omni carni: quoniam.
26	Cōfitęmini deo cæli: qm̄	Cōfitęmini deo cæli: qm̄	Confitemini deo cæli:
27	Cōfitęmini dn̄o dn̄orū: qm̄ in æternū mia eius.	Cōfitęmini dn̄o dn̄orū qm̄ bon⁹: quoniā.	quoniam in æternū misericordia eius.

TITVLVS. HALELV IA. Psalmus laus synagoge. Propheta inducit synagogam. Psalmus satis ex sacra Geneseos & Exodi cognitus historia. ¶ EPOS psalmi.

1 Dicite q; bonꝰ est dñs/miserator in æuũ.
2 Q; deꝰ ipe deũ est:qm miserator i æuũ.
3 Dñorũ est dñs:qm miserator in æuũ.
4 Mira operans solus:qm miserator in æuũ.
5 Cælos mẽte edens:qm miserator in æuũ.
6 Terrã in aquis firmãs:qm miserator in æuũ.
7 Lumina magna creãs:qm miserator in æuũ.
8 Sole diem illustrãs:qm miserator in æuum.
9 Luna & stellis noctẽ:q; miserator in æuũ.
10 Qui varijs regna afflixit Mesræica plagis
Primitiasq; vteri. Quoniam.
11 Qui dura israelem sæuaq; tyrannide soluit
Dę medio illorum. Quoniam.
12 Non ope mortali/verum virtute potenti
Dęsuper illapsa. Quoniam.
13 Qui mare diuellẽs dare iter latꝰ inter vtrũq;
Iussit Erythræum. Quoniam.
14 Per cuius medium sicca dęduxit aręna
Gaudentem israelem. Quoniam.
15 At Pharao totũq; eius cõuoluitur agmen
Illo eodemq; mari. Quoniam.
16 Qui populũ assidua rexit per inhospita cura
Auia dęserti. Quoniam.
17 Qui rębęs qua Iordanis præterfluit amnis
Percussit magnos. Quoniam.
18 Et qui ter dęnos Iosua bellante tyrannos
Occidit fortęs. Quoniam.
19 Gentis amorrhææ rębem Sęona perębit
Regnatorem amplum. Quoniam.
20 Ogq; gigantæa quem tradunt stirpe creatum
Tum rębem Basan. Quoniam.
21 Tot rębum terras/tot & arua feracia rębum
Tradidit in sortem. Quoniam.
22 Tradidit Israeli famulo/quo seruiat ipsi
Mente animoq; pio. Quoniam.
23 Non merito nostro/sed q; pietate paterna
Aspexit miseros. Quoniam.
24 Et nos crudęli miseratus ab hoste redęmit
Eripuitq; malis. Quoniam.
25 Ille quidem est/escam carni qui ꝓuidet omni
Datq; cibum vitæ. Quoniam.
26 Confiteamur ei sitq; hęc confessio nostra
Tu deus es cæli. Quoniam.
27 Dñorum es dñs. Quoniã miserator in æuum.

ADVERTE. Quarto versu. qui fecit celos in itellectu:ex hebrẽo/qui fecit celos in sapiẽtia. apertiorẽ de eterna sapiẽtia in qua cõdita sunt oia hoc habet intelligentiã. In tralatione romana post quartũ decimũ versum ponitur hic versus:qui eduxit aquã de petra rupis:qm in eternũ misericordia eius. qui neq; in nostra tralatione/neq; in hebraica/neq; in greco ex septuaginta habetur. Vltimo versu. confitemini domino dominorũ/quoniam in eternum misericordia eius: ex hebræo confitemini deo celi. qui huius psalmi tropologiam querunt:etiam Hieronymum legant.

ℂHieremie. CXXXVI.

1 Sup flumia babylonis illic sędimꝰ et flęuimꝰ:cũ recordarębmur siõ.
2 In salicibꝰ in medio eiꝰ: suspẽdimus organa nra.
3 Quia illic iterrogauęrũt nos q captiuos duxęrũt nos:verba cantionum.
4 Et qui abduxęrunt nos: hymnum cantate nobis de canticis sion.
5 Quomodo cãtabimꝰ cãticũ dñi:in terra aliena?
6 Si oblitus fuero tui hierusalem: obliuioni detur dextera mea.
7 Adhereat ligua mea faucibus meis:si non meminero tui.

ℂPsalmus Dauid. CXXXVI.

1 Sup flumia babylõis illic sędimꝰ et flęuimꝰ: dũ recordarębmur tui siõ.
2 In salicibꝰ in medio eiꝰ: suspẽdimus organa nra.
3 Quia illic iterrogauęrũt nos q captiuos duxęrũt nos:verba cantionum:& qui abduxęrunt nos.
4 Hymnum cãtate nobis de cãticis sion:quomodo cantabimus cãticum domini in terra aliena?
5 Si oblitus fuero tui hierusalem/obliuiscatur me dextera mea/adhęreat lingua mea faucibus meis: si non meminero tui.

CXXXVII.

1 Sup flumia babylõis ibi sędimꝰ & flęuimꝰ: cum recordarębmur sion.
2 Sup salices in medio eiꝰ: suspẽdimꝰ citharas nras.
3 Qm ibi interrogauęrũt nos q captiuos duxęrũt nos:verba carminis.
4 Et qui affligębant nos: lęti canite nobis de canticis sion.
5 Quomodo cãtabimꝰ cãticũ dñi:in terra aliena?
6 Si oblitus fuero tui hierusalem: in obliuione sit dextera mea.
7 Adhęreat ligua mea gutturi meo:si non recordatus fuero tui.

	GALL.	ROM.	HEB.
8	Si non ꝓposuero hirl'm: in principio lętitie mee.	Si non p̄posuero hirl'm: in principio lętitie mee.	Si non p̄posuero hirl'm: in principio lętitie mee.
9	Memor esto dn̄e filiorū edom: in diem hierusalē.	Memento dn̄e filiorum edom: in die hierusalem.	Memento dn̄e filiorum edom: in die hierusalem.
10	Qui dicūt exinanite/exinanite: vsq; ad fundamētum in ea.	Qui dicūt exinanite/exinanite: quousq; ad fundamentum in ea.	Dicētium euacuate/euacuate: vsq; ad fūdamētū eius.
11	Filia babylonis misera/ beatus qui retribuet tibi retributionē tuam: quā retribuisti nobis.	Filia babylonis misera/ beatus qui retribuet tibi retributionē tuam: quā tu retribuisti nobis.	Filia babylonis vastata/ beatus qui retribuet tibi vicissitudinē tuam: quā tu retribuisti nobis.
12	Beatus qui tenebit & allidet: paruulos tuos ad petram.	Beatus qui tenebit & allidet: paruulos tuos ad petram.	Beatus qui tenebit & allidet: paruulos tuos ad petram.

TITVLVS. nullus. psalmus/luctuosus synagoge cātus de captiuitate babylonica facta sub nabugodonosor. populus hebraicus inducitur. quarti regū caput vltimum legatur. EPOS psalmi.

1 Plębs hebræa sup Babylōis flumia magnæ
Flēs mēorata Sion/aio mestissima sędit.
2 Inq; vrbis medio trūcis suspēsa salignis
Est cithara/& laudare deum quocūq; solebant.
3 Carmina q; peterent illos in dura trahentes
Exilia/vlla Sion si vobis carmina dicunt
4 Vos nobis ex his canite auscultantibus hymnū.
5 Cui lachrimis rorans plębs/qui cātabimus inqt
Quod solum dn̄i est aliena carmen in ora?
6 Hierusalem si forte canens oblita tui sim
Sic deus auxilio me obliuiscatur adempto
7 Hereat & lingua(ablato sermone)palato.
8 Si memor ipsa tui haud fuero/si prima voluptas
Hierusalem michi non fueris primūq; leuamen.
9 Gentis Edumææ vindex imense memento
Quo fuerint aio Solymæ dū cuersio facta est
10 Perdite dū clamāt penitusq; abscindite ad ima.
11 Filia non aliud Babylonis sit tibi carmen:
Digna feras factis/vasteris/& ille beatus
Qui tibi quę nobis inflixeris æqua rependet.
12 Quiq; manu arripiēs tua pignora parua beatus
Dum valido ad firmam allidet conamine petram.
¶ Plębs hebræa qd est: nisi plębs quęcūq; fidęlis?
Et Babylon mundus. nā quæ confusio maior?
Flumina fortunæ bona sunt & fluxa voluptas.
Sed Solyma & alma Sion: tibi sint cælestia regna.
Vita voluptifica ipsa salix infertilis arbos.
In qua diuinæ laudis sunt organa muta.
Qui sanctū affligunt populū: sunt quiq; superbi
Qui CHRISTVM ignorāt natū oipotēte parēte.
Sunt & Edumæi gens impia/dedita ventri
Atq; gulæ/CHRISTI regnū qui perdere gaudēt.
Hi simul indigni sanctum cognoscere carmen.
Quos deus affligat vindex: vicisue relictis
Aspecto faciat viciosa illidere CHRISTO.
Hierusalem quo sint ciues quandoq; futuri.
Gente etenim CHRISTO dębęt cultus ab omni
Prima hæc lætitiæ sit origo & causa benignis.

ADVERTE. sexto versu. obliuioni detur dextera mea. sensus obliuioni detur apud te auxilū & defensio mea. ¶ Sexto versu. adhereat ligua mea faucib⁹ meis si nō memiero tui. sensus: mut⁹ fiā/ neq; michi sit vlla loquēdi facultas nisi meminero tui. ¶ Nono versu. memor esto dn̄e filioꝝ edom in diē hierusalē. edumei filij esau ab eoq; descendētes: in die afflictionis hirl'm chaldæis & assyrijs erant auxilio/& prouocabāt eos ad funditus perdendā iudæam/dicebātq;. euacuate/exinanite/exterminate funditus: nichil ad fundamentū vsq; relinquatur in ea. hanc eorum malā iniquāq; volūtatem/inducitur synagoga precari deum nō sinere inultā. item & in sequētibus versibus: idem de babylonijs precatur/quos non multo post medi subiugarūt/& seuitiam quā in hebræos exercuerant vlti sunt: paruulosq; eorū illeserunt ad saxa. & paria que illi hebræis: in authores ipsos retorserunt. Augustinus huius psalmi partim anagogen meditat: alij tropologiā. qui (si cui cordi erunt) in promptu sunt ad manus plurimorum/vt facile legantur.

	¶Ipsi dauid. CXXXVII.	¶Ipsi Dauid. CXXXVII.	¶Dauid. CXXXVIII.
1	Confitębor tibi dn̄e in toto corde meo:	Confitębor tibi dn̄e in toto corde meo:	Confitębor tibi dn̄e in toto corde meo:

qm̃ audiſtiverba oris mei
2 In conſpectu angelorum pſallam tibi:adorabo ad templū ſanctū tuū & cōfitębor nomini tuo.
3 Super miſericordia tua & vęritate tua: quoniam magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum.
4 In quacunq; die inuocauero te exaudi me:multiplicabis in anima mea virtutem.
5 Confiteantur tibi domine om̃es rędes terre:quia audiędrunt omnia verba oris tui.
6 Et cantēt in viis dñi:quoniam magna gloria dñi.
7 Quoniā excelſus dominus et humilia reſpicit:et alta a longe cognoſcit.
8 Si ambulauero ī medio tribulationis viuificabis me/& ſuper iram īimicorum meorum extendiſti manum tuam:& ſaluum me fęcit dextera tua.
9 Dominus retribuet pro me/dñe miſericordia tua in ſęculū: opera manuū tuarum ne deſpicias.

qm̃ exaudiſti oia verba oris mei: & in conſpectu āgelorū pſallā tibi.
Adorabo ad templū ſanctum tuum: & cōfitębor nomini tuo domine.
Super miſericordiā tuā & vęritatem tuam: quoniam magnificaſti ſuper nos nomen ſanctū tuū.
In quacunq; die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem tuam.
Confiteantur tibi domine om̃es reges terre quoniā audiędrunt omnia verba oris tui: & cantent in canticis domino.
Quoniā magna eſt gloria dñi / quoniā excelſus dñs humilia reſpicit:& alta a longe agnoſcit.
Si ambulauero ī medio tribulationis viuificabis me/& ſuper iram īimicorum meorum extendiſti manum tuam:& ſaluum me fęcit dextera tua.
Domie retribue pro me/ domine miſericordia tua in ſęculū: opera manuū tuarum ne deſpicias.

in conſpectu deorū cātabo tibi.
Adorabo in templo ſancto tuo:& confitębor nomini tuo.
Super miſericordia tua & ſup vęritate tua: quia magnificaſti ſup om̃e nomen/ęloquium tuum.
In die inuocabo & exaudies me: dilatabis anime mee fortitudinem.
Confiteantur tibi domine om̃es rędes terre:quoniam audiędrunt ęloquia oris tui.
Et cātent in viis dñi:quoniam magna gloria dñi.
Quoniā excelſus dñs & humilia reſpicit: & excelſa de longe cognoſcit.
Si ambulauero ī medio tribulationis viuificabis me/ſuper furorem inimicorum meorū mittes manum tuā: & ſaluabit me dextera tua.
Dominus operabitur p me/dñe miſericordia tua in æternū:opera manuū tuarum ne dimittas.

TITVLVS. Dauid. pſalmus/confeſſio beneficior; dei. populus ſanctus in ſpiritu orans inducitur.
1 EXPOSITIO CONTINVA. Confitebor tibi domine in toto corde meo:quoniam audiſti verba oris mei. non immemor ero benignitatis tue deus meus / ſed agnoſcam & iugiter toto affectu
2 manifeſtabo:q; tu eam inclinaſti exauditioni petitionis & orationis mee. In conſpectu angelorum pſallam tibi:adorabo ad templū ſanctū tuum & confitebor nomini tuo. dñe deus meus exaltabo & laudabo te preſentibus angelis tuis:venerabor te in ſanctuario tuo /in ſpiritu incoinquinato & mundo/& beneficia recognoſcā ſctō verbo tuo. Super mia tua & veritate tua:qm̃ magnificaſti
3 ſup om̃e nomē/ſanctū tuū. cōfitebor noi tuo ſup mia tua que p ip̃m nobis eſt allata / & ſup veracī ip̃letione repromiſſionū tuarū /que p ipſum nobis eſt adimpleta:cōfitebor q; ſublimaſti/ glorificaſti & honoraſti ſup om̃e qđ effari & cōcipi poteſt /ſanctū verbū tuū. In quacūq; die inuocauero te
4 exaudi me:multiplicabis in aīa mea virtutem. o dñe deus meus quotieſcūq; ad te confugero /petitiōes meas admitte:& adaugebis aie mee ad te laudandū/ad beneficia tua cōfitendū fortitudinē,

Confiteãtur tibi dñe omnes reges terre: quia audierunt omnia verba oris tui. hoc beneficiũ recognoscãt ante te vniuersi orbis regnatores: qꝝ legem quã in sancto tuo in verbo tuo per temetipm locutus es dignatione tua perceperunt. Et cantẽt in vijs dñi: quoniã magna est gloria dñi. & plallant in iustitia dei ambulantes & mandata eius obseruantes: quoniã ingens est & super omnia dei maiestas & omnis honorificentia debeẽ illi. Quoniã excelsus dñs & humilia respicit: & alta a lõge cognoscit. psallant in vijs dñi reges & principes terre quoniã deus oibus supereminẽs & superexaltatꝰ eos qui se humiliãt iussaqꝫ eius capessunt comnꝰ intueẽ fitqꝫ illis ꝓximus: qui autẽ se exaltant & iussa eius contemnunt intuetur eminus fitqꝫ illis semotus. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me & super iram inimicorum meorũ extendisti manũ tuam: & saluum me fecit dextera tua. dñs est excelsus ego vero humilis & eius cõparatione celsitudinis nichil attamen sic adest humilibus sic illi cure sunt qꝫ si in medijs mortis errem periculis me reparabit in vitã & super furorem superborũ tribulantiũ me & prementiũ imittet vindictã suam: & auxiliũ eius me saluabit. Dñs retribuet pro me dñe misericordia tua in seculũ: opera manũ tuarũ ne despicias. deꝰ excelsus oĩa transcẽdens & oĩbus supereminens vindictã faciet pro me quia dñe miseratio tua humiles & abiectos nõ deseret i perpetuũ: tu dñe opificia oĩpotentiũ hypostaseon tuaꝝ ne deseras.

ADVERTE. primo versu. particula qm̃ audisti oĩa verba oris mei ex hebræo nõ habeẽ neqꝫ ex greco. sed hic primus versus. cõfitebor tibi dñe in toto corde meo: & in cõspectu angelorũ psallã tibi. quare adiecticia & superflua putanda est. ¶ Tertio versu. quoniã magnificasti super omne nomen sanctũ tuũ: Hieronymus ex hebræo. quia magnificasti super omne nomẽ eloquiũ tuum & in epistola ad Sunniã idem Hieronymꝰ habẽri cõfirmat: magnificasti super omne nomẽ verbũ tuũ. quare nobis distinctionis nota post nomen facienda est: atqꝫ ita legendũ. magnificasti super omne nomen sanctũ tuũ id est verbũ tuum Christũ tuum filium tuũ. ¶ Octauo versu. & super iram inimicorũ meorũ extendisti manũ tuã & saluũ me fecit dextera tua: melius extendes manũ tuam & saluũ me faciet dextera tua tũ ex hebræo vbi legit. super furorẽ inimicorũ meorũ mittes manum tuã: & saluabit me dextera tua. tũ etiã qꝫ ꝓprietas sermonis ex verbo p̃cedẽti viuificabis: id efflagitat. ¶ Nono versu. dñs retribuet pro me dñe misericordia tua in seculũ opera manũ tuarũ ne despicias: ex hebræo dominus operabitur pro me. Paulus autẽ hebræus dominus absoluet supplebitqꝫ pro me. sed hec paruum habent discrimen. siquidem cum interpretes dixerũt dñs retribuet pro me: intellexerunt dñs reddet hostibus meis faciet vltionẽ pro me. quod nõ longe est ab eo quod sacer Hieronymus & Paulus hebræus intendunt: statqꝫ apud eos omnes sensus.

¶In finem psalmus Dauid. CXXXVIII.

1 Domie probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã & resurrectionem meam
2 Intellexisti cogitationes meas de longe: sẽmitam meam et funiculum meũ inuestigasti.
3 Et oĩes vias meas prævidisti: quia nõ est sermo in lingua mea.
4 Ecce domie tu cognouisti oĩa nouissima & antiqua: tu formasti me & posuisti sup me manum tuam.
5 Mirabilis facta est scien-

¶In finem Dauid psalmus. CXXXVIII.

Domine probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã & resurrectionẽ meam.
Intellexisti cogitationes meas a longe sẽmitã meam & directionem meã inuestigasti & oĩes vias meas prẽuidisti: quia nõ est dolus in lingua mea.
Ecce tu domine cognouisti omnia: nouissima & antiqua.
Tu formasti me: et posuisti sup me manũ tuam.
Mirabilis facta est scien-

¶Victori Dauid canticum. CXXXIX.

Domine inuestigasti me: & cognouisti.
Tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam: intellexisti malũ meum de longe.
Sẽmitam meam & acubitionem meam euentilasti: & omnes vias meas intellexisti.
Quia non est ẽloquiũ in lingua mea ecce dne nosti oĩa retrorsum & ante formasti me: & posuisti super me manum tuam.
Super me est scientia &

tia tua ex me:confortata
est & nō potero ad eam.
6 Quo ibo a spiritu tuo:et
quo a facie tua fugiam?
7 Si ascēdero in cælum tu
illic es:si descēdero in in-
fernum ades.
8 Si sūpsero pennas meas
diluculo: & habitauero
in extremis maris.
9 Etenī illuc manꝰ tua de-
ducet me: & tenebit me
dextera tua.
10 Et dixi forsitan tenebre
conculcabunt me:et nox
illumiatio mea in delicijs
meis.
11 Quia tenebre nō obscu-
rabūtur a te/& nox sicut
dies illuminabitur: sicut
tenebre eius ita & lumen
eius.
12 Quia tu possedisti renes
meos:suscepisti me de vte
ro matris mee.
13 Confitebor tibi quia ter
ribiliter magnificatus es/
mirabilia opa tua: & aia
mea cognoscet nimis.
14 Non est occultatum os
meum a te quod fecisti in
occulto:& substātia mea
in inferioribus terre.
15 Imperfectū meum vide-
runt oculi tui & in libro
tuo oēs scribent:dies for
mabūtur & nemo in eis.
16 Michi autem nimis ho-
norificati sunt amici tui
deus: nimis confortatus
est principatus eorum.
17 Dinumerabo eos & sup

tia tua ex me:confortata
est nec potero ad eam.
Quo ibo a spiritu tuo:et
a facie tua quo fugiam?
Si ascēdero in cælum tu
illic es:si descēdero in in-
fernum ades.
Si sūpsero pennas meas
ante lucem: & habitaue-
ro in postremo maris.
Etenim illuc manus tua
deducet me: & tenebit
me dextera tua.
Et dixi forsitan tenebre
conculcabunt me:& nox
illumiatio mea in delicijs
meis.
Quia tenebre nō obscu-
rabūtur abs te:& nox si-
cut dies illuminabitur.
Sicut tenebre eiꝰ ita et lu
mē eius/quia tu domine
possedisti renes meos:su-
scepisti me de vtero ma-
tris mee.
Confitebor tibi dñe qm̄
terribiliter mirificatꝰ es/
mira opera tua:et anima
mea nouit nimis.
Non est occultatum os
meum abs te quod fecisti
in occulto: & substantia
mea in inferioribꝰ terre.
Imperfectū meum vide-
runt oculi tui: & in libro
tuo omnes scribentur.
Dies firmabūt & nemo
in eis/michi autem nimis
honorificati sūt amici tui
deus: nimis confortatus
est principatus eorum.
Dinumerabo eos et sup

excelsior est: non potero
ad eam.
Quo ibo a spiritu tuo:
& quo a facie tua fugiā?
Si ascēdero in cælum ibi
es tu: si iacuero in iferno
ades.
Si sumpsero pennas di-
luculo:habitauero in no-
uissimo maris.
Etiam ibi manus tua de-
ducet me: & tenebit me
dextera tua.
Si dixero forte tenebre
operient me: nox quoq;
lux erit circa me.
Nec tenebre habēt tene
bras apud te/& nox qua
si dies lucet: similes sunt
tenebre & lux.
Quoniam tu possedisti
renes meos: orsusq; es
me in vtero matris mee.
Confitebor tibi qm̄ ter-
ribiliter magnificatꝰ es me/
mirabilia opa tua: & aia
mea nouit nimis.
Non sunt opta ossa mea
a te quibus factus sum in
abscondito: imaginatus
sum in nouissimis terre.
Informem adhuc me vi
derūt oculi tui/& in libro
tuo oms̄ scribentur:dies
formati sunt & non est
vna in eis.
Michi autē q̄ honorabi
les facti sūt amici tui deꝰ:
quā fortes paupes eorū?
Dinumerabo eos et ha-

GALL.	ROM.	HEB.
harenā multiplicabūtur: exurrexi & adhuc sum tecum.	harenam multiplicabuntur/resurrexi et adhuc tecum sum: si occidas deus peccatores.	rena plures erunt: euigilaui & adhuc sum tecū.
18 Si occideris deus peccatores: viri sanguinum declinate a me.	Viri sanguinum declinate a me/quia dicitis in cogitationibus vestris: accipiant in vanitate ciuitates suas.	Si occideris deus impiū: viri sanguinum declinate a me.
19 Quia dicitis in cogitatione: accipient in vanitate ciuitates suas.	Nōne qui odērūt te dñe oderam illos: & super inimicos tuos tabescebam?	Quia cōtradicent tibi scelerate: eleuati sunt frustra aduersarij tui.
20 Nonne qui oderūt te domine oderam: & sup inimicos tuos tabescebam?	Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi.	Nonne odientes te dñe odiui: & contra aduersarios tuos distabui?
21 Perfecto odio oderam illos: et iimici facti sunt mihi.	Proba me deus & scito cor meū: interroga me & cognosce semitas meas.	Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi.
22 Proba me deus & scito cor meū: interroga me & cognosce semitas meas.	Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in viam eternam.	Scrutare me deus & cognosce cor meū: proba me et scito cogitatiōes meas.
23 Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via eterna.		Et vide si via doli in me est: & deduc me i via eterna.

TITVLVS. Ad victoriam psalmus dauid. Psalmus de Christo domino. Propheta in spiritu inducit dominum secundum dispensationem carnis loquentem.

EXPOSITIO CONTINVA. Dñe probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā & resurrectionē meam. dñe examinasti me & nosti me: tu nosti dormitionē meā & excitationē meā. Intellexisti cogitationes meas de longe: semitā meam & funiculū meū inuestigasti. dudum anteq̄ cōciperē/cogitat⁹ meos cognouisti/viā in quā me esses missurus & mensurā & amplitudinē hereditatis quā michi esses redditurus dudum explorata habuisti. Et oēs vias meas preuidisti: quia nō est sermo in lingua mea. Ecce tu cognouisti oia/nouissima & antiqua: tu formasti me & posuisti super me manū tuam. & tu dñe vniuersa vite mee instituta prescisti: quia nequaq̄ sufficit ad promendam scientiam vlla sermonis oris mei facultas/paucis dicam. ecce tu deus eterne nosti vniuersa & noua & vetera quecūq; sunt/erunt & fuerūt: tu plasmasti me & firmasti super me protectionē & benedictionem tuā. Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est & nō potero ad eam. prediffinitio & presciēntia tua de me apud te mirifica & incōprehensibilis est: inualuit & superior me facta est/& inualidus sum (vt ea ipsa est) cōprehendere eam. Quo ibo a spiritu tuo: & quo a facie tua fugiam. scientia tua oia cōprehendit & non comprehenditur/vt tu cōprehendis oia & non est qui te cōprehendere possit/nam quo abscedere valebo vbi non sit spiritus tuus/ & quo elōgabor vbi nō sit presentia tua. Si ascendero in celū tu illic es: si descendero in infernū ades. si sursum in celo habitauero tu in celo presens es: si deorsum ad inferna penetrauero/in inferno presens es. Si sumpsero pennas meas diluculo: & habitauero in extremis maris, Etenim illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua. si alas michi ante lucis ortum aptauero: & volauero in inaccessas & inhabitatas partes orbis. certe in illas virtus tua deferet me: & sustentabit me fortitudo tua. Et dixi forsitan tenebre conculcabunt me: & nox illuminatio mea in delicijs meis. & subiunxi/si in celo sursum/si in inferno deorsum adest/si in nouissimo & inaccesso loco maris/forsitan tamen profunda noctis caligo conteget me/quo vel sic eum latere queam: sed nox illi lumen erit/quo me videat aperte/latere gestientem. Quia tenebre non obscurabuntur a te/& nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebre eius ita & lumen eius. nox & caligo illi lumen erit/quia ō domine/tenebrarū opacitas non est opacitas apud te/& noctis opacitas sicut diei claritas apud te lucet: & apud te similis est illius opacitas & huius claritas/neq; alta/neq; profunda/neq; tenebrosa/neq; lucida te fugiūt/

12 neq; vlla tibi difficilia. Q uia tu possedisti renes meos : suscepisti me de vtero matris mee. quia ad
nutum tuũ rexisti oẽs sensus & affectus meos: a te plasmatus sum in latebris virginei vteri parẽtis
13 mee/humilis ancille tue. C õfitebor tibi quia terribiliter magnificatus es/mirabilia opera tua: &
anima mea cognoscet nimis. recognoscam tibi qa miro et indicibili modo magnificasti me/opificia
14 tua in me omni admiratione plena: & id spiritus meus iugiter & abunde ꝓtestabitur. Non est oc=
cultatũ os meum a te quod feci sti in occulto: & substantia mea in inferioribus terre. cõpactio ossis
quod in abdito finxisti in me/non est abscõdita a te: & massa substãtie mee in penetralibus & in=
15 timis vteri eius quã tu benedixisti virginee terre/nequaq; latuit te. I mperfectũ meũ viderunt ocu
li tui/& in libro tuo oẽs scribẽtur : dies formabũtur & nemo in eis. me adhuc informem & nondũ
in vtero effictũ contuiti sunt obtutus tui/& in prescientia tua electi tui vniuersi etiã imperfecti &
nõdum formati/nondũ effigiati & in lucem educti exarabũtur: tẽpora decurrent/& adhuc nullus
16 quos in prescriptis sti subsistet in eis. Michi autẽ nimis honorificati sunt amici
tui deus: nimis cõfortatus est principatus eorũ. nõ modo in occultis & intimis vteri cõpegisti me/
non solũ in libro tuo nondũ formatũ preuidisti me/sed & dilecti tui quos ab eterno prescisti/pre
destinasti & in libro tuo signasti / michi nimis honorabiles facti sunt : amplissime dilatasti in toto
17 orbe terrarũ principatũ eorum. D inumerabo eos & super arenã multiplicabũtur: exurrexi & ad=
huc sum tecũ. supputabo & recẽsebo eos quos suo principatu mihi acquisierũt & harene numero
18 plures erunt: a somno mortis excitatus sum/& ego tecũ sum in sempiternũ. S i occideris deus pec
catores: viri sanguinũ declinate a me. quia tu deus morti secũde tradidisti nequitiarũ potestates:
19 etiã o flagitiosi qui estis & corporũ & animarũ occisores/procul abite a me. Q uia dicitis in cogi=
tatione: accipient in vanitate ciuitates suas. discedite a me homicide & animarum interfectores/
quia contra deũ in corde loquimini dicentes: in vanitatibus viuentes etiã accepturos eternas he=
20 reditates. N onne qui oderunt te dñe oderam: & super inimicos tuos tabescebam. illi dñe tibi cõ=
tradicunt/illi te oderũt & terrena dilexerũt/& nõne illos odio habebã: & super aduersarios tuos
21 pre zelo & indignatione marcebã/P erfecto odio oderã illos: inimici facti sunt michi. ego domine
in eos q te oderũt cõsũmata indignatiõe infensus erã: & illi nõ te solũ/sed & me odio psecuti sunt.
22 P roba me de⁹/& scito cor meũ: interroga me & cognosce semitas meas. examia me dñe & scruta
23 re aiam meã: experire me/& agnosce instituta vite mee. E t vide si via iiquitatis in me est: & deduc
me in via eterna. & attẽde si in me vlla est iniqtas: & in ãgusto strictoq; eternitatis calle dirige me.

ADVERTE. Secundo versu. intellexisti cogitationes meas de longe/semitã meam & funiculum meũ inuestigasti: Hieronymus ex hebræo/intellexisti malum meũ de longe: quod de erũna & ca=lice intellectum aut de peccato pro quo satisfacturus erat: nichil habet absurdũ. ¶ Eodẽ secundo versu. semitam meam & funiculũ meum inuestigasti: ex hebræo semitam meam & accubationem meã euentilasti. si per semitã terram israel intelligamus per quam dñs noster corporaliter est pe=regrinatus/& per accubationẽ patriam gẽtium vbi accubuit/acclinauit & requicuit per fidẽ: idem sensus emergit ac per particulã & funiculũ meum inuestigasti. vtrobiq; enim possessio & hereditas designabit. de qua & alibi pater ad filiũ: dabo tibi gentes/hereditate tuã & possessionẽ tuã termi=nos terre. idem dico sensus/hoc excepto ꝙ euẽtilare/purgare: inuestigare vero explorare & ꝓbare signat. & quis nescit purgatos/& probatos/& examinatos a summo patre fuisse: quos in semita fi=lius habuit/& item eos in quibus vt in possessione accubuit? ¶ Tertio versu. quia non est sermo in lingua mea: ex hebræo/quia nõ est eloquium in lingua mea. vnde fit vt tralatio nostra : potior ro=mana & greca habeaẽ in quibus non sermo/non eloquium/sed dolus hoc pacto legitur. quia non est dolus in lingua mea. adde insuper & dolus hic perperam habẽri Hieronymum ad Summam testatum. ¶ Q uinto versu. mirabilis facta est scientia tua ex me / confortata est & non potero ad eam: Hieronymus ex hebræo/super me est sciẽtia tua & celsior est nõ potero ad eam. quod astipu=latur tralationi Symmachi. pretergreditur me scientia tua/fortificata est & non potero ad eam. & quis inficias ibit/vt Christus secundũ carnis dispensationem se fatetur minorem patre: ita secũdũ eandem/esse scientia inferiorem/si igitur hypostasin respicis: & potentia & sapientia equatur pa=tri. si autẽ naturã quã assumpsit: imbecillis & infirm⁹ saltem quãdiu fuit morti obnoxi⁹/& patri sa=pientia impar. ¶ O ctauo versu. si sumpsero pẽnas meas diluculo & habitauero in extremis maris. meas superfluum est ex hebræo. & eo amoto vocabulo: sententia rationabilior est. nam & ei quod sub sola conditione est intelligendum/vocabulum meas possessionem adiungit/& proprietatem/ quasi alas habẽret possideretq; proprias ad volatum. quod manifeste coarguitur non modo fal=sum sed & absurdum. conditio igitur sola est intelligenda: non etiam cum conditione possessio. Et sane si nulla tibi toga sit: absurde dixeris & pene ridicule/si sumpsero togam meã prodibo in pu=blicum/aut quippiam simile. quanto magis igitur: si illud quod sub cõditione proponitur / habẽri

natura sit ipossibile? ¶ Decimo versu. et dixi forsitā tenebre cōculcabūt me/ & nox illumiatio mea in delicijs meis: ex hebræo/si dixero / forsitan tenebre operient me. sed hec in eūdē pene sensum recidunt. ¶ Eiusdē decimi versus secunda particula/ & nox illumiatio mea in delicijs meis: ex hebræo/nox quoq; lux erit circa me. Symmachus. nox/ lux circa me sedet. alij & nox illuminabit circa me. & apertam habet intelligentiā. oculis enim diuinis (qui non ex obiectis pēdent / sed omnia in veritate vident: vbi omnia coincidunt discrete & discernūtur cōiuncte) non aliud & aliud lux & tenebre. neq; ibi tenebre priuatio: sed summa lux. neq; lux positio: sed eminens negatio. atq; idem lux & tenebre. & vt odorans in luce & eque cognoscit/ suntq; ei tenebre ad odorandū vt lux & lux vt tenebre: ita de⁹ eq̄ in luce & eque in tenebris agnoscit. & si surgis/vt lux & tenebre nichil facitūt ad odorādū: ita nulla creatura/nullū interuallū/nulliusq; creature positio/aut priuatio/ deo ad intelligendū. ¶ Vndecimo versu. quia tenebre non obscurabunt a te & nox sicut dies illuminabitur/sicut tenebre eius ita & lumē eius: clarius Hieronymus ex hebræo/ nec tenebre habēt tenebras apud te/& nox quasi dies lucet. ¶ Eodē vndecimo versu. sicut tenebre eius ita & lumen eius: ex hebræo/similes sunt tenebre & lux. & vbi dicimus tenebre eius: eius relatiuū est noctis. & vbi dicimus ita & lumē eius: eius relatiuū diei. neq; vtrobiq; intelligas eius id est dei. quod cognoscitur ex greco/vbi vtrobiq; relatiuū/cui respōdet eius: fœminininū est. sic enim legit̄ ωσ το σκοτοσ αυτησ και το φωσ αυτησ. ¶ Duodecimo versu. suscepisti me de vtero matris mee: hieronymus ex hebræo/orsusq; es me in vtero matris mee. quod vicine ad id quod in pentaplo greca/quinta editione habebat̄/cōflasti me de ventre matris mee. siquidē plasmatio corporis dñi: nō similis fuit ceterorū plasmationi: vbi materie quā suggerit mater/vis quedā mascula patris / &(vt sic dixerim) efformatiua & delineatiua admisceat̄. illic virgo parens materiā suggessit (vt decuit virginem) virgineā/purissimāq; & mundissimā: quā sola diuina manus artifex in humanā effigiem effinxit. quid mirū igitur si tām nobilis plasmatio nobis indicetur: si dicatur / orsusq; es me in vtero matris mee/siue conflasti me de vētre matris mee/q̄ nobilis enim illa mater: que se soli manui diuine prestitit/quod cetere solēt corruptibili viro. hic corruptio cogitatur & subiectio: illic vero integritatis/puritatisq; perfectio/& super omnē aut purum virum aut mulierem sublimatio. illa mater: solus deus pater. quāto igitur regina ceteris fœminis: multo magis/nulla etiam proportione/ sponsa dei celsior cunctis reginis. ¶ Tertiodecimo versu. confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es/mirabilia opera tua/& anima mea cognoscet nimis: rectius ex hebræo/quoniā terribiliter magnificasti me. sic enim altero loco. scitote quoniam mirificauit dñs sanctum suum. ¶ Vltima eiusdē tertijdecimi versus particula/& aia mea cognoscet nimis: ex hebræo / & anima mea nouit nimis. sic & tralatio romana. & nouit hic presentis q̄ preteriti magis sensum habet. quod patet ex greco vbi legitur και η ψυχη μου γινωσκει σφοδρα. & anima mea cognoscit valde: & hec cōfessio/q⁹ deus mirificauerit eum/q⁹ mirabilia opera ipsi⁹ in eo: de beneficijs est nō ingrati animi agnitio & de susceptis gratiarū actio. ¶ Quartodecimo versu. non est occultatum os meum a te quod feci in occulto/& substātia mea in inferiorib⁹ terre. de osse non de ore hoc intelligit̄ quod dilucet ex hebræo: non sunt operta ossa mea a te/quibus factus sum in abscondito. & ex greco vbi habetur το οστουν μου. quid sit quod dicitur in occulto siue in absconditō: idipsum sequēs particula elucidare videt̄. in secreta & absconditā virgine/in intacto/ intemeratoq; vtero. sic enim id occultum & absconditum fuit: vt omnes latuerit & dæmones & homines/nisi qui ex spiritu sancto reuelatum accepere. ¶ Eodem quartodecimo versu. & substantia mea in inferioribus terre: Hieronymus ex hebræo/imaginat⁹ sum in nouissimis terre. ex Reuchlinianis hebraice lingue rudimentis: aptius diceretur contextus sum in inferioribus terre/id est in matrice. & quod hic Hieronymus habet imaginatus sum: effictus & effigiatus significat. & terra de qua hic sermo: benedicta illa terra est/de qua alibi terra dedit fructum suū. iustitia ante eum ambulabit. ¶ Quintodecimo versu. imperfectum meum viderunt oculi tui/ & in libro tuo omnes scribentur/dies formabūtur & nemo in eis: Hieronymus ex hebræo/informem adhuc me viderunt oculi tui. & alius: incōpositum. ac si sensus sit non modo cognosti/cum ossa/cū mēbra mea in abdito formares/delineares/effigiares & contexeres me in secretis vteri materni latebris: sed viderūt me oculi tui priuq̄ elementa ad mei compositionem compegisses/incōpositum/informem/& priusq̄ vila effigie formaq; in expressione plasmatis effingerer. Vnde videtur: contextū sequendo hebraicū/potius nobis esse legendum imperfectum me viderunt oculi tui/q̄ imperfectum meum. ¶ Eodem quitodecimo versu. & in libro tuo omnes scribentur/dies formabuntur & nemo in eis: Hieronymus ex hebræo/& in libro tuo omnes scribentur / dies formati sunt/& non est vna in eis. Symmachus sic hunc locū interpretatus est. dies quibus formati sunt/ne vna quidem ex eis deest. septuaginta sic και επι βιβλιον σου παντες γραφησονται ημερασ πλησθησονται και ουδεισ

ερ αυτοις. & in libro tuo omnes scribentur/die formabuntur/& nulla in eis. vbi eis masculinum est: & refert omnes. & id conformius Hieronymo: modo quod singulariter dicitur ημερας pluraliter diceretur ημεραι vt sensus esset dies formabuntur/quemadmodū (si & hebræo respōderet) esset legendum. & forte ratus fuissem codicem hic fuisse corruptum: nisi Hieronymus secundum septuaginta censeret singulariter die aut in die esse legendum. & hic sensus esse videtur. quid mirum si me imperfectum viderunt oculi domini/quia omnes etiam imperfecti/priusq̄ scilicet formētur/in libro prescientie ei⁹ scribentur. dies formabunt & nulla ex illis diebus erit in eis qui scripti sunt/quia nōdum nati/nondum formati erunt. verum quia ουδεις anceps vocabulum est/vt verti possit nullus & nulla: interpretes nostri ex primo sensu nemo vertere. sed tunc qui litteram sequitur græcam: difficillime seruat intelligentiam. verum si nemo aut nullus interpretemur: tunc oportet relatiuum eis referri ad dies (quod in græco nisi mutetur genus fieri nō potest) non autem ad eos qui scripti sūt. & eadem reddetur intelligentia: & forte clarior/vt sit sensus. informes adhuc et anteq̄ nascant scribentur in libro æterne prescientie dei/effluent & transibunt dies/& adhuc nullus eorum erit in eis. nā & illi post multa adhuc secula creandi sunt: quos nichilominus iperfectos & inconditos oculi domini viderunt/qui & in libro eius ab æterno scripti sunt. quare siue hoc siue illo modo dicatur: intelligentia manet. ¶ Octauodecimo versu. si occideris deus peccatores/viri sanguinum declinate a me: ex hebræo/si occideris deus impium. hoc de diabolo quem deus morte Christi confregit. & subintelligimus occidisti enim. & ideo viri sanguinum/viri peccatorum & scelerum declinate a me: qui mauultis impio victo/confracto/illiso & occiso adherere/q̄ victori valido & immortali. ¶ Nono decimo versu. quia dicitis in cogitatione/accipient in vanitate ciuitates suas: Hieronymus alium ex hebræo dat sensum. quia contradicent tibi scelerati/eleuati sunt frustra aduersarij tui. & aperta dilucidaq; sententia est.

¶ In finem psalmus Dauid. CXXXVIIII.

1 Eripe me domine ab homine malo: a viro iniquo eripe me.

2 Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die cōstituebant prælia.

3 Acuerunt linguam suā sicut serpentes: venenum aspidum sub labijs eorū. Semper.

4 Custodi me domine de manu peccatoris: ab hominibus iniquis eripe me

5 Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum michi.

6 Et funes extenderunt in laqueum: iuxta iter scandalum posuerunt michi. Semper.

7 Dixi dño deus meus es tu; exaudi domine vocē

¶ In finem psalmus Dauid. CXXXVIIII.

Eripe me domine ab homine malo: a viro iniquo libera me.

Qui cogitauerunt malitias in corde: tota die cōstituebant prælia.

Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenum aspidum sub labiis eorū. Dp̄.

Custodi me domine de manu peccatoris: & ab hoibus iniquis libera me

Qui cogitauerunt supplātare gressus meos/abscondērūt superbi laqueos michi/& funes extenderunt in laqueum pedibus meis: iuxta iter scandalum posuerunt michi. Dp̄.

Dixi dño deus meus es tu; exaudi domine vocē

¶ Victori canticum Dauid. CXXXX.

Erue me domine ab homine malo: a viris iniquis serua me.

Quia cogitauerunt malitias in corde: tota die versati sunt in prælijs.

Exacuerunt linguam suam quasi serpens: venenū aspidis sub labiis eorum. Sela.

Custodi me domine de manu impij: a viro iniquitatum serua me.

Qui cogitauerunt supplātare gressus meos abscondērūt superbi laqueum michi: & funibus extendērūt rete: iuxta semitam offendiculum posuerunt michi. Sela.

Dixi dño deus meus es tu; exaudi domine vocē

	GALL.	ROM.	HEB.
	deprecationis mee.	orationis mee.	deprecationis mee.
	Domine domine virtus	Domine dñe virtus salu	Domine deus fortitudo
8	salutis mee: obumbrasti	tis mee: obūbrasti caput	salutis mee: protexisti ca-
	super caput meum in die	meum in die belli.	put meum in die belli.
	belli.		
9	Ne tradas domine desi-	Ne tradas me a desi-	Ne des domie desideria
	derio meo peccatori / co-	derio meo peccatori / cogi-	impij / scelera eius: ne effū
	gitauerūt cōtra me: ne de-	tauerūt aduersum me: ne	dantur et eleuentur.
	relinquas me ne forte ex-	derelinquas me ne vnq̄	
	altentur. Semper.	exaltentur. Dp.	Sela.
10	Caput circuitus eorum:	Caput circuitus eorum:	Amaritudo cōuiuiorū:
	labor labiorum ipsorum	labor labiorum ipsorum	labor labiorum eorū ope
	operiet eos.	operiet eos.	riet eos.
11	Cadēt super eos carbo-	Cadent sup eos carbo-	Cadēt sup eos carbones
	nes / ignem deijcies eos:	nes ignis: in igne deijcies	ignis: deijcies eos in foue
	in miseriis nō subsistent.	eos i miseriis nō subsistēt	as vt non consurgant.
12	Vir linguosus non diri-	Vir linguosus non diri-	Vir linguosus non diri-
	getur in terra: virum in-	getur super terram: virū	getur in terra: virum ini-
	iustum mala capient in	iniustum mala capient in	quum mala capient in in
	interitu.	interitu.	teritu.
13	Cognoui quia faciet dñs	Cognoui quoniā faciet	Scio q̄ faciet dñs: causā
	iudicium inopis: et vindi	dñs iudicium iopum: &	inopis: iudicia pauperū.
	ctam pauperum.	vindictam pauperum.	
14	Verumtamen iusti con-	Verumtamen iusti confi	Attamen iusti cōfitębū-
	fitębuntur nomini tuo:	fitębuntur nomini tuo:	tur nomini tuo: habita-
	habitabunt recti cū vul-	& habitabunt recti cum	bunt recti cū vultu tuo.
	tu tuo.	vultu tuo.	

TITVLVS. Ad victoriam psalmus Dauid. Psalmus / deprecatio in spiritu contra hæreticos. Popu-
lus fidelis inducitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Eripe me domine ab homine malo: a viro iniquo eripe me. libera 1
me dominator eterne a prauo hominis animo: a prophana viri doctrina libera me. Qui cogitaue- 2
runt iniquitates in corde: tota die constituebant prelia. qui quidem prauo iniquoq; animo homines
& nefaria scelestaq; doctrina viri / machinati sunt dolos / technas & deceptiones i anima: assidue mo-
liti sunt veritatis oppugnationes. Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venęnum aspidum sub la 3
bijs eorum. more serpentū linguas suas acuminauerūt ad sauciandū / sermones subtiliauerunt: insa-
nabile virus in sermonibus eorum. Custodi me dñe de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis 4
eripe me. tutare me deus potentissime aduersus potestatē maligni / antiqui seductoris: & a viris in-
iuste peruersęq; doctrine libera me. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt su- 5
perbi laqueū michi. qui studiū curāq; adhibuerunt me deorsū precipitē dare: filij belial pedicas cō-
texerunt michi. Et funes extenderunt in laqueū: iuxta iter scandalū posuerunt michi. & filij superbie 6
aduersus deum insurgentes / tortis argutionibus parauerunt michi muscipulā ad fallendū: iuxta
legem & sacre legis intelligentiā offendiculum quo me in preceps dederēt / locauerunt. Dixi do- 7
mino deus meus es tu: exaudi vocem deprecationis mee. in his laqueorū & offendiculorū pplexis
āfractibus clamaui ad dñm / tu es cōditor meus: audi p̄cē meā / & me ab his intētatis eripe periculis.
Dñe / dñe virtus salutis mee: obumbrasti sup caput meū in die belli. O gubernator & dominator for 8
titudo saluationis mee: tu protexisti animā meā in tempore pugne aduersantis & impij dogmatis.
Ne tradas me domine a desiderio meo peccatori / cogitauerunt contra me: ne derelinquas me ne 9

forte exaltentur. deus clementissime/pietatis & veritatis amator ne potestatem mei facias contra
desiderium meum maligne potestati/maligni et iniqui machinati sunt aduersum me: ne destituas
10 me/ne forte preualeāt & victores glorientˢ et exultēt. C aput circuitus eorū:labor labiorū ipsorum
11 operiet eos. sūma implexarū argutiarū eorū:elaboratio sermonū suorū confundet eos. C adēt sup
eos carbones/in ignē deijcies eos:in miserijs non subsistent. tormēta ignita infligentˢ super eos/in ge
12 hennam ignis deturbabis ac detrudes eos:in perpetuū a supplicijs non respirabunt. V ir linguosus
non dirigetur in terra:virū iniustū mala capient in interitu. homo qui in peruersū dogma soluit lin-
guam suam/in regione viuentiū nō prosperabitur:homo iustitiā dei sanctāq; peruertēs doctrinā de-
13 tinebitur in sempiterno cruciatu. C ognoui quia faciet dñs iudiciū inopis:& vindictā pauperū. hoc
certum/cognitūq; habui/q; deus iustus iudex sententiā feret pro populo ab huiusmodi iniquis op-
14 presso:et vlciscetur fideles suos. V erūtamē iusti confitebunt nomini tuo:& habitabūt recti cū vultu
tuo. & q̄is dñe acerbā vindictā facturus sis ob huiusmodi falsiloquos et iniustos/attamen qui incor-
rupta fide manserint laudabūt nomē tuū/omnipotēs verbū tuū/ Christū tuū/filiū tuum:& qui rectā
seruauerint doctrinā/in delicijs eterne vite manebunt in conspectu tuo.

ADVERTE. Primo versu. a viro iniquo eripe me:ex hebræo/a viris iniquis serua me. & hic sermo
accōmodatior. cū continuo sequēs versus pluratiue incipiat hoc pacto. qui cogitauerūt. quod si a vi-
ro legatur:non vsqueadeo apte / qui/pluratiue legeretur. & hoc interpretes in quarto versu fer-
me huic coincidēte/seruauerūt: Hieronymus ecōuerso. ¶ Secundo versu. Tota die constituebāt pre-
lia:clarius ex hebræo/tota die versati sunt in prelijs/scilicet in oppugnatione veritatis. quales fue-
re Cherinthus/Basilides/Ebion/Nestorius/Manicheus/Arrius/Eunomus/Sabellius/Photinus/Ma
cedonius & huiusmodi vesana damnatorū canū turba:quos trifaux vorat cerberus. sed neq; missi fa
ciendi sunt Sergius & Machumetes malo preceptore pestilētior nocētiorq; discipulus: quos vltrix
flāma plectit/sicut scriptū est:diabolus q seducebat eos missus est i stagnū ignis & sulfuris vbi bestia
& pseudoprophete cruciabunt die ac nocte i secula seculorū. ¶ Nono versu. ne tradas me dñe a de-
siderio meo peccatori/cogitauerūt contra me/ne derelinquas me/ne forte exaltentˢ: ex hebræo pau
lo aliter/ne des dñe desideria impij/scelera eius:ne effundantur & eleuentˢ. quo(ceu crediderim)de-
signatur. ne des dñe iplēri desideria maligni/pricipis nequitiarū/ne des implēri scelera eius. ne hæ
retici effundantur/copia obruāt/& de infelici oppressione glorientur. nam vt qui sacrorū eloquiorū
rectam & viuificā vbiq; tenent intelligentiam/id non suo sensu/sed superiore luce irradiāteq; desup
diuina gratia assequunt: ita non suo sensu hæretici in primas & p̄cipuas hærcses ,plapsi sūt. sed dæ-
monico quodam male stimulante mentem estro perciti/dum presumunt/dum non ad sobrietatem
sapere volunt/dum sibiipsis placent/& curiosa & vana(simplicitate et humilitate contempta)sectā-
tes: volunt admirabiles videri/& supra ceteros sapere. tunc astutus serpens illabitur/tunc stillat vene
num. contra quod nisi deus nostram adiuuaret debilitatem: totum posset inficere corrumperecq; mū
dum. Quod tamen legimus/ne des me a desiderio meo peccatori: hoc mutuamus a tralatione ro-
mana/ que ita habet. sed & codex græcus cū ea cōspirat. gallica autem editio dūtaxat habet/ne des
desiderio meo peccatori: cui si meo tollas & casum precedentis vocabuli mutes dicasq;/ne des desi-
deriū peccatori: cū editione hebraica cōspirabit. Quo fit vt potius sic esse legendū arbitrer. ¶ De-
cimo versu. caput circuitus eorum/labor labiorum ipsorum operiet eos: ex hebræo/amaritudo con-
uiuiorum eorum. quo designantur mala dogmata: quibus vt felle & absinthio eos depascunt qui-
buscum versantur quiq; illos audiunt. quod sequens particula indicat quasi id explicans/cum dicit.
labor labiorum eorum operiet eos.

¶Psalmus Dauid. CXXXX.

1 DOmine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee cum clamauero ad te.

2 Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuū mearum sacrificium vespertinum.

¶Psalmus Dauid. CXXXX.

DOmine clamaui ad te exaudi me: intende voci orationis mee dū clamauero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incēsū i cōspectu tuo Eleuatio manuum mearum: sacrificium vespertinum.

¶Canticum Dauid. CXXXXI.

DOmine clamaui ad te festina michi: exaudi vocem meā clamātis ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuū mearum sacrificium vespertinū.

GALL.	ROM.	HEB.
3 Pone domine cuſtodiã ori meo: et oſtium circũ ſtantie labijs meis.	Pone domine cuſtodiã ori meo: et oſtiũ circũſtã tie labijs meis	Pone domine cuſtodiã ori meo: ſerua pauperta tem labiorum meorum.
4 Non dęclines cor meũ in verba malitie: ad excuſã das excuſatiões in pctis.	Vt nõ dęclines cor meũ in verbũ malũ: ad excuſã das excuſatiões in pctis.	Ne dęclines cor meum i verbum malum / voluere cogitationes impias cum viris operantibus iniqui tatem: neq; comedere in delicijs eorum.
5 Cũ hoib9 operãtib9 iniquitatẽ; et non cõmuni cabo cum ęlęctis eorum.	Cũ hoibus operantibus iniquitatẽ: et nõ cõmuni cabo cũ ęlęctis eorum.	Corripiat me iuſtus in mĩa et arguat me / oleum amaritudinis non impin guet caput meũ: quia ad huc oratio mea pro malicijs eorum.
6 Corripiet me iuſtus ĩ mi ſericordia et increpabit me: oleum autem pecca toris non impinguet ca put meum.	Corripiet me iuſtus in miſericordia et icrepauit me: oleũ autẽ peccatoris nõ ipinguet caput meũ.	Sublati ſunt iuxta petrã iudices eorũ: et audient verba meaqm̃ decora ſũt
7 Quoniam adhuc et ora tio mea ĩ beneplacitis eo rum: abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum.	Quoniã adhuc eſt ora tio mea ĩ beneplacitis eo rum / abſorpti ſunt contí nuati petræ iudices eoꝝ: audient verba mea quo niam potuęrunt.	Sicut agricola cũ ſcindit terrã: ſic diſſipata ſunt oſ ſa noſtra in ore inferni.
8 Audient verba mea quo niam potuerũt: ſicut craſ ſitudo terre erupta eſt ſu per terram.	Sicut craſſitudo terre eru ctuat ſuper terram: diſſi pata ſunt oſſa noſtra ſe cus infernum.	Quia ad te domine deus oculi mei: in te ſpęraui ne euacues animam meam.
9 Diſſipata ſunt oſſa nr̃a ſecus infernum / quia ad te domine / domine oculi mei: in te ſpęraui non au feras animam meam.	Quia ad te dñe / dñe ocu li mei: in te ſpęraui ne au feras animam meam.	Cuſtodi me de manibus laquei quẽ poſuęrũt mi chi: et de offẽdiculis ope rantium iniquitatem.
10 Cuſtodi me a laq̃o quẽ ſtatuęrunt michi: et a ſcã dalis operantium iniqui tatem.	Cuſtodi me a laq̃o quẽ ſtatuęrũt michi: et ab ſcã dalis operantibus iniqui tatem.	Incident in rete eius im pij ſimul: ego autẽ tranſi bo.
11 Cadent in retiaculo eius peccatores: ſingulariter ſũ ego donec tranſeam.	Cadent in retiaculũ eius peccatores: ſingulariter ſum ego donec tranſeã.	

TITVLVS. Pſalmus Dauid. Pſalmus / oratio populi fidelis. qui & in ſpiritu orans inducitur.

EXPOSITIO CONTINVA. Domine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee cũ clamauero 1
ad te. deus meus ſuſpiraui / vociferaui ad te / deſideriũ meũ imple: intentum te exhibe deprecationi
mee cum ſuſpirauero ad te. Dirigatur oratio mea ſicut incenſũ in conſpectu tuo: eleuatio manuum 2
mearum ſacrificiũ veſpertinũ. recta via ad te tendat deprecatio mea eum in modũ quo & ante con
ſpectum tuũ orationes ſanctorũ: erectio brachiorũ meorũ ad cælũ / ad thronũ tuũ / tibi ſit libamen ſe
rotinum. Pone dñe cuſtodiã ori meo & oſtiũ circũſtantie labijs meis. da dñe vt de ore meo nõ ex- 3
eat ne verbũ quidẽ ocioſũ: & labia mea quaſi muro / cuſtodia tua circũclude. Non declines cor me- 4
um in verba malicie: ad excuſandas excuſationes in peccatis. Cũ hominibus operantibus iniquita- 5
tem: & nõ cõmunicabo cũ electis eorũ. nõ ſinas flecti animã meã ad aliquid turpe perpetrandum:

non ſinas eā labi ad tutandū/excuſandū & defendendū peccatū ſuū. nō ſinas me hec facere cū vſ=
6 ris trāſgredientibus legē tuā:neq; me inclinari ſinas ad cōmittendū cū charis & cōplicibus eorū. C or
ripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit me:oleū autē peccatoris nō ipinguet caput meū. labē=
tē me caſtiget miſericorditer vir mādatorū tuorū obſeruator & rephendat:blandicie autē tranſgreſ
7 ſorū nō demulceāt animū meū. Q m adhuc & oratio mea in beneplacitis eorū:abſorpti ſunt iuncti
petræ iudices eorū. verū inſup orare addā pro delictis tranſgredientiū: Chriſto dño iuncti ſunt/ & cū
8 eo ſublimati/qui in iudicio ſedētes eos iudicaturi ſunt. A udiet verba mea qm potuerūt:ſicut craſſitu
9 do terre erupta eſt ſup terrā. D iſſipata ſūt oſſa noſtra ſecus infernū/quia ad te dñe/dñe oculi mei i
te ſperaui:nō auferas aiam meā.audiēt hos ſermones meos quia valiđi ſunt: ſicut
planicie euerſe ſunt. ſic cōfracte mortalū vires in precipitationē ad interitū/verū quia ad te domi=
nator & cōditor aia mea intēta eſt/quia in te ſolo cōfidi:nō ſinas cū illis aiam meā ruere in interitū.
10 C uſtodi me a laqueo quē ſtatuerunt michi:& a ſcādalis operantiū iniquitatē. eripe me a molitioni=
11 bus & tētationibus quas tetēderūt michi:& ab offendiculis tuā legē preuaricātiū. C adēt in retiacu=
lo eius peccatores:ſingulariter ſū ego donec tranſeā. in rete iniquitatis inuoluenť & detrudenť trāſ=
greſſores:ego autem ſeorſū ſum donec euaſurus illud/ad beatitudinem conuolem.

ADVERTE. Tertio verſu. & oſtiū circūſtātie labijs meis:ex hebræo/ſerua paupertatē labiorū meo
rum. quo deſignať:ſerua paucitatē verborū meorū. nā quia in multiloquio peccatū deeſſe nō ſolet:
decet nos eſſe paucorū verborū/quaſi illorū pauperes & inopes ſimus. ſic & ſanctus Pombo feciſſe
legiť:vt & verbi otioſi/nunq̄ ſe penituiſſe diceret. ¶ Quarto verſu. ad excuſādas excuſationes in pec
catis:ex hebræo/voluere cogitationes ipias. acſi diceret:nō ſinas cor meū labi ad voluendas animo
ipietates. & id cū ſequēti verſu iungiť:ad voluēdas animo ipietates cū hoibus operātibꝰ iniquitatē.
voluūt enī qui eiuſmodi ſūt ipietates in corde. & dehortamur in ſpiritu ꝓphetie a talīū cōſuetudine:
& ſiue icorrupti manemꝰ/ſiue humano errore labimur/cū iuſto cōuerſari. ¶ Quinto verſu. & nō cō=
municabo cū electis eorū:ex hebræo/neq; comedere in delicijs eorū. vbi voluere & comedere copu=
lantur. quare potius nobis eſſet legendū:neq; ad cōmunicandū cū electis eorū. vt ad excuſandas &
ad cōmunicandū:ſimili copularemus analogia. ¶ Sexto verſu. corripiet me iuſtus in miſericordia &
increpabit me/oleū autē peccatoris nō ipinguet caput meū. melius corripiat & increpet ex hebræo:
vbi habet/corripiat & arguat me. & etiā ex verbo ſequēti ipinguet:alioqui meliꝰ dixiſſet ipinguabit.
¶ Septimo verſu. in beneplacitis eorū:ex hebræo ꝓ malitijs eorū. & verū eſt malitias beneplacita
eorū eſſe. & non orat ꝓpheta vt bñplacita illa illis ꝑdurent:ſed vt dei benignitas illos ab huiuſmodi
liberet inſania. vt boni indies p̄canť/cū auaros videt/ cū honoris ambitioſos/ cū voluptatibꝰ deflu
os:vt miſericordia diuina illos illuminet/& ad verā lucē reſpirare faciat. ¶ Eodē ſeptimo verſu. ab=
ſorpti ſunt iūcti petræ iudices eorū:ex hebræo/ſublati ſūt iuxta petrā iudices eorū/id de ſanctis apo
ſtolis ſpiritus ſācti oraculū puto:qui cū Chriſto in gloria ſūt eleuati/q in vniuerſo iniqtatē/dei offen=
ſā & trāſgreſſionē vetantes ſūt auditi. & quibus ipſa ꝑ ſe teſtata eſt veritas. in regeneratione cū ſede=
rit filius hominis in ſede maieſtatis ſue:ſedebitis & vos ſup ſedes duodeci/iudicātes duodeci tribꝰ
iſrael. & hi reuera duodeci abſorpti ſunt in gloria iuncti petræ eccleſie:qui eſt Chriſtus dñs ſupbene
dictus & ſupimmēſus. In reuchlinianis rudimētis hanc eandē particulā quā ſacer Hieronymus iter=
pretatus eſt ſublati ſunt iuxta petrā iudices eorū:author ille ita interpretať. declinauerūt ꝓpter pe=
tram iudices eorū. quod(inqt)magiſtri quidā hebræorū de Moiſe & Aaron iudicibus filiorū iſrael in=
telligūt:qui ꝓpter petrā declinauerūt a fide. ſed hic ſenſus &ſi diligēs & argutus/hebræorū eſt:no=
ſter autē in ſpiritu/& Chriſtianorū. ¶ Octauo verſu. ſicut craſſitudo terre erupta eſt ſup terrā:Hie=
ronymus ex hebræo/ſicut agricola cū ſcindit terrā. & hec particula cū ſequēte & non cū precedēte
iungi & coherere intelligenda eſt. quod ex tralatione hebraica ſatis dilucet. ¶ Nono verſu. diſſipa=
ta ſunt oſſa noſtra ſecus infernū/quia ad te dñe/dñe oculi mei/in te ſperaui non auferas animā meā.
ſe populus ſanctus ꝓpter cognationis affinitatē cū pereūtibus annumerat/ceteris magis condolēs
& cōpatiens q̄ ipſimet ſibiipſi cōpatianť/& de ſe cōdoleāt/& eorū diſſipationē ſuā quodāmodo effi=
ciens & reputans. attamē ne cū illis pereat ſubinde deū deprecatur:cū id nō in ſua ſit poteſtate/ſed
in dei benignitſſima ꝓtectione/defēſione & elargitione. ¶ Vndecimo verſu. cadēt in retiaculo eiꝰ pec
catores/ſingulariter ſū ego donec trāſeā:aptiꝰ retiaculum ex romana & hebraica tralatione/& etiā
ex ꝓprietate ligue romane. & paulo aliter habet Hieronymus ex hebræo/aptiorēq; ſēſū hoc pacto.
ſiam intraſſe dealbatam et in ſimplicitate vite degentē in ſimilitudinem fidelis columbe.

¶HALELV IA. CXXXVII.

1 LAuda hierlm dñm: lauda deū tuū ſion.
2 Quoniam confortauit ſe ras portarum tuarū:be-
nedixit filijs tuis in te.
3 Q ui poſuit fines tuos pa cem:& adipe frumenti ſa tiat te.
4 Q ui ęmittit ęloquiū ſuū terre: vęlociter currit ſer-
mo eius.
5 Q ui dat niuem ſicut la-nam:nebulam ſicut cine-
rem ſpargit.

¶HALELV IA. CXXXVII.

LAuda hierlm dñm: lauda deū tuū ſion.
Quoniam confortauit ſe ras portarum tuarū: be-
nedixit filios tuos in te.
Qui poſuit fines tuos pa cem:et adipe frumenti ſa tians te.
Q ui ęmittit ęloquium ſu um terre: vęlociter currit ſermo eius.
Q ui dat niuem ſicut la-nam:nebulam velut cine rem aſpergit.

LAuda hieruſalē dñm: cane deum tuū ſion.
Quia confortauit vectes portarum tuarū:bn̄dixit filijs tuis ī medio tui.
Qui poſuit terminū tu-um pacem:adipe frumen ti ſaturauit te.
Q ui ęmittit ęloquiū ſu-um terre: vęlociter currit verbū eius.
Q ui dat niuem quaſi la-nam:pruinas quaſi cine-rem ſpargit.

6 Mittit crystallũ suũ sicut bucellas: ante faciem frigoris eiꝰ quis sustinebit?
7 Et mittet verbũ suum et liquefaciet ea: flabit spiritꝰ eius & fluent aque.
8 Qui annunciat verbum suũ iacob: iustitias & iudicia sua israęl.
9 Non fęcit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis.

Mittit crystallũ suũ sicut frusta panis: ante faciẽ frigoris eiꝰ quis sustinebit?
Mittit verbũ suum & liquefaciet ea: flauit spiritꝰ eius & fluent aque.
Pronuncians verbũ suũ iacob: iustitias & iudicia sua israęl.
Non fęcit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis.

Proiȷcit glaciem suã quasi bucellas: ante faciẽ frigoris eius quis stabit?
Mittet verbũ suũ & soluet illa: spirabit spiritu suo & fluent aque.
Qui annunciat verbum suum iacob: prȩcepta sua & iudicia sua israęl.
Non fęcit similiter omni genti: & iudicia eius non cognoscent.

TITVLVS. HALELV IA. psalmus/laus continuata. Propheta in spiritu instruit/& ad laudẽ populum sanctum hortatur.

1 EXPOSITIO CONTINVA. Lauda hierusalẽ dñm: lauda deũ tuum sion. pacificoꝝ ciuitas predica/magnifica & exalta deũ tuũ: ecclesia regeneratorũ predica/exalta & magnifica deum redẽ-
2 ptorẽ tuũ. Quoniã cõfortauit seras portarũ tuarũ: benedixit filijs tuis in te. lauda sion deũ saluatorem & possessorẽ tuũ/quia validas effęcit scripturas ingressuũ tuoꝝ: sanctificauit regeneratos tuos
3 in te. Qui posuit fines tuos pacẽ: & adipe frumenti satiat te. lauda sion saluatorẽ tuũ qui sua pace terminos terre concluſit/pacẽ suam dedit/pacẽ suam reliquit: qui panis angelorũ pinguedine sa-
4 turat te. Qui emittit eloquiũ suum terre: velociter currit sermo eius. lauda sion deũ tuũ/qui euangeliũ suũ transmisit in vniuersum orbem terre: paruo tẽpore per iudæam/per habitatã plagã diffunditur doctrina eius. Qui dat niuẽ sicut lanam: nebulã sicut cinerẽ spargit. lauda sion deũ tuum
5 qui te niuea puritate in similitudinẽ candẽtis lane vestit: qui potestates tibi aduersari & nocęre volentes in modũ difflati puluueris dissipat & diffundit. Mittit crystallũ suũ sicut buccellas: ãte faciẽ
6 frigoris eius quis sustinebit? ꝓjcit induratos/glaciatos/nullo charitatis igne calẽtes quasi cibos fau-
7 cibus maligni apparatos: in cõspectu odij eius quis subsistere poterit? Et mittet verbũ suũ & liquefaciet ea: flabit spũs eius & fluẽt aque. nemo sane frigore induratus/dei odio dignꝰ & a diuina charitate excisus poterit stare/sed misericors dñs transmittet oñipotentẽ sermonẽ suũ/diuinũ logon
8 messiam suũ & emolliet induratos & gelu charitatis defectu obstrictos: spirabit paracletus eius & que obrigauerant/calefacte soluẽtur fientq; fideles anime. Qui annunciat verbũ suũ iacob: iusti-
9 tias & iudicia sua israel. lauda sion deũ tuum qui aperit & prenũciat messiã suũ ijs qui supprimũt vicia: iustificatiões suas & legis sue intelligentiã/eleuãtibus aduersitatis agnitionẽ studia sua. Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua nõ manifestauit eis. nõ ita verbũ suũ prenũciauit omni gẽti: & decreta iustitie sue non vt pijs & pio eum querentibus studio reserauit alijs.

ADVERTE. Hic psalmꝰ in hebræo supiori annectit & nõ habet nũerũ. Sextoversu. mittit crystallũ suũ. crystallũ hic nõ ꝑ gẽma/sed ꝑ glacie est accipiẽdũ. sic eni legit ex hebrẽo. ꝓjcit glaciẽ suã sicut buccellas. quod & ex ꝓprietate naturali cognoscit: cui (etsi i parabola hec dicant) alludit/cũ dicit. emittet verbũ suum & liquefaciet ea. glaciei enim est liquefieri & in aquam fluere: non gẽme. tametsi negare non velim: quin Crystalloides gemma fundi possit vt & alij lapides. quod satis exploratum ijs est: qui ficticias gemmas & hyalina vasa fingere norunt. allucinatio tamen accidit: q Crystallus apud grecos homonymum est: nunc glaciem/nunc gẽmam significans. & hoc in loco vocabulum grecum dimiserunt. quod pro gemma maxime intelligere latini consueuerũt: quia ad aquam frigore cõstrictam positum nomen habeant glacicm. verum interpretes æque hic interpretari debuerant cum latinum vocabulum non deesset: vt octauo versu psalmi 148 proxime sequẽtis/vbi grece habeẽ πυρ χαλαζα χιων κρυσταλλος. & interpretati sunt: ignis/grãdo/nix/glacies. q si vt superiore loco vocabulum reliquissent nequaq̃ interpretatum: æque dixissent ignis/grando/nix/crystallus. nõ tamen impendio negarim: vbicũq; in sacris litteris crystallus legitur/glacies poni & interpretari posse. De crystallo enim ita ex historia legitur. ad myrrhine gemme creationem: humorem putant sub terra calore densari. contraria huic causa crystallum facit/gelu vehementiore concreto, nec alubi certe reperitur: q̃ vbi maxime hiberne niues rigent/

GALL. ROM. HEB.

glaciemq; esse certum est / vnde & nomen græci dedere. vides ne igitur siue dissolubilis glacies / siue gẽma sit / & (vt sic dicam) glacies indissolubilis: nos pro crystallo posse glaciem dicere, sed pro vocabuli vnius significatiõe; plusculum forte q̃ par sit temporis insumpsimus & opere.

HALELVIA HALELVIA. CXXXVIII.

1 LAudate dñm de cælis: laudate eum in excelsis.
2 Laudate eum omnes angeli eius: laudate eũ omnes virtutes eius.
3 Laudate eũ sol & luna: laudate eum omnes stelle & lumen.
4 Laudate eũ cæli cælorũ: & aque quę super cælos sunt laudẽt nomen dñi.
5 Quia ipse dixit & facta sunt: ipse mãdauit et creata sunt.
6 Statuit ea in sęculũ & in sęculum sęculi: pręceptũ posuit & non pręteribit.
7 Laudate dñm de terra: dracones & oẽs abyssi.
8 Ignis grandonix glacies spiritꝰ procellarũ: quę faciunt verbum verbũ eius
9 Montes & oñes colles: ligna fructifera & oñes cedri.
10 Bestie & vniuersa pecora: serpentes & volucres pennate.
11 Reges terre & oñes populi: principes & omnes iudices terre.
12 Iuuenes & virgines / senes cum iunioribus laudent nomẽ dñi: quia exaltatũ est nomẽ eius solius.

HALELVIA HALELVIA. CXXXVIII.

LAudate dominũ de cælis: laudate eum in excelsis.
Laudate eum omnes angeli eius: laudate eũ omnes virtutes eius.
Laudate eum sol et luna: laudate eum omnes stelle & lumen.
Laudate eũ cæli cælorũ: & aque quę super cælos sunt laudẽt nomen dñi.
Quia ipse dixit & facta sunt: ipse mãdauit & creata sunt.
Statuit ea in ęternũ et in sęculũ sęculi: pręceptum posuit & non pręteribit.
Laudate dñm de terra: dracones & oẽs abyssi.
Ignis grandonix glacies spiritꝰ procellarum: quę faciunt verbum eius.
Montes & omnes colles: ligna fructifera & omnes cedri.
Bestie & vniuersa pecora: serpentes & volucres pennate.
Reges terre & oñes populi: principes & omnes iudices terre.
Iuuenes & virgines / senes cum iunioribus: laudent nomen domini.
Quia exaltatũ est nomẽ

HALELVIA HALELVIA. CXXXVIII.

LAudate dominũ de cælis: laudate eum in excelsis.
Laudate eum omnes angeli eius: laudate eũ omnes exercitus eius.
Laudate eum sol et luna: laudate eum omnes stelle luminis.
Laudate eũ cęli cęlorꝝ: et aque quę sup cęlos sunt.
Laudent nomen domini: quoniam ipse mandauit & creata sunt.
Statuit ea in ęternũ & in sęculum: pręceptum dedit & non pręteribit.
Laudate dñm de terra: dracones & oẽs abyssi.
Ignis & grando / nix & glacies / vẽtus turbo: quę facitis sermonem eius.
Montes et omnes colles: lignum fructiferũ & vniuersę cedri.
Bestie & omnia iumenta: reptilia & aues volantes.
Reges terre et omnes populi: principes & vniuersi iudices terre.
Iuuenes & virgines / senes cum pueris: laudent nomen domini.
Qm̃ sublime nomẽ eius

13 Confessio eius super cælum & terram: & exaltauit cornu populi sui.
eius solius: confessio eius super cęlum & terram. Et exaltauit: cornu populi sui.
solius: gloria eius in cęlo & in terra. Et exaltauit cornu populi sui/laus omnibus sanctis eius: filijs israęl populo appropinquanti sibi.

14 Hymnus omnibus sanctis eius: filijs israęl populo appropinquanti sibi.
Hymnus omnibus sanctis eius: filijs israęl populo appropinquanti sibi.

TITVLVS. HALELV IA. psalmus/continuata laus a celestibus & terrestribus. nam cuncta hec laudant cōmendantq; deū: vt diligenter & per cuncta affabrefactū opus cōmendat artificē suū. & cum intelligētia plana sit: non censui circa litteram diutius esse imorandum. EPOS psalmi.

1 Laudate ę cælis dominum: laudate eum in altis
2 Angelicæ turmæ omnes: virtutesq; supernæ
3 Laudate & dominum sol/luna & lumen & astra
4 Cæli cælorum/cælos supraq; locatæ
Sacræ vndæ laudent domini inscrutabile verbum
5 Quo dicente fuit/quo mandante omne creatum
6 Cuius & æterno iussu ręs quæq; manębunt
7 Cum cunctis dominum laudate dracones abyssis
8 Ignis/grando/nix/glacięs & turbo procellas
Exagitans/verbum æterni facientia ręgis
9 Montes cūq; iugis/cum fructiferis arbustis
Atq; omnes cedri quibus est phœnicia diues
10 Bestiæ & omne pecus/serpens/pennata volucris/
11 Ręgęs terræ/omnęs populi/procereſq;/senatusq;
12 Et iuuenes virgoq;/seneſq;/anniſq; pusilli
Collaudent nomen domini: nam solius ipsum
Est exaltatum domini super omnia nomen
13 Cælum eius super & terram confessio: cornu
Ipse sui rebus populi exaltauit ab imis.
14 Omnibus hymnica laus sanctis israęle fideli
Progenitis/dominoq; fide populo appropianti

ADVERTE. Quinto versu. qm̄ ipse dicit & facta sunt. hoc totum ipse dicit & facta sunt nō habet Hieronymꝰ ex hebræo. neq; reuera aliud est ipse mādauit & creata sunt: q̄ ipse dixit & facta sunt estq; repetita sentētia. Sed interp̄tes cōformius ad sacrā historiā adjcere maluerūt ipse dixit & facta sunt. sic eni vbiq; in principio geneseos dicit. dixit deꝰ fiat lux: & facta est lux. dixit quoq; deꝰ fiat firmamentū in medio aquarū/& diuidat aquas ab aquis: & factū est ita. dixit vero deꝰ cōgregent aq̄ que sub celo sunt in locū vnū & appareat arida: & factū est ita. vides igit̄ quo pacto vbiq; habeat hic & frequēter alias/dixit & factū est: ad cuiꝰ imitationē interp̄tes cunctē quide sensum intelligentiāq; capientes dixerūt ipse dixit & facta sunt. quare particula hec ipse mādauit & creata sunt apud eos adiecticia est/& nō admodū necessaria. & illud dixit & mādauit/dictū & mādatū: legē in creatura dicit. quod sequēti versu innuit cū dicit: p̄ceptū posuit quod nō p̄teribit. Sed quibusnam p̄ceptū posuit nisi creaturis/& illis qdē superiꝰ exp̄ssis quibꝰ dixit/mādauitq; vt essent? At arrhiani & eunomiani hic turpiter errāt: qui hoc p̄ceptū & legē datā filio putāt/& p̄inde illū mādāte inferiorē. si eni dicas ipse pater mādauit filio/siue vt grecus habet επετειλατο id est p̄cepit/& id adiūgas sequētis versus/p̄ceptū posuit: vix diffugias cauillos Arrhij/Eunomij/& huiusce modi insane turbe hoim in Christū dn̄m canina loquacitate debacchātiū si vspiā adhuc esset. sed gratie victori supcelesti dño & sup oia deo: qui hec letalia venena vbiq; restrinxit & multicipitē multilinguēq; hydrum tenebrosa in tartara mersit. ¶ Septimo versu. dracones & oēs abyssi: sunt quidam (vt sic dixerim)/somniculatores qui legendū tracones volūt/nouū & a sibi similibꝰ sōniatū verbū: quo significari volūt secretos cuniculos subterraneosq; meatꝰ quis subter fluitātia tacite labuntur flumina/aut quis spūs inclusus interdū terras quatit & valido vibratu nō semel oppida diruit & vrbes. sed nō legerūt oēs tralatiōes habęre dictionē dracones: quartā litterā nō vndeuicesimā infrō te gerentē. & septuaginta grece habęre Δρακοντες και πασαι αβυσσοι/dracones & omnes abyssi. nec p̄terea legerūt hieronymū i expositiōe huiꝰ psalmi asserētē nos hoc versu legere posse

laus ob max. christo victori supcelesti

laudate dñm de terra cete & oēs abyssi. & quod nos hic dicimus dracones:idem esse quod in principio geneseos dictū est creauitq; deus cete grādia. palā igitur est vanū omnino & sommio simile esse/putare hic legendū tracones per t. Sed dices quare igitur inuitat ꝓpheta/de terra dracones/ & ante alias quide creaturas laudare dñm:tū quia nō sunt de terra/tum quia multa digniora sunt/ que & potius ad laudationē erant inuitanda? Id forsitan cauillari volenti respōdisse satis erit. cum dicit in principio creauit deus celū & terrā:per celū omnē spirituale/& celeste corporcā significari naturā/& per terrā omnē subceleste. Itaq; hoc in loco per terrā significari omnē illam oram que intra lunarē ambitū est:& idem esse cum dicit laudate dñm de terra acsi diceremus laudate dñm de sensibili terrenaq; & sublunari plaga. At quam ob causam primo loco dracones/ siue vt vult Hieronymꝰ & hebræi cete:ex principio ꝓfecto geneseos cognoscit. nā post celestia:primū creata legūtur.fecitq; deus(inquit)duo lumiaria magna/luminare maius vt preesset diei & luminare minus vt preesset nocti/& stellas:& posuit eas in firmamēto celi vt lucerent super terrā & preessent diei ac nocti/& diuideret lucē ac tenebras.& vidit deus q; esset bonū:& factū est vespere & mane dies quartus. dixit etiā deus ꝓducant aque reptile anime viuētis/& volatile super terrā sub firmamento celi:creauitq; deus cete grandia.vides igitur post creationē solis & lune & stellarū : statim subiunctā expressamq; creationē cetorū / que nōie draconū hic intelligūtur. non mirū igit si post inuitationē celestiū:cōtinuo dracones/ id est cete grādia ilico post illa creata inuitat ad deū laudādum/& vltimo loco hoies vtpote qui & vltimo loco creati legunt. ¶ Tertiodecimo versu. cōfessio eius super celū & terrā:ex hebræo gloria eius in celo & in terra.hoc ferme canticū est:qđ Christo dño nato cecinerūt angeli/gloria in excelsis deo & in terra pax hoibꝰ bone volūtatis siue(vt grecus habet)in hoibus bona voluntas. Quod vero subiūgitur:& exaltauit cornu populi sui.hoc cornu populi exaltatū:intelligi volūt Christū dñm/quod & zacharias cornu salutis apud lucam appellat.vbi de Christo dño nondū nato/sed virgineis adhuc visceribus gestato qui oia portat/& in sacris vteri angustijs clauso qui includi non potest:ita prophetat. Et erexit cornu salutis nobis:in domo dauid pueri sui.sicut locutus est per os sanctorū qui a seculo sunt:prophetarū eius.acsi presentis psalmi pauloante adductū oraculū spiritu sancto monstrante videret adimpletū.qđ vt septuaginta reliquerūt:precinuerūt aggeus & zacharias barachie filius/qui ab eterno predifiniti & preelecti fuerāt aduētus Christi dñi dei nostri/regis nostri ꝓphete/ꝑcones/ & prænūcij. ¶ Quartodecimo versu.hymnꝰ oibus sanctis eius:ex hebræo laus oibus sanctis eius.laus oibus sctis eiꝰ: nō qua laudenē/sed qua laudēt dñm est intelligendū.parū enī in laudibus regis intēdit:qui in laude militū occupaī. Ille nouit apprime laudare:qui oēm laudē suam cōuertit ad summe laudabile/ & cū extra se & supra se factus(etsi fecerit quod potuit)scit se nō potuisse laudare quod est superiꝰ oñu laude. quo pacto enī oculus laudē canat lucis infinite:quā nullo pacto in seipa potest attingere/& si attingit:cū alteritate attingit.quare laudat in alteritate.& hec est possibilitas creature: huius clariore/ illius autē modo obscuriore. verū hec laus/siue insensibilis/irrationalisiue nature cū per vestigia in summū ducit/siue rationalis cū illa explicat aut ꝙuirit/siue intellectualis cū explicata in diuinitatis cōtactu vnit/& vno mētis iactu(vt sic dixerim)cōgregat & colligit:tāto omni alia laude est superior/quāto lucida substantia/ea que tenebrosa est/& immortalis mortali superior eminentiorq; est. ergo O deus vnicū & verū & summe laudabile:sic nos ad te laudandum cōuerte/vt nullum preter te suspiciamꝰ/nullum admiremur/ nullum laudare aueamus/eam solā scripturam eamq; philosophiam amemus:que ad te manuducit/& docet/mōstrat ac ostendit te amare ac laudare.& ea sola ratione amemus:q; ad te manuducit/te mōstrat / te ostendit/qui solus es inuisibilis & immortalis. Vesicas tumefactas vento laus tua displodat / disrūpat/perfringat.neoterica quedam ad nichil vtilia/nisi inanē ante imperitas aures/inflantis scientie opinionem/nisi ad vaniloquium/de quo ratio nobis reddenda est/& ad multiloquium cui peccatum iuxta sapientem non deest:confundat veritas tua/vt sit laus tua nota omnibus sanctis tuis/filijs contemplationis/populo appropinquanti tibi.

¶HALELVIA. CXXXXIX.

1 CAntate dño cantícū nouū:laus eiꝰ in ecclesia sanctorum.

2 Lętęť israęl in eo qui fęcit eum:et filie sion exultent

¶HALELVIA hale lu ia. CXXXXIX.

CAntate dño cantícū nouū: laudatio eius in ecclęsia sanctorū.

Lętęť israęl i eo qui fęcit ipm: & filij sion exultent

¶HALELVIA hale lu ia. CXXXXIX.

CAntate dño canticū nouū:laus eius in cōgregatione sanctorum.

Lętętur israęl in factore suo: filij sion exultent in

GALL.	ROM.	HEB.
in rege suo.	super rege suo.	rege suo.
3 Laudent nomen eius in choro: i tympano & psal terio psallāt ei.	Laudate nomē eius i choro: in tympano & psalterio psallant ei.	Laudent nomen eius in choro: i tympano & i cithara cantent ei.
4 Quia bñplacitū est dño in pplo suo: & exaltabit mansuetos in salute.	Quia bñplacitū est dño in pplo suo: & exultabūt mansueti in salutem.	Quia cōplacet sibi dns in populo suo: exaltabit mā suetos in iesu.
5 Exultabunt sancti i gloria: letabūtur in cubilib9 suis.	Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis.	Exultabunt sācti in gloria: laudabunt in cubilibus suis.
6 Exultationes dei in gutture eorū: et gladij ancipites in manibus eorū.	Exultationes dei in faucibus eorū: & gladij ancipites in manibus eorum.	Exultationes dei in gutture eorū: & gladij ancipites in manibus eorum.
7 Ad faciendam vindictā in nationibus: increpationes in populis.	Ad faciendā vindictam in nationibus: increpationes in populis.	Ad faciendam vindictā in gentibus: increpationes in populis.
8 Ad alligādos reges eorū in cōpedibus: & nobiles eorū in manicis ferreis.	Ad alligādos reges eorū in compedibus: & nobiles eorum in vinculis ferreis.	Vt alligent reges eorum catenis: & iclytos eorum in cōpedibus ferreis.
9 Vt faciant in eis iudiciū conscriptū: gloria hec est omnibus sanctis eius.	Vt faciant in eis iudiciū conscriptum: gloria hec est omnibus sanctis eius.	Vt faciant in eis iudiciū conscriptū: decor est omnium sanctorū eius.

TITVLVS. HALELV IA HALELV IA. Continuata laus ab ecclesia Christi/qui dns & rex noster est/& pater filiorū sion. littera psalmi satis conspicua. EPOS psalmi.

1 Deinde nouū carmē dño cantate: resultet
Omnis in illius sanctorū ecclesia laude.
2 Inq; suo factore Israēl lętętur: & ipsæ
Matre Sion natæ exultent in rege superno.
3 Vna eius nomen laudent/& tympana pulsent
Et nec ad hymnidicas desint psalteria laudes.
4 Nā placitū est ꝓprio in pplo vniuersa regēri:
Inq; salutari exaltabit mente benignos.
5 Et faciet sanctos pleno exultare decore:
Tunc lętabuntur tacita præcordia mente
6 Tunc; dei laudes lętanti fauce sonabūt:
Ancipites gladios manibus strictosq; tenebūt
7 Vt faciāt vindictā in gētibus/vtq; reprændant
Errantes populos quo deuia lata relinquant.
8 Vtq; ligēt reges pplorū & cōpede stringant:
Et proceres horū vinclis opa ad bona cogant
9 Iudiciū vt faciāt quod sacra volumina tradunt:
Omnibus hęc ingens est eius gloria sanctis.

ADVERTE. Secundo versu. & filie sion exultēt in rege suo: ex hebraica & romana tralatione & græco/& filij sion masculino genere και υιοι σιων. sed sensui nichil preiudicij id afferre videtur. Quinto versu. letabūtur in cubilibus suis: ex hebræo/laudabunt in cubilibus suis. Sexto versu. & gladij ancipites in manibus eorū. hos gladios ancipites ex vtraq; parte/dextra leuaq; scindētes: iurisdictionē pontificiā & cesareā/spiritualē & tēporalem intelligi volūt. de quibus in similitudine apud lucā cū apostoli dño dicerent/dñe ecce duo gladij hic: dominus respondit satis est. hi gladij æque amicos vt inimicos si oportet ferire debent/pauperes æque & æque diuites/potētes æque & æque imporētes. alioqui si solos pauperes/impotētes & ignotos corriperēt: diuites/potentes & noti licentia peccandi laxata ad iniustitias prorueren t/neq; gladij hi vtraq; parte scindētes essent. verum si reges/si principes delinquūt siue rei sacre/siue tēporalis dominij: primū illi gladijs illis arcē di sunt/iuxta octaui versus preceptū/vt lex diuina nobis scripta impleatur. quia in recto vsu horum duorū gladiorū: consistit gloria/perfectio et honor presentis ecclesie. verū hic id est secularis gladius vindictam potius facit in populis: alter increpationes. hic reges et principes manicis ferreis arcet: ille cōpedibus et catenis/que sunt anathemata et traditiones potestati sathane/vt dū tēporaliter mulctantur non eternaliter pereant anime.

GALL.	ROM.	HEB.
ℂHALELV IA. CL.	ℂHALELV IA. CL.	ℂHALELV IA HA LELV IA. CL.
1 LAudate dominũ in ſactis eiꝰ: laudate eũ in firmamẽto virtutis eiꝰ.	LAudate deũ ĩ ſãctis eius: laudate eũ in firmamẽto virtutis eius.	LAudate dñm in ſancto eius: laudate eũ ĩ fortitudine potentie eius
2 Laudate eũ in virtutibus eiꝰ: laudate eũ ſcd̃m multitudinem magnitudinis eius.	Laudate eum in potentatibus eius: laudate eũ ſecundum multitudinem magnitudinis eius.	Laudate eum in fortitudinibus eius: laudate eũ iuxta multitudinem magnificentie ſue.
3 Laudate eũ ĩ ſono tube: laudate eum in pſalterio & cithara.	Laudate eum in ſono tube: laudate eum in pſalterio & cithara.	Laudate eum in clangore buccine: laudate eum in pſalterio & cithara.
4 Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in chordis & organo.	Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in chordis & organo.	Laudate eũ in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.
5 Laudate eũ in cymbalis beneſonantibus/ laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet dominum.	Laudate eum in cymbalis bene ſonantibus/ laudate eum in cymbalis bene tinnientibus: oĩs ſpiritus laudet dominum.	Laudate eum in cymbalis ſonãtibus/ laudate eũ in cymbalis tinniẽtibus: omne quod ſpirat laudet dominum.

TITVLVS. HALELV IA. Pſalmus/cõtinuata laus ab eccleſia cæleſti & iam in ſua tranquillitate ſecura manente. & totus pſalmus ſecundum anagogen eſt intelligẽdus. littera aliquãtulũ exercitato contemplatori conſpicua. ℂEPOS pſalmi.

1 LAudate in ſanctis dominum: laudate potenti
Qui virtute ſua pro nutu concutit orbem.
2 Inq; dynaſtijs ipſum laudate ſupremis:
Laudate vt ſua magnificentia ſumma meretur
3 Hunc tuba/ cum deno hunc laudent pſalteria neruo
Cum cithara inſigni triados laudate trigona
4 Tympana cumq; choro/ cumq; altis organa chordis
5 Dent pariter laudes. reſonantia cymbala pulchrę
Dent iubilos: omnis dominum ſpiratio laudet.

ADVERTE. Primo verſu. laudate dñm in ſanctis eius: ex hebræo/ in ſancto eius. in ſancto eius/ in deo & agno ſedẽti in throno/ quẽ reuelata facie cõſpiciũt beati. ℂEodẽ verſu. in firmamẽto virtutis eius: ex hebræo in fortitudine potẽtie eius. quia millia milliũ in illa cæleſti eccleſia audienẽ voce magna dicẽtia/ dignus eſt agnus qui occiſus eſt/ accipere virtutẽ et diuinitatẽ & ſapientiã & fortitudinẽ et honorẽ et gloriã & benedictionẽ. ℂTertio verſu. laudate eũ in ſono tube/ laudate eũ in pſalterio & cithara. he tube/ hec pſalteria/ & he cithare/ & que nominanť ſequentia: ſpirituales laudes et harmonie ſpiritus ſunt cæleſteſq; concẽtus. quos nullus mortalis adhuc capere ſufficit ſenſus: de quibꝰ Chriſto deoq; dilectus apoſtolꝰ in ſpiritu. & audiui (inquit) vocẽ de cælo tanq̃ vocẽ aquarũ multarũ/ & tanq̃ vocẽ tonitrui magni. & vocẽ quã audiui: ſicut citharedorũ citharizantium in citharis ſuis. & beati qui ĩ illa cæleſti ciuitate a deo electi digni erũt ipſũ laudare: vbi dñs deus oĩpotẽs tẽplũ illiꝰ eſt & agnus. que non eget ſole & luna vt luceãt in ea. nã claritas dei illuminabit eã: & lucerna eius eſt agnus. et videbunt faciẽ eius: et nomen eius in frontibus eorũ. et nox vltra nõ erit: et nõ egebunt lumine lucerne neq; lumine ſolis. quoniã dominus deus illuminabit illos: et regnabunt in ſecula ſeculorum. ad quã glorioſã viſionẽ nos pducere dignetur CHRISTVS dñs/ filius dei/ laus noſtra/ principium et finis pſalmodie noſtre/ qui eſt ſuperimmenſus et ſuperbenedictus in ſecula. cui inſuper ſit claritas/ benedictio/ honor/ poteſtas et gratiarũ actio per immenſa ſeculorũ ſecula. Amen.



Via in superiore triplici psalmodia presertim in gallica non pauca annotauimus quæ directionis lima egere videbantur: ideo psalterij vnum conciliauimus/ etsi non in omnibus in eis tamen locis que id maxime expoſcere videbātur. ¶ Citauimus etiam interdum vetuſtioris pſalterij teſtimonium quo vtebantur anteq̄ ſacer Hieronymus & romanum & gallicum cum exemplaribus græcis cōferendo caſtigaſſet pſalterium. Operepretium igitur me facturum exiſtimaui ſi hec duo pſalteria precedētibus ſubnectere rem: vt opus conſumatius emitteretur. ¶ Et ad cōciliatum nomina dei quib⁹ prophęta per ſpiritum ſanctum in hac tota pſalmodia laudat deum: annexui. tum q̄ frequenter aliquorum in annotationibus meminimus: tum q̄ nō parua myſteria & tam noſtre religioni vtilia q̄ ſcitu digna/ cōtinere videretur. Et nomina dei ad Marcellā ſcribēs facer Hieronymus decē enumerat. primū EL. ſecundū ELOHIM. tertium ELOHE. quartum SEBAOTH. quintum ELION. ſextū apud hebræos endecagrāmaton EHIHE ASER EHIHE. ſeptimum ADONAI. octauum IAH. nonum Tetragrāmaton יהוה. decimum SADAI. primū iterpretat Hieronym⁹ fortē. ſecūm & tertiū deū. quartū exercituum. quintum excelſum. ſextum qui eſt miſit me. ſeptimum / octauum & nonum dominum. decimū robuſtum & omnipotentē. & his omnibus in pſalmis vtitur prophęta: eo excepto quod ſexto loco poſitum eſt/ quo deus ad moſen vſus eſt in exodo. verum in pſalmis vtitur inſuper prophęta his pro nominibus dei Eloha/ Sur/ Abir. erūt igitur duodecim noia quibus ægregius mouēte ſpiritu ſancto pſalmodes in diuina ſua hymnographia celebrat deum. El. Elohim. Elohe. Eloha. Sebaoth. Elion. Adonai. Iah. יה. Sadai. Sur. Abir. Et quando & vbi his vtetur ex adiectis circa litteram facile intelligetur. ¶ Sed quæres quæ myſteria hęc cōtinent? Maiora profecto q̄ noſtræ poteſtatis ſit ęnucleare. nitēmur tamen pauca ędiſſerere de magno nomie dei יהוה. quod rabi Moſes anno a partu virginis/ anno ab apparitione Meſiah ſexto & milleſimo ſacris vndis ablutus/ dicit trinum eſſe & vnum. nam ſi primum & ſecūm elemētū iūgas fit vnū nomē dei יה. ſi ſecūm & tertiū fit alterū יו. Si tertiū & quartū fit nomē dei הי. que tria noia ſimul vnū ſunt nomē dei יהוה. eſt itaq; trinū & vnū. Q d ſacramentū eſſe dicit: vt hebræi vel ex eo noie quod maxime venerātur & in quo maxima crędūt latere ſecręta/ deum intelligerent trinū pariter & vnum. ¶ Item hoc nomen non proferunt: ſed eius loco ſemper proferūt adonai. quod eodem authore plurale eſt: cuius ſingulare eſt adon. hoc igitur nomine vnū deum intelligētes/ pluraliter nominant: in myſterio proculdubio ineffabilem trinitatē venerantes. Et idem faciunt cū Elohim Eloha dicunt/ id eſt dij deus: Elohim propter trinitatem & Eloha propter vnitatis cōfeſſionē. ¶ Ceterum magnum nomen dei tribus Ioth inſtar trigoni æquilateri iunctis/ hoc pacto ∴ figurant: quod ſignificat principiū principiū principiū. & eſt illorū trium Ioth per omnia equalitas. & quid hoc aliud: niſi deum eſſe trinum principiū/ & illius trinitatis ſummā eſſe æqualitatem/ & triadem omniū rerum cauſam eſſe principē? quæ vna eſt pleniſſima & perfectiſſima diuinitas pricipium medium & finis omniū. ¶ Preterea cum hoc nomen ſit ineffabile/ illi quaſi effabilibus ſpūs ſupponunt ſeua: & cames quæ reuera ad pronūciationē illius nominis nichil cōferunt (eſt enim ineffabile) ſed ſunt ſpiritus nominis Ieſua id eſt ſalutaris/ ſiue iheſuha proprij nominis ſaluatoris noſtri vt nonnulli volunt. q̄is hic non impendio contēderim Ieſua quod nos Ieſus dicimus homonyme cōmune nomē eſſe & etiam proprium regis Meſiah poſtq̄ in terris viſus eſt & cum hominibus conuerſatus/ & nunc nomen eſſe ſupra omne nomen poſtq̄ verbo & filio dei incarnato ex voluntate patris appropriatū eſt. quid igitur ſpiritus illi deſignare videntur: niſi Meſiah verbū & ſpiritū eſſe magni & arcani nominis dei? ¶ Multa alia ſunt myſteria quæ me fugiunt: & vbi non fugerent breuitatis cauſa nichilominus reticenda. Et reuera qui profunde contēplatur: lex noua & lex vetus/ lex noſtra & hebraica id ſolum differre videntur quod clauſum & apertū/ velatum & detectū. reuelauit enim nobis Chriſtus IHESVS ſolus & verus Meſiah cum dixit apoſtolis: euntes ergo docęte omnes gentes baptiſantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. ergo ſoli baptiſati aut ad baptiſmi fidem inſtructi/ illuminati ſunt ad videndū & crędendum (credere enim vidęre eſt) deum trinū eſſe ſimul & vnum/ & quid tetragrāmaton nomen trinū & vnum/ quid adonai & Elohim pluralia/ quid El/ Eloha/ Elohe & id genus ſingularia aperto myſterio ſignificent. Quapropter nō abre noſtri deo plęni ſancti patres in ipſa primitiua eccleſia/ in portis filiæ ſion baptiſmum ſacramentum illuminationum appellauerunt & baptiſatos illuminatos. accepęrunt enim illuminationē/ mundo/ terreſtribus celeſtibuſq; omnibus ſuperiorē. Et beati illi: modo ſuperexímiæ lucis ſibi oſtenſæ inoffenſo calle iugiter viam ſequantur. ¶ Sed hic quæres nomen IESVS quo in pſalmis tantopere Chriſtū vt ſalutarem & ſaluatorē prophęta celebrat aſpiratum ne ſit an ſecus? Minime eſt aſpiratum. verum reſpōdet vocabulo quod græci abſq; vlla aſpiratione ſcribunt ιησους id eſt Ieſus. & hoc nomē in ſe nō claudit tetragrāmaton: & ſi vt dictū eſt magni illius nois ſpiritus claudit. Verum proprium illud nomen iuxta vetuſtam latinorum conſuetudinem frequētius aſpiro: & tunc nomē intelligo quod totum in ſe claudit tetragrāmaton. vt ex libro de verbo mirifico amplius intelligi po-

Decem nomina dei.

1 El
2 Elohim
3 Elohe
4 Sebaoth
5 Elion
6 Ehihe Aſer Ehihe
7 Adonai
8 Iah
9 יה
10 Sadai
11 Sur
12 Abir

test:vtq; sæpe alias in annotationibus dictum est. Iesus tamen vt non est aspiratum reciperent iudæi nomen esse saluatoris nostri/cuius elementa sunt Ioth/Sin/Vau/Ain:alterum autem Ioth He Sin Vau He repudiarent quasi fictitium & a nobis curiose cõmentatum. & siue hoc siue illud:nomen augustũ est & venerandum.sed de his satis. ¶ Cum igitur יהוה. aut אדני inter psallẽdum aspexeris:ad magnũ dei nomen quod trinum est pariter & vnum reuerenter te inclina: & multo magis ad ipsum deum trinum & vnum ineffabilem & incõprehensibilẽ qui per illud significat/totã vim mentis tuæ attolle. Similiter cum Elohim aut Adonai videris : cogita quod sancta fides te docet/deus pater/deus filius/deus spiritus sanctus/dominus pater/dominus filius/dominus spiritus sanctus & tamẽ non tres dij aut domini/sed vnus deus & dominus.& in animo frequenter subeat benedicamus patrem & filium cum sancto spiritu.Cum El:lauda eius insuperabilẽ fortitudinẽ.Cum Elohe aut Eloha:lauda omnia super gredientem vnitatem.Cum sebaoth:cælestium agminum exercitus regentem. Cum Elion : omnibus supereminentem & ab omnibus secretum.Cum Iah:dominatorem omnium. Cum Sadai:omnipotentem &(vt cui nichil resistere potest)omnia que vult & quomodo vult exequentem.Cum Sur:lauda eũ vt omnia tutantẽ & saluantem.Cum Abir:Vt rerum oim primatẽ & vniuersorũ augustissimũ principẽ. nam horum duorum quæ nouissime posita sunt/nominum:primum id est Sur/robur & tutamẽtum significat.sed q̃ varie nunc Hieronymus nunc interpretes vertãt : suis in locis patebit.& secũdum id est Abir:primatẽ fortem & strẽnuum significare volũt. ¶ His apponentur duo nomina Christi Iesua & Mesiah.Cum igitur Iesua id est salutaris se oculis tuis ingesserit:eum lauda a quo omnis salus vniuerso mundo allata est. Si Mesiah qui interpretat vnctus:eũ a quo omnis sanctificatio & gratia nobis indulta est.& de plenitudine inquit eius nos oẽs accepimus.Si forte videris Iesuoth id est salutares : assurge ad laudandum patrem/ filium & spiritum sanctum nostræ salutis authores/vnum & idem omnipotens salutare:& pro virili tua imo supra vires pro tã mirifica benignitate effunde ei pcordia & gratias age.¶ Si etiam Selah se obtulerit spectãdum: toties mente iubila agnoscens deum laude & sermone incõprehensibilẽ:& in filetio mentis tantisper incognoscibilẽ venerare.mox nomina innominabilis & laudes excellenter omnem laudem diffugiẽtis resume:& nitere eum nominare & laudare : quẽ a quoq̃ mortali noiari & laudari est impossibile. ¶ Nec te lateat velim hec duo psalteria per versus esse representata secũdũ quod distinctio requirit/vt maiores nostri facere cõsueuerẽt:qui insup ob reuerentiã nomina hec dominus/deus/salutare/Christus:maiusculis litteris per vniuersam psalmographiam repræsentabant/auro aut nobili aliquo superinducto colore.nos modo consimili nomina illa maiusculis litteris expressimus:& vbicũq; in hebræo magnum dei nomen occurrit pro quo conuersum habemus dominus:minio notauimus/q; aurum/synopida / purpurissum aut aliorum colorum e nobilioribus aliquẽ superinducere non possemus.¶ Intueberis etiam nõnuq̃ asteriscum id est stellulam hoc pacto ✳ :tũc cognosce e regione locum esse conciliatum. Vbi obelum id est veru sic — aspexeris:vsq; ad duo talia puncta ⁘ quicquid interceptum est intellige/ex hebræo haberi superfluum:quod maxime hic obseruauimus in nominibus dei superfluo adiectis.¶ Id te præterea non lateat adiecta argumenta exintelligẽtia spiritus litteræ expositionis præcedẽtium psalteriorum desumpta. & quia in illis ad integrũ tituli psalmorũ appositi sunt:satis hic visum est si paucis cui diuinus psalmus ascribitur annotaremus.

¶ Et vt nomina dei & eorum significationes facilius hereant menti:subiecta formula notetur.

¶ Nomina dei ad Marcellam.

Et aduerte in exẽplaribus Hieronymi quartũ in prima & scda syllaba vocali a scribi & sextũ & octauum lenib⁹ dẽptis aspirationibus vt inferius patet.

1	El	Deus/fortis.
2	Elohim	Deus.
3	Elohe	Deus.
4	Sabaoth	Exercituũ.
5	Elion	Excelsus.
6	Asereie	qui ẽ misit me
7	Adonai	Dominus.
8	Ia	Dominus.
9	יהוה	Vnus & trin⁹
10	Sadai	Robustus.

Nomina dei ex psalmis.

1	El	Deus.
2	Elohim	Deus
3	Elohe	Deus.
4	Eloha	Deus.
5	Sebaoth	Virtutum.
6	Elion	Altissimus.
7	Adonai	Dominus.
8	Iah	Dominus.
9	אדני	Dominus.
10	Sadai	Omnipotens
11	Sur.	Deus.
12	Abir	Deus.
13	Iesu	Salutaris
14	Iesuoth	Salutares.
15	Mesiah	Christus.

¶ Hec pro preinstructione.Nunc ad litteram labor noster conuertendus.

1 BEatus vir qui non abijt in consilio impiorũ:
& in via peccatorum non stetit:
& in cathedra pestilentiæ non sedit.
2 Sed in lege dñi fuit voluntas eius:
& in lege eius meditabitur die ac nocte.
3 Et erit tãq̃ lignũ qđ plãtatũ ẽ secđm decursũ aq̃rũ:
quod fructum suum dabit in tempore suo.
4 Et folium eius non decidet:
& omnia quæcunq; fecerit prosperabuntur.
5 Non sic impij non sic:
sed tanq̃ puluis quẽ proijcit vẽtus a facie terræ.
6 Ideo non resurgunt impij in iudicio:
neq; peccatores in concilio iustorum.
7 Quoniam nouit dominus viam iustorum:
iter autem impiorum peribit.

ARGVMENTVM. Psalmꝰ de cõcilijs in Christũ dñm/diuina eius gñatione/regno & eius hereditate ¶ Conciliatus versu 12. vbi aduerte/postq̃ dictũ est dominꝰ dixit ad me filius meꝰ es tu/ego hodie genui te/postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam/& possessionem tuã terminos terræ: q̃apte subnectitur ad gentes osculamini filium nequando & irascatur & pereatis de via.

¶ Psalmus dauid. II.

1 VT quid fremuerunt gentes:
& populi meditati sunt inania.
2 Astiterũt reges terre & principes cõuenẽrt in vnũ:
aduersus dominum & aduersus christum eius.
3 Dirumpamus vincula eorum:
& abijciamus a nobis iugum ipsorum.
4 Qui habitat in cælis irridebit eos:
& dominus subsannabit eos.
5 Tunc loquetur ad eos in ira sua:
& in furore suo conturbabit eos.
6 Ego aũt cõstitutꝰ sũ rex ab eo sup siõ mõtẽ scm̃ eiꝰ:
prædicans præceptum ipsius.
7 Dominus dixit ad me filius meus es tu:
ego hodie genui te.
8 Postula a me & dabo tibi gentes hereditatẽ tuã:
& possessionem tuam terminos terre.
9 Reges eos in virga ferrea:
& tanq̃ vas figuli conteres eos.
10 Et nunc reges intelligite:
& erudimini qui iudicatis terram.
11 Seruite domino in timore:
& exultate ei cum tremore.
12 Apprehendite disciplinã nequãdo irascatur dñs: ✱
& pereatis de via iusta.
13 Cum exarserit in breui ira eius:
beati omnes qui confidunt in eo.

ARGVMENTVM. Psalmꝰ de Christi dñi persecutione/exauditione/dormitione/resurrectione/vltione hostium & benedictione fidelium. Et ne mireris hic & insequẽtibus si tetragrãmaton/Adonai Elohim nomina pluralitatem signantia nunc patri/nunc filio tribuantur. hoc diuinarũ personarum imanentiam & inseparabilitatem designat. Et cum Christus secundum dispensationem carnis orat: nõ modo patrem sed & diuinum verbum/& spiritum sanctum orat. nam deum orat. non est autem sine verbo & paracleto deus vt neq; sine paterna fœcunditate deus.

¶ Psalmus Dauid. III.

1 DOmine quid multiplicati sũt q tribulãt me:
multi insurgunt super me.
2 Multi dicunt animæ meæ:
non est salus illi in deo eius.

BEatus vir qui nõ abijt in cõsilio impiorum:
& in via peccatorum non stetit: Tetragrãmaton.
& in cathedra pestilentiæ non sedit.
Sed in lege DOMINI voluntas eius: יהוה
& in lege eius meditabitur die ac nocte.
Et erit tãq̃ lignũ qđ plãtatũ est secđ decursũ aq̃rũ:
quod fructum suum dabit in tempore suo.
Et folium eius non defluet:
& omnia quæcunq; faciet prosperabuntur.
Non sic impij non sic:
sed tanq̃ puluis quẽ proijcit vẽtus a facie terræ.
Ideo non resurgunt impij in iudicio: Tetragrãmaton.
neq; peccatores in concilio iustorum.
Quoniã nouit DOMINVS viam iustorum: אדני
& iter impiorum peribit.

¶ Psalmus dauidi. II.

QVare fremuerunt gentes:
& populi meditati sunt inania.
Astiterũt reges terræ & principes cõuenẽrt in vnũ:
aduersus DNM & aduersꝰ CHRISTVM eius. אדני
Dirumpamus vincula eorum: Messiah
& proijciamus a nobis iugum ipsorum.
Qui habitat in cælis irridebit eos:
& DOMINVS subsannabit eos. Adonai
Tunc loquetur ad eos in ira sua:
& in furore suo conturbabit eos.
Ego aũt cõstitutꝰ sũ rex ab eo sup siõ mõtẽ scm̃ eiꝰ:
prædicans præceptum eius.
DOMINVS dixit ad me filius meus es tu: יהוה
ego hodie genui te.
Postula a me & dabo tibi gentes hereditatẽ tuã:
& possessionem tuam terminos terræ.
Reges eos in virga ferrea:
& tanq̃ vas figuli confringes eos.
Et nunc reges intelligite:
erudimini qui iudicatis terram.
Seruite in timore:
& exultate ei cum tremore.
✱ Osculamini filium nequãdo irascat DOMINVS:
& pereatis devia — iusta. ..
Cum exarserit in breui ira eius:
beati omnes qui confidunt in eo.

¶ Psalmus Dauidi. III.

DOMINE qđ multiplicati sũt q tribulãt me: יהוה
multi insurgunt aduersum me.
Multi dicunt animæ meæ:
non est salus ipsi in DEO eius. Elohim.

CONCIL.	VET.	
Tu autem DOMINE ſuſceptor meus es:	Tu autem domine ſuſceptor meus es:	3
gloria mea & exaltans caput meum.	gloria mea & exaltans caput meum.	
Voce mea ad DOMINVM clamaui:	Voce mea ad dominum clamaui:	4
& exaudiuit me de monte ſancto ſuo. Selah	& exaudiuit me de monte ſancto ſuo.	
Ego dormiui & ſoporatus ſum & exurrexi:	Ego dormiui & ſomnum cæpi & exurrexi:	5
quia DOMINVS ſuſcepit me.	quoniam dominus ſuſcepit me.	
Non timebo milia populi circũdantis me:	Non timebo milia populi circundantis me:	6
exurge DOMINE ſaluũ me fac DEVS meus.	exurge dñe ſaluum me fac deus meus.	
Eloha Q ũm tu percuſſiſti oẽs aduerſãtes michi ſine cauſa:	Q ũm tu percuſſiſti oẽs aduerſãtes michi ſine cauſa:	7
dentes peccatorum contriuiſti.	dentes peccatorum contriuiſti.	
DOMINI eſt ſalus:	Domini eſt ſalus:	8
& ſuper populum tuum benedictio tua. Selah	& ſuper populum tuum benedictio tua.	

ARGVMENTVM. Pſalmus de vocatione gentium reiecta idolorum vanitate/ mirifica lęgis Chriſti introductione/illuminatione / gentium/& augmentatione eccleſiæ a cõmunione libaminis ſacroſanctæ panis &vini euchariſtiæ. ¶ Conciliatus ex annotationibus verſu primo octauo & decimo.

¶ Pſalmus Dauidi. IIII.	¶ Pſalmus Dauid. IIII.	
Elohe CVm iuocarẽ exaudiſti me DEꝰ iuſtitiæ meę:	✳ CVm inuocarẽ exaudiuit me deꝰ iuſtitie mee:	1
in tribulatione dilataſti michi.	in tribulatione dilataſti michi.	
Miſerere mei:	Miſerere mei:	2
& exaudi orationem meam.	& exaudi orationem meam.	
Filij hominum vſquequo graui corde:	Filij hominum vſquequo graues corde:	3
vt qd diligitis vanitatẽ & q̃ritis mẽdaciũ? Selah	vt quid diligitis vanitatẽ & quæritis mendaciũ?	
Et ſcitote qm̃ mirificauit DOMINVS ſanctũ ſuũ:	Et ſcitote quoniã admirabilẽ fecit dñs ſctm̃ ſuũ:	4
DOMINVS exaudiet me cũ clamauero ad eũ.	dominus exaudiet me cum clamauero ad eum.	
Iraſcimini & nolite peccare:	Iraſcimini & nolite peccare:	5
q̃ dicitis i cordibꝰ vr̃is & i cubilibꝰ vr̃is cõpũgimi	q̃ dicitis i cordibꝰ vr̃is & i cubilibꝰ vr̃is cõpũgimi	
Sacrificate ſacrificiũ iuſtitię & ſpate i DOMINO	Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ & ſperate in dño:	6
multi dicunt quis oſtendit nobis bona?	multi dicunt quis oſtendit nobis bona?	
Signatũ eſt ſuper nos lumẽ vultꝰ tui DOMINE	Signatum eſt ſuper nos lumẽ vultus tui domine:	7
dediſti lætitiam in corde meo.	dediſti lętitiam in cor meum.	
A fructu frumenti & vini ſui:	✳ A tempore frumenti vini & olei ſui:	8
multiplicati ſunt.	multiplicati ſunt.	
In pace in idipſum dormiam:	In pace in idipſum dormiam:	9
& requieſcam.	& ſomnum capiam.	
Quoniam tu DOMINE ſingulariter in ſpe:	Quoniam tu domine ſingulariter in ſpe:	10
habitare feciſti me.	✳ habitare feciſti me.	

ARGVMENTVM. Pſalmus/oratio fidelium pro directione & glorificatione ſpiritualiũ & correctione carnalium hominum. ¶ Conciliatus verſu uono.

¶ Pſalmus Dauidi. V.	¶ Pſalmus Dauid. V.	
VErba mea auribus percipe DOMINE	VErba mea exaudi domine:	1
intellige clamorem meum.	intellige clamorem meum.	
Intende voci orationis meæ:	Intende voci obſecrationis meæ;	2
Elohe rex meus & DEVS meus.	rex meus & deus meus.	
Quoniam ad te orabo DOMINE	Quoniam ad te orabo domine:	3
mane exaudies vocem meam.	mane exaudies vocem meam.	
Mane aſtabo tibi & videbo:	Mane aſtabo tibi & videbo:	4
El. quoniam non DEVS volens iniquitatem tu es.	quoniam nõ deus volens iniquitatem tu es.	
Neq; habitabit iuxta te malignus:	Non habitabit iuxta te malignus:	5
neq; permanębunt iniuſti ante oculos tuos.	neq; permanębunt iniuſti ante oculos tuos.	
Odiſti omnes qui operantur iniquitatem:	Odiſti dñe omnes qui operantur iniquitatem:	6
perdes omnes qui loquuntur mendacium.	perdes omnes qui loquuntur mendacium.	
Virũ ſãguinũ & doloſum aboiabit DOMINVS	Virum ſanguinum & doloſum abomiabitur dñs:	7
ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ.	ego autem in multitudine miſerationis tuæ.	
Introibo in domum tuam:	Introibo in domum tuam:	8
adorabo ad templũ ſanctũ tuum in timore tuo.	adorabo ad tẽplum ſanctum tuũ in timore tuo.	

9 Dñe dęduc me ī tua iuſtitia ꝓpter īimicos meos:
dirige in cōſpectu tuo iter meū.
10 Quoniam non eſt in ore eorum vęritas:
cor eorum vanum eſt.
11 Sepulcrum patens eſt guttur eorū:
linguis ſuis doloſę agębāt: iudica illos deus.
12 Dęcidant a cogitationibus ſuis
ſecūdū multitudinē īpietatū eorum expelle eos:
quoniā inamaricauęrunt te domine.
13 Et lętentur oēs qui ſperant in te:
in æternū exultabunt & habitabis in eis.
14 Et gliabunt in te oēs qui diligūt nomen tuū:
quoniā tu benedices iuſto.
15 Domine vt ſcuto bone voluntatis tue:
coronaſti nos.

DNE dęduc me ī iuſtitia tua ꝓpter īimicos meos:
✱ dirige in cōſpectu meo viā tuā.
Quoniā nō eſt in ore corū vęritas:
cor eorū vanū eſt.
Sepulcrum patēs eſt guttur eorū:
linguis ſuis doloſę agębant: iudica illos DEVS. Elohim.
Dęcidant a cogitationibus ſuis/
ſecūdū multitudinē impietatū eorū expelle eos:
quoniā irritauęrūt te — domine. ..
Et lętentur omnes qui ſpęrant in te:
in æternū exultabunt & habitabis in eis.
Et gloriabunt in te oēs qui diligūt nomē tuū
quoniam tu benedices iuſto.
DOMINE vt ſcuto bone volūtatis tue:
cōronaſti nos.

ARGVMENTVM. Pſalmus de Chriſti domini oblata pro membris ſuis deo penitētia/ eius exauditione/& confuſione inimicorum eius. ℂ Conciliatus verſu decimo.

ℂ Pſalmus Dauid. VI.

1 Domine nę in ira tua arguas me:
nec in furore tuo corripias me.
2 Miſerębre mei dñe quoniā infirmus ſum:
ſana me dñe qm̄ cōturbata ſunt oſſa mea.
3 Et anima mea turbata eſt valde:
& tu domine vſquequo?
4 Cōuertere domine & ęrue aiam meam:
ſaluū me fac ꝓpter miſericordiam tuam.
5 Quoniā nō eſt in morte qui memor ſit tui:
in inferno quis confitębitur tibi?
6 Laboraui in gemitu meo
lauabo per ſingulas noctes lectū meū
in lachrimis meis ſtratum meū rigabo.
7 Turbatus eſt ab ira oculus meus:
inueteraui in omnibus inimicis meis.
8 Diſcędite a me oēs qui operamini iniquitatem:
quoniā exaudiuit dñs vocē flętus mei.
9 Exaudiuit dñs dęprecationē meā:
dominus orationē meam ſuſcępit.
10 Erubeſcāt & cōturbētur omnes inimici mei:
conuertantur & cōfundātur valde vęlociter.

ℂ Pſalmus Dauidi. VI.

DOMINE nę in furore tuo arguas me:
neq; in ira tua corripias me.
Miſerębre mei DOMINE qm̄ infirm⁹ ſum:
ſana me DOMINE qm̄ cōturbata ſūt oſſa mea.
Et anima mea turbata eſt valde:
ſed tu DOMINE vſquequo?
Cōuertere DOMINE & ęripe aiam meā:
ſaluū me fac propter miſericordiā tuā.
Qm̄ non eſt in morte qui memor ſit tui:
in inferno autē quis cōfitębitur tibi?
Laboraui in gemitu meo
lauabo per ſingulas noctes lectū meū:
lachrimis meis ſtratū meū rigabo.
Turbatus eſt a furore oculus meus:
inueteraui inter omnes inimicos meos.
Diſcędite a me oēs q operamini iniquitatem:
quoniā exaudiuit DOMINVS vocē flętus mei.
Exaudiuit DOMINVS dęprecationē meā
DOMINVS orationē meā ſuſcępit.
Erubeſcāt & cōturbent vehemēter oēs īimici mei:
auertātur & ęrubeſcāt valde vęlociter.

ARGVMENTVM. Pſalmus/humana dęprecatio. ℂ Conciliatus verſu octauo/decimo & vndecimo.

ℂ Pſalmus Dauid. VII.

1 Domine deus meus in te ſpęraui:
ſaluū me fac ex oīb⁹ pſeqntib⁹ me & ęrue me
2 Ne quādo rapiat vt leo aiam meā:
dū non eſt qui redimat neq; qui ſaluū faciat.
3 Domine deus meus ſi feci iſtud:
ſi eſt iniquitas in manibus meis.
4 Si reddidi retribuentibus michi mala:
dęcidā ergo ab inimicis meis inanis.
5 Perſequatur ergo inimicus aiam meā:
& cōpræhēdat & cōculcet in terra vitā meā:
& gloriā meā in puluerem dęducat.
6 Exurge domine in ira tua:
& exaltare in finibus inimicorū meorū.
7 Et exurge dñe deus me⁹ in præcepto qđ mādaſti:
& cōgregatio pplorū circūdabit te.

ℂ Pſalmus Dauidi. VII.

DOMINE DEVS meus in te ſpęraui: Eloha
ſaluū me fac ex oīb⁹ pſeqntib⁹ me & libera me
Ne quando rapiat vt leo aiam meā:
dū nō eſt qui redimat neq; qui ſaluū faciat.
DOMINE DEVS meus ſi feci iſtud: Eloha
ſi eſt iniquitas in manibus meis.
Si reddidi retribuētibus michi mala:
dęcidā merito ab inimicis meis inanis.
Perſequatur inimicus aiam meā/
& cōpræhēdat & conculcet in terra vitā meā:
& gloriā meā in puluerē dęducat.
Exurge DOMINE in ira tua:
& exaltare in finibus inimicorum meorū.
Et exurge — dñe de⁹ me⁹ .. i ꝑcepto qđ mādaſti
& ſynagoga populorū circūdabit te.

CONCIL.		VET.	
	Et propter hanc in altũ regredere:	Et propter hanc in altum regredere:	8
✠	DOMINVS iudicabit populos.	✠ dominus iudicat populos.	
✠	Iudica me DOMINE secundũ iustitiã meam: & secundũ innocentiã meã super me.	Iudica me domine secundũ iustitiam meã: & secundũ innocentiã meã super me.	9
	Consumetur nequitia peccatorũ & diriges iustũ:	Consumẽt autẽ nequitia peccatorꝝ & dirige iustũ:	10
Elohim.	scrutans corda & renes DEVS iustus.	✠ scrutans corda et renes deus.	
Elohim.	Adiutoriũ meũ a DOMINO: qui saluos facit rectos corde.	✠ Iustum auxilium meum a domino: qui saluos facit rectos corde.	11
Elohim.	DEVS iudex iustus fortis & patiens: nunquid irascitur per singulos dies?	Deus iudex iustus fortis et longanimis: non iram adducens per singulos dies.	12
	Nisi conuersi fueritis gladiũ suũ vibrauit: arcũ suũ tetendit & parauit illũ.	Nisi conuertimini gladium suum vibrabit: arcum suũ tetendit et parauit illum.	13
	Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.	Et in ipso parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus operatus est.	14
	Ecce parturijt iniustitiã & concepit dolorẽ: & peperit iniquitatem.	Ecce parturiuit iniustitiã/concepit laborẽ: et peperit iniquitatem.	15
	Lacum aperuit & effodit eum: & incidit in foueam quã fecit.	Lacum aperuit et effodit illum: incidet in foueam quam fecit.	16
	Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticẽ ipsius iniquitas eius descendet.	Conuertetur labor eius in caput eius: et iniquitas eius in verticẽ eius descendet.	17
✠	Confitebor DOMINO secundũ iustitiã eius:	Confitebor domino secundũ iustitiã eius:	18
✠ Elion.	& psallã noi DOMINI ALTISSIMI.	et psallam nomini domini altissimi.	

ARGVMENTVM. Psalmus de ascensione dñi/laude ei facta a pueris hebræorũ/inanitione eiꝰ ratione assũpte humanæ infirmitatis/glorificatione & potestate ei sup oia a patre data. ¶ Cõciliatꝰ versu sexto.

¶ Psalmus Dauidi. VIII.		¶ Psalmus Dauid. VIII.	
✠ Adon.	DOMINE DOMinus noster: quã admirabile est nomẽ tuũ in vniuersa terra.	Domine dominus noster: quã admirabile est nomẽ tuũ i vniuersa terra.	1
	Quoniã eleuata est magnificentia tua: super cælos.	Quoniã eleuata est magnificẽtia tua; super cælos.	2
	Ex ore infantiũ & lactentiũ perfecisti laudẽ propter inimicos tuos: vt destruas inimicũ & vltorem.	Ex ore infantiũ et lactantiũ perfecisti laudẽ propter inimicos tuos: vt destruas inimicum et defensorem.	3
	Quoniã videbo cælos tuos opera digitorũ tuorũ: lunã & stellas quę tu fundasti.	Quoniã videbo cælos opera digitorum tuorum: lunam et stellas quas tu fundasti.	4
	Quid est homo q̃ memor es eius: aut filius hominis quoniã visitas eum?	Quid est homo quia memor es eius: aut filius hominis quoniã tu visitas eum?	5
Elohim.	Minuisti eũ paulominus a DEO: gloria & honore coronasti eum: & constituisti eũ super opera manuũ tuarũ.	✠ Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria et honore coronasti eum: et cõstituisti eũ super oia opera manuũ tuarũ.	6
	Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues & boues vniuersas: insup & pecora cãpi.	Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues et boues vniuersas: insup et pecora cãpi.	7
	Volucres cæli & pisces maris: qui perambulant semitas maris.	Volucres cæli et pisces maris: qui perambulant semitas maris.	8
✠ Adon.	DOMINE DOMinus noster: q̃ admirabile est nomen tuũ in vniuersa terra.	Domine dominus noster: q̃ admirabile est nomẽ tuũ in vniuersa terra.	9

ARGVMENTVM. Psalmus/gratiarum actio de beneficijs a Christo domino datis/de iudicio & condemnatione principis tenebrarũ & complicum eius/abolitione nominis gentium Christianisimi nomine susceptο/persecutionibus ecclesie & aduersariorum tyrannide/& tandem pauperum afflictorum & imitatorũ Christi exauditione. ¶ Conciliatus versu tertio/vicesimotertio/vicesimonono/tricesimo/tricesimosecundo/tricesimotertio/& quadragesimosecundo. ¶ Aduerte. pter id qđ in annotationibꝰ positũ est & parti ex annotationibus 32 versũ ad trãslationẽ hebraicã adaptatũ esse.

¶ Psalmus Dauidi. IX.		¶ Psalmus Dauid. IX.	
✠	Confitebor tibi DOMINE in toto corde meo narrabo omnia mirabilia tua.	Confitebor tibi dñe in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.	1
	Lætabor & exultabo in te:	Lætabor et exultabo in te:	2
Elion.	psallam nomini tuo ALTISSIME.	psallam nomini tuo altissime.	

3 In conuertẽdo inimicũ meũ retrorsũ:
infirmabuntur & peribunt a facie tua.
4 Quoniã fęcisti iudicium meum & causam meam:
sędisti sup thronũ qui iudicas æquitatem.
5 Increpasti gentes & perijt impius:
nomẽ eorũ dęlęsti in sæculũ & in sæculũ sæculi.
6 Inimici dęfęcęrũt framee in finem:
& ciuitatęs dęstruxisti.
7 Perijt memoria eorum cum strepitu:
& dominus inæternum permanet.
8 Parauit in iudicio sędem suam/
& ipse iudicabit orbem terrarum in æquitate:
iudicabit populos cum iustitia.
9 Et factus est dñs refugium pauperi:
adiutor in oportunitatibus in tribulatione.
10 Et spęrẽt in te oẽs qui cognoscunt nomen tuum:
quoniã non dęreliquisti quærentes te domine.
11 Psallite domino qui habitat in sion:
annunciate inter gentes mirabilia eius.
12 Qñ requirẽs sanguinẽ eorũ memoratus est:
non est oblitus clamorem pauperum.
13 Miseręre mei domine:
vide humilitatẽ meam ab inimicis meis.
14 Qui exaltas me de portis mortis:
vt ãnunciẽ vniuersas laudes tuas i portis filie siõ.
15 Exultabo super salutare tuum:
infixe sunt gentes in corruptione quã fęcęrunt.
16 In muscipula ista quã occultauęrunt.
comprehensus est pes eorum.
17 Cognoscętur dominus iudicia faciens:
in operibus manuũ suarũ appræhẽsus est pctõr.
18 Conuertantur peccatores in infernũ:
omnes gẽtes quæ obliuiscunt deum.
19 Quia non in finẽ obliuio erit pauperis:
sed patiẽtia pauperũ nõ periet in æternũ.
20 Exurge dñe nõ prævaleat homo:
iudicẽtur gentes in conspectu tuo.
21 Cõstitue dñe legislatorẽ super eos:
vt sciant gẽtes quoniã homines sunt.
22 Vt quid dñe discessisti longe:
despicis in oportunitatibus in tribulationibus.
23 Dũ superbit impius accenditur pauper:
cõprehẽdunt in cogitationibus suis qb⁹ cogitant.
24 Quoniã laudatur peccator in dęsiderijs aie sue:
& qui iniqua gerit benedicitur.
25 Irritauit dominũ peccator:
secũdũ multitudinẽ iræ suæ non exquiret.
26 Non est deus in conspectu eius:
contaminant vie eius in omni tempore.
27 Auferunt iudicia tua a facie eius:
& omniũ inimicorũ suorũ dominabitur.
28 Dixit enim in corde suo:
nõ mouębor de gñatione in gñationẽ sine malo.
29 Cuius maledictiõe os plenũ ẽ & amaritudie & dolo
sub lingua eius labor & dolor.
30 Sedet in insidijs cũ diuitibus in occultis:

Cum conuerteris inimicos meos retrorsũ:
infirmabunt & peribunt a facie tua.
Quoniã fęcisti iudiciũ meũ & causã meã:
sędisti super thronũ qui iudicas iustitiam.
Increpasti gentes & perijt impius:
nomẽ eorũ dęlęsti in æternũ & in sæculũ sæculi.
Inimici dęfęcęrunt framee in finem.
& ciuitatęs eorum dęstruxisti.
Perijt memoria eorum cũ sonitu:
et DOMINVS in æternũ permanet.
Parauit in iudicio thronũ suũ
& ipse iudicabit orbem terræ in æquitate:
iudicabit populos in iustitia.
Et factus est DOMINVS refugiũ pauperi:
adiutor in oportunitatibus in tribulatione.
Et spęrẽt in te qui nouęrunt nomen tuũ:
qñ nõ dęreliquisti quærẽtes te DOMINE.
Psallite DOMINO qui habitat in sion:
annuciate inter gẽtes studia eius.
Qñ requirens sanguinẽ eorũ recordatus est:
non est oblitus clamorẽ pauperum.
Miseręre mei DOMINE:
vide humilitatẽ meã de inimicis meis.
Qui exaltas me de portis mortis:
vt annunciẽ oẽs laudatiões tuas i portis filiæ siõ
Exultabo in $ALVTARI tuo: Iesua.
infixe sunt gentes in interitu quẽ fęcęrunt.
In laqueo isto quem abscondęrunt:
compræhensus est pes eorum.
Cognoscęt DOMINVS iudicia faciens:
in operib⁹ manuũ suarũ cõpræhẽsus est peccator
Conuertant peccatores in infernum:
omnes gẽtes quæ obliuiscuntur DEVM. Elohim.
Qñ non in finẽ obliuio erit pauperis:
patiẽtia pauperũ non peribit in finem.
Exurge DOMINE non confortętur homo:
iudicentur gentes in conspectu tuo.
Constitue DOMINE legislatorẽ super eos:
vt sciant gẽtes quoniã homines sunt.
Vt quid DOMINE recessisti longe:
despicis in oportunitatibus in tribulatione.
Dũ superbit impius incenditur pauper:
cõprehẽdunt in cõsilijs quæ cogitant.
Qñ laudatur peccator in dęsiderijs animæ suæ:
& iniquus benedicitur.
Exacerbauit DOMINVM peccator:
secundũ multitudinẽ iræ suæ non quæret.
Non est DEVS in conspectu eius: Elohim.
inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.
Auferuntur iudicia tua a facie eius:
omniũ inimicorũ suorum dominabitur.
Dixit eni in corde suo/non mouębor:
in generatione & generatione ero sine malo.
Eius maledictiõe os plenũ ẽ & amaritudie & dolo
sub lingua eius labor & dolor.
Sedet in insidijs cum diuitibus:

vt in occultis interficiat innocentem.
O culi eius in pauperem respiciunt:
insidiatur i abscódito quasi leo in spelũca sua.
I nsidiatur vt rapiat pauperem:
rapiet pauperẽ dũ attrahet eũ in laqueum suũ.
H umiliabit eum/inclinabit & cadet:
cum dominatus fuerit pauperum.
El. D ixit eni in corde suo oblitus est DEVS:
auertit faciem suam ne videat in finem.
El. E xurge DOMINE DEVS & exaltet manꝰ tua:
ne obliuiscaris pauperum.
Elohim, P ropter quid irritauit impius DEVM:
dixit enim in corde suo nõ requiret.
V ides quoniã tu laborẽ et dolorẽ consideras:
vt tradas eos in manus tuas.
T ibi derelictus est pauper:
orphano tu eris adiutor.
C ontere brachiũ peccatoris & maligni:
quæretur peccatũ illius & nõ inuenietur.
DOMINVS regnabit in æternũ & in sæculũ sæculi:
peribitis gentes de terra illius.
D esiderium pauperũ exaudiuit DOMINVS:
præparationẽ cordis eorum audiuit auris tua.
V t iudices pupillo & humili:
vt nõ apponat vltra magnificare se hõ sup terrã.

ARGVMENTVM. Psalmus de solicitudine Christi domini & de vltione gehenne aduersariorũ eius. ¶ Conciliatus versu tertio & sexto. Aduerte quarto versu ad normam sermonis nostri ex hebræo etiam posse legi dominus in templo sancto suo: dominus in cælo throno suo.

¶ Ad victoriã Dauidi. X.

IN DOMINO cõfido quomõ dicitis aiæ meæ:
transmigra in montem sicut passer.
Q uoniam ecce peccatores intenderunt arcũ/
parauerunt sagittas suas in pharetra:
vt sagittent in obscuro rectos corde.
Q uoniam quæ perfecisti destruxerunt:
iustus autem quid fecit?
DOMINVS in templo sancto suo:
DOMINVS in cælo sedes eius.
O culi eius in pauperem respiciunt:
palpebre eius interrogant filios hominũ.
DOMINVS interrogat iustum:
impiũ autẽ & diligẽtẽ iniquitatẽ odit anima eius.
P luet super peccatores laqueos:
ignis/sulphur & spũs procellarũ pars calicis eorũ.
Q uoniã iustus DOMINVS & iustitias dilexit:
æquitatem vidit vultus eius.

ARGVMENTVM. Psalmus/piorum ad deum cõfugium malitia carnalium completa. Remedium per deum Christo domino salutari misso/& liberatio per eum. ¶ Conciliatus versu septimo.

¶ Canticum Dauidi. XI.

SAluum me fac DOMINE qñ defecit sanctus
quoniã diminutæ sũt veritates a filijs hoim.
V ana locuti sũt vnusquisq; ad proximũ suum:
labia dolosa in corde & corde locuti sunt.
D isperdat DOMINVS vniuersa labia dolosa:
& linguam magniloquam.
Q ui dixerunt linguã nostram magnificabimus/

vt interficiat innocentem.
O culi eius in pauperem respiciunt: 31
insidiatur in occulto velut leo in cubili suo.
I nsidiatur vt rapiat innocentem: 32
rapere pauperem dum attrahit eum.
I n muscipula sua humiliabit eum: 33
inclinabitur & cadet cũ dominabit pauperũ.
D ixit eni in corde suo oblitus est deus: 34
auertit faciẽ suã ne videat vsq; in finem.
E xurge dñe deus & exaltetur manus tua: 35
ne obliuiscaris pauperum in finem.
P ropter quid irritauit impius deum: 36
dixit eni in corde suo non requiret.
V ides quoniã tu laborẽ & iram consideras: 37
vt tradas eos in manus tuas.
T ibi derelictus est pauper: 38
pupillo tu eris adiutor.
C ontere brachium peccatoris & maligni: 39
requiretur delictum eius nec inueniętur.
D ominus regnabit in æternum et i sæculũ sæculi: 40
peribitis gentes de terra illius.
D esiderium pauperũ exaudiuit dominus: 41
præparationẽ cordis eorũ exaudiuit auris tua.
I udicare pupillo & humili: 42
vt nõ apponat vltra magnificare se hõ sup terrã.

¶ Psalmus Dauid. X.

IN domino confido quomodo dicitis aiæ meæ: 1
transmigra in montem sicut passer.
Q uoniã ecce peccatores tetenderũt arcũ/ 2
parauerunt sagittas suas in pharetra:
vt sagittent in obscura luna rectos corde.
Q uoniam quẽ perfecisti destruxerunt: 3
iustus autem quid fecit?
D ominus in templo sancto suo: 4
dominus in cælo sedes eius.
O culi eius in pauperem respiciunt: 5
palpebre eius interrogant filios hominum.
D ominus interrogat iustum & impium: 6
qui autẽ diligit iniquitatẽ odit animã suã.
P luit super peccatores laqueos: 7
ignis & sulphur & sps procellarũ pars calicis eorũ.
Q uoniam iustus dñs & iustitias dilexit: 8
æquitatem vidit facies eius.

¶ Canticũ Dauid. XI.

SAluum me fac dñe quoniã defecit sanctus: 1
quoniã diminutæ sunt veritates a filijs hoim.
V ana locuti sunt vnusquisq; ad proximũ suum: 2
labia dolosa in corde & corde locuti sunt.
D isperdat dominus vniuersa labia dolosa: 3
linguã magniloquam.
Q ui dixerunt linguã nostrã magnificabimus: 4

labia nostra apud nos sunt:
quis noster dominus est?
5 Propter miseriã inopũ & gemitum pauperum:
nunc exurgam dicit dominus.
6 Ponam in salutari:
fiducialiter agam in eo.
7 Eloquia domini ꝯloquia casta:
argentũ igne examinatũ terre/purgatũ septulũ.
8 Tu dñe seruabis nos & custodies nos:
a generatione hac in eternum.
9 In circuitu impij ambulant:
secũdũ altitudinẽ tuã multiplicasti filios hominũ.

labia nostra a nobis sunt:
quis noster DOMinus est?
Adon.
Propter miseriã inopũ & gemitũ pauperum:
nunc exurgam dicit DOMINVS.
Ponam in SALVTARI:
Iesuã.
fiducialiter agam in eo.
Eloquia DOMINI ꝯloquia casta:
argẽtũ igne examinatũ ꝓbatũ tra/purgatũ septuplũ
Tu DOMINE seruabis nos & custodies nos
a generatione hac in æternum.
In circuitu impij ambulant:
secũdũ altitudinẽ tuã multiplicasti filios hoĩm.

ARGVMENTVM. Psalmus/spiritualis deꝓcatio pro populo hebraico vt resipiscat & exultet in Messiah salutari suo. ¶ Conciliatus versu primo.

¶ Psalmus Dauid. XII.

1 Vsquequo dñe obliuiscẽris me in finem:
quousq; auertis faciem tuã a me.
2 Quãdiu ponam consilia in anima mea:
dolorem in corde meo per diem.
3 Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me:
respice et exaudi me dñe deus meus.
4 Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiã in morte:
ne quãdo dicat inimicꝰ meus ꝓualui aduersus eũ
5 Qui tribulant me exultabunt si motus fuero:
ego autẽ in tua misericordia speraui.
6 Exultabit cor meũ in salutari tuo:
cantabo domino qui bona tribuit michi:
& psallam nomini domini altissimi.

¶ Psalmus Dauidi. XII.

Vsq;quo DOMINE obliuiscẽris me in finẽ:
vsq;quo auertes faciẽ tuam a me.
Quãdiu ponã consilia in anima mea:
dolorem in corde meo per diem.
Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me:
respice & exaudi me DOMINE DEVS meus. Eloha
Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiã i morte:
ne quãdo dicat ĩmicus prævalui aduersus eum.
Qui tribulant me exultabunt si motus fuero:
ego autem in misericordia tua speraui.
Exultabit cor meum in SALVTARI tuo: Iesua.
cantabo DOMINO qui bona tribuit michi:
& psallam nomini domini altissimi.

ARGVMENTVM. Psalmus de populo insipienti & dato i reprobum sensũ ꝙ tempus visitationis suæ nõagnouerit/& doctrinã pacis respuerit/negauerit ꝙ ipsũ esse deũ imo & patrẽ & filiũ & spiritũ sanctũ. & de vocatione eius ad veri cognitionem in fine temporum. ¶ Conciliatus versu decimo.

¶ Psalmus Dauid. XIII.

1 Dixit imprudens in corde suo:
non est deus.
2 Corrupti sũt & aboiabiles facti sũt i affectiõibꝰ su.
non est qui faciat bonũ/non est vsq; ad vnũ.
3 Dñs de celo ꝓspexit sup filios hominũ.
vt videat si est intelligẽs aut requirens deũ.
4 Oẽs declinauerũt/simul inutiles facti sunt:
nõ est qui faciat bonũ/nõ est vsq; ad vnũ.
5 Sepulcrum patẽs est guttur eorum:
linguis suis dolose agebant:
venenũ aspidum sub labijs eorum.
6 Quorũ os maledictione & amaritudine plenũ est:
veloces pedes eorũ ad effundendũ sanguinem.
7 Cõtritio & infœlicitas in vijs eorum/
& viam pacis non cognouerunt:
non est timor dei ante oculos eorum.
8 Nonne cognoscent oẽs q operanẽ iniquitatẽ:
qui deuorãt populũ meũ sicut cibũ panis?
9 Dominũ non inuocauerunt:
illic trepidauerunt timore/vbi non erat timor.
10 Quoniã dñs in generatione iusta est:
cõsiliũ inopis cõfudistis qm̃ dñs spes eius est.
11 Quis dabit ex sion salutare israel?
cũ auerterit dñs captiuitatẽ plebis suæ:

¶ Psalmus Dauidi. XIII.

Dixit insipiens in corde suo:
non est DEVS.
Elohim.
Corrupti sũt et aboiabiles facti sũt i studijs suis
nõ est qui faciat bonũ/non est vsq; ad vnũ.
DOMINVS de cælo ꝓspexit sup filios hominũ:
vt videat si est itelligẽs aut reqrens DEVM. Elohim.
Oẽs declinauerũt/simul inutiles facti sunt:
nõ est qui faciat bonũ/nõ est vsq; ad vnũ.
Sepulcrum patens est guttur eorum:
linguis suis dolose agebant:
venenum aspidum sub labijs eorũ.
Quorũ os maledictione & amaritudine plenũ est:
veloces pedes eorũ ad effundendũ sanguinem.
Contritio & infœlicitas in vijs eorum:
& viam pacis non cognouerunt:
non est timor dei ante oculos eorum.
Nõne cognoscẽt oẽs qui operanẽ iniquitatem:
qui deuorãt plebẽ meã sicut escã panis?
DOMINVM non inuocauerunt:
illic trepidauerũt timore/vbi nõ erat timor.
Quoniam DEVS in generatione iusta est: Elohim.
cõsiliũ iopis cõfudistis qm̃ DOMINVS spes eiꝰẽ
Quis dabit ex sion SALVTARE israel? Iesua.
cũ auerterit DOMINVS captiuitatẽ plebis suæ:

exultabit iacob & lętabitur iſrael.

exultabit iacob & letabitur iſrael.

ARGVMENTVM. Pſalmus, de conuerſatione Chriſti domini/& quis eum imitans ad eundem cõſcendet in regnũ cælorum.

¶Pſalmus Dauidi. XIIII.

DOMINE qs habitabit in tabernaculo tuo:
aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?
Qui ingreditur ſine macula:
& operatur iuſtitiam.
Qui loquitur vęritatem in corde ſuo.
qui non egit dolum in lingua ſua.
Nec fecit proximo ſuo malum:
& opprobriũ nõ accępit aduerſus proximos ſuos
Ad nichilũ dęductus eſt in cõſpectu eius malign⁹:
timentes autem DOMINVM glorificat.
Qui iurat proximo ſuo & non dęcipit:
qui pecuniã ſuã non dedit ad vſuram:
& munera ſuper innocentem non accępit.
Qui facit hec:
non mouębitur in æternum.

¶Pſalmus Dauid. XIIII.

DOmine quis peregrinabit in tabernaculo tuo 1
& quis requieſcet in monte ſancto tuo?
Qui ingreditur ſine macula: 2
& operatur iuſtitiam.
Qui loquitur vęritatẽ in corde ſuo: 3
qui non egit dolum in lingua ſua.
Nec fecit proximo ſuo malum: 4
& opprobrium nõ accępit aduerſ⁹ pximos ſuos.
Ad nichilũ dęductus eſt in cõſpectu ei⁹ malignus: 5
timentes autẽ dominum glorificat.
Qui iurat proximo ſuo & non dęcipit/ 6
qui pecuniã ſuã nõ dedit ad vſuram:
& munera ſuper innocentes non accępit.
Qui facit hec: 7
non cõmouębitur in æternum.

ARGVMENTVM. Pſalmus de Chriſto precante & faciente ſemper voluntatẽ patris/patre eum mirificante/vocatiõe gentiũ poſt multiplicatũ idololatriæ cultũ/Chriſti hęręditate/reuocatione ei⁹ ab iferis/ & incorrupti corporis reſumptione & ſempiterna in dextera diuinæ virtutis/ eius clarificatione. ¶Cõciliatus verſu primo.

¶Pſalmus Dauidi. XV.

El. COnſerua me DOMINE qm̃ ſpęraui in te:
dixi DOMINO DEVS meus es tu:
Adonai. quoniã bonum michi non eſt preter te.
Sanctis qui ſunt in terra eius:
mirificauit omnes voluntates meas in eis.
Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum:
poſtea accelerauęrunt.
Nõ cõgregabo cõuenticula eorũ de ſanguinibus:
nec memor ero nominũ eorũ per labia mea.
DOMINVS pars hęręditatis meæ & calicis mei:
tu es qui reſtitues hęręditatem meam michi.
Funes ceciderũt michi in præclaris:
etenim hęręditas mea præclara eſt michi.
Benedicã DOMINVM qui tribuit michi intellectũ
inſup & vſq; ad noctẽ increpuęrũt me rẽes mei.
Prouidębã DOMINVM in cõſpectu meo ſemp:
quoniã a dextris eſt michi nę cõmouear.
Propter hoc lętatũ eſt cor meum:
& exultauit lingua mea:
inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.
Quoniã non dęrelinques aiam meã in inferno:
nec dabis ſanctũ tuum vidęre corruptionem.
Notas michi feciſti vias vitæ:
adimplebis me letitia cum vultu tuo:
dęlectationes in dextera tua vſq; in finem.

¶Pſalmus Dauid. XV.

COnſerua me domine quoniã in te ſpęraui: 1
dixi domino deus meus es tu:
quoniam bonorũ meorũ non eges.
Sanctis qui ſunt in terra eius: 2
mirificauit omnes voluntates meas in illis.
Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum: 3
poſtea accelerauerunt.
Nõ cõgregabo cõuenticula eorũ de ſanguinibus: 4
nec memor ero nominũ eorũ per labia mea.
Dñs pars hęręditatis meæ & calicis mei: 5
tu es qui reſtitues michi hereditatẽ meam.
Funes ceciderunt michi in præclaris: 6
etenim hereditas mea preclara eſt michi.
Benedicã dñm qui michi tribuit intellectũ: 7
inſup & vſq; ad noctẽ emẽdauęrũt me rẽes mei.
Prouidebã dñm in cõſpectu meo ſemper: 8
quoniã a dextris eſt michi nę cõmouear.
Propter hoc iocundatũ eſt cor meũ; 9
& exultauit lingua mea:
inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.
Quoniã non dęrelinques aiam meã in inferno: 10
neq; dabis ſanctũ tuũ vidęre corruptionẽ.
Notas michi feciſti vias vitæ: 11
adimplebis me letitia cum vultu tuo:
dęlectationes in dextera tua vſq; in finem.

ARGVMENTVM. Pſalmus/oratio pij populi perſecutionibus & afflictionibus preſſi facię dei & Chriſti eius videre deſiderantis. ¶Conciliatus verſu vndecimo & quartodecimo.

¶Oratio Dauidi. XVI.

EXaudi DOMINE iuſtitiam meam:
intende deprecationẽ meã.
Auribus percipe orationem meam;
non in labijs doloſis.

¶Pſalmus Dauid. XVI.

EXaudi domine iuſtitiã meã: 1
intende deprecationi mee.
Auribus percipe orationem meam: 2
non in labijs doloſis.

3 Avultu tuo iudiciū meū prodeat:
oculi mei videant æquitatem.
4 Probasti cor meum et visitasti nocte:
igne me examinasti et nō est inuēta in me iniqtas
5 Vt non loquatur os meū opera hominum:
ppter verba labioꝝ tuoꝝ ego custodiui vias duras
6 Ad perficiēdos gressus meos in sęmitis tuis:
vt non moueantur vestigia mea.
7 Ego clamaui quoniā exaudisti me deus:
inclina aurē tuā michi & exaudi verba mea.
8 Mirifica misericordias tuas:
qui saluos facis spęrantes in te.
9 A resistentibꝰ dexteræ tuæ custodi me domine:
vt pupillam oculi.
10 In tegmine alarum tuarum protege me:
a facie impiorū qui me afflixęrunt.
11 Inimici mei animā meam circūdedęrunt:
adipem suum concluserunt:
os eorum locutum est superbiam.
12 Proiciētes me nūc circūdedęrunt me:
oculos suos statuęrūt dęclinare in terram.
13 Suscępērūt me sicut leo paratus ad prædā:
& sicut catulus leonis habitans in occultis.
14 Exurge dñe præuęni eos & subuerte eos:
ęrue animā meā ab ipijs:
frameā tuā ab inimicis manus tue.
15 Dñe perdens de terra dispartire eos in vita eorū:
& de absconditis tuis adimplętus est vēter eorū.
16 Saturati sunt porcina:
& reliquęrūt reliquias paruulis suis.
17 Ego autē in tua iustitia apparębo in cōspectu tuo:
satiabor dū manifestabitur gloria tua.

De vultu tuo iudiciū meū prodeat:
oculi tui videant æquitates.
Probasti cor meū & visitasti nocte:
igne me examinasti & nō est inuēta i me iniqtas.
Vt nō loquatur os meū opera hominum:
ppter verba labioꝝ tuoꝝ ego custodiui vias duras
Perfice gressus meos in sęmitis tuis:
vt non moueantur vestigia mea.
Ego clamaui quoniā exaudisti me DEVS: El.
inclina aurē tuā michi & exaudi verba mea.
Mirifica misericordias tuas.
qui saluos facis spęrantes in te.
A resistentibus dexteræ tuæ custodi me:
vt pupillā oculi.
Sub vmbra alarū tuarū protege me:
a facie impiorū qui me afflixęrunt.
Inimici mei animā meā circundedęrūt:
✱ adipe suo concluserunt:
os eorum locutū est superbiam.
Proiciētes me nunc circūdedęrūt me:
oculos suos statuęrunt dęclinare in terram.
Suscępērūt me sicut leo paratus ad prædā:
& sicut catulus leonis habitās in abditis.
✱ Exurge DOMINE præuęni eos & supplāta eos: Ps.
✱ ęripe animā meā ab impio framea tua:
ab inimicis manus tuæ.
DOMINE a paucis de terra diuide eos i vita eoꝝ Ps.
de absconditis tuis adimplętus est venter eorū.
Saturati sunt filijs:
& dimiserunt reliquias suas paruulis suis.
Ego autē in iustitia apparębo cōspectui tuo:
satiabor cum apparuerit gloria tua.

ARGVMENTVM. Psalmus de Christo dño secundū infirmitatē carnis assūpte opem a patre & tota diuinitate poscente/signis in passione/ęreptione eius ab vniuersis malis/assumpta fortitudine ad debellādos omnes aduersarios eius & cōtra de ideficiēti miseratione in seruos eius. ¶ Cōciliatus versu nono/quintodecimo/vicesimotertio/vicesimosexto/vicesimonono/quadragesimoquarto/quadragesimoquito & quinquagesimoquarto. ¶ Et aduerte tricesimoquinto versu interpretes vocabulū SVR vertisse deū/Hieronymū autē fortem. Sed versu quinquagesimo tā Hieronymus q̄ iterpretes verterūt deū. ¶ Quinquagesimoquito versu nō pro primo & typico sed pro secūdo & vero Dauid/de quo Hieremias. seruiēt dño deo suo & dauid ręgi suo quē susciabo eis. Et Ezechiel. non erunt vltra due gentes nec diuidentur amplius in duo regna/neq; polluētur vltra in idolis suis. & ero eis deus & seruus meus Dauid rex sup eos & pastor vnus erit omnium eorum.

¶ Psalmus dauid. XVII.

1 Diligā te domine fortitudo mea:
dominus firmamētū meū & refugiū meū
& liberator meus.
2 Deus meus adiutor meus:
& spęrabo in eum.
3 Protector meus & cornu salutis mee:
& redemptor meus.
4 Laudans inuocabo dūm:
& ab inimicis meis saluus ero.
5 Circūdedęrunt me dolores mortis:
et torrentes iniquitatis conturbauęrunt me.
6 Dolores inferni circūdedęrūt me:
præuęnęrunt me laquei mortis.

¶ Seruo domini Dauidi. XVII.

Diligā te DOMINE fortitudo mea: Ps.
DNS firmamētū meū & refugiū meum Ps.
& liberator meus.
DEVS meus adiutor meus: El.
& spęrabo in eum.
Protector meus & cornu salutis meæ:
& susceptor meus.
Laudans inuocabo DOMINVM: Ps.
& ab inimicis meis saluus ero.
Circūdedęrūt me dolores mortis:
& torrētes iniquitatis conturbauęrūt me.
Dolores inferni circūdedęrunt me:
præoccupauęrunt me laquei mortis.

CONCIL.	VET.	
℣ In tribulatione mea inuocaui DOMINVM	Et in pressura mea inuocaui dominũ:	7
Eloha. & ad DEVM meum clamaui.	& ad deum meũ clamaui.	
Et exaudiuit de tẽplo sancto suo vocẽ meã:	Et exaudiuit de tẽplo sancto suo vocẽ meã:	8
& clamor meꝰ i cõspectu eiꝰ itroiuit i aures eius.	& clamor meꝰ in cõspectu eiꝰ itroiuit in aures eiꝰ.	
Cõmota est & cõtremuit terra:	Et cõmota est & contremuit terra:	9
fundamẽta montiũ conturbata sũt & cõmota sũt:	& fũdamẽta mõtiũ cõturbata sũt & cõmota sunt	
quoniã iratus est.	✳ quoniam iratus est eis.	
Ascendit fumꝰ in ira eius & ignis a facie eiꝰ exarsit:	Ascẽdit fumꝰ i ira eiꝰ/ & ignis a facie eiꝰ exardescit:	10
carbones succẽsi sunt ab eo.	carbones succensi sunt ab eo.	
Inclinauit cælos & dẽscendit:	Et inclinauit cælos & dẽscendit:	11
& caligo sub pedibꝰ eius.	& caligo sub pedibus eius.	
Et ascendit super cherubim & volauit:	Et ascẽdit super cherubim & volauit:	12
volauit super pennas ventorũ.	volauit super pennas ventorum.	
Et posuit tenebras latibulũ suũ in circuitu eius:	Et posuit tenebras latibulũ suũ in circuitu eius:	13
tabernaculũ eiꝰ tenebrosa aqua i nubibus aeris.	tabernaculũ eius tenebrosa aqua in nubibꝰ aeris.	
Præ fulgore i cõspectu eiꝰ nubes trãsiẽrũt:	Præ fulgore in cõspectu eiꝰ nubes ipsiꝰ trãsiẽrũt:	14
grando & carbones ignis.	grando & carbones ignis.	
℣ Et intonuit de cælo DOMINVS	Et intonuit de cælo dominus/	15
Elion. & ALTISSIMVS dedit vocem suã:	& altissimus dedit vocem suam:	
grandinem & carbones ignis.	✳	
Et misit sagittas suas & dissipauit eos:	Et ẽmisit sagittas suas & disperſit eos:	16
fulgura multiplicauit & cõturbauit eos.	& coruscatiões multiplicauit & conturbauit eos.	
Et apparuẽrunt fontes aquarum:	Et apparuẽrunt fontes aquarum:	17
& reuẽlata sunt fundamẽta orbis terrarum.	& reuẽlata sunt fundamẽta orbis terrarũ.	
℣ Ab increpatione tua DOMINE	Ab increpatione tua domine:	18
ab inspiratione spiritus iræ tuæ.	ab inspiratione spiritus iræ tuæ.	
Misit de summo & accẽpit me:	Misit ẽ summo & accẽpit me:	19
& assumpsit me de aquis multis.	& assũpsit me de multitudine aquarum.	
Eripuit me de inimicis meis fortissimis	Eruit me de inimicis meis fortissimis:	20
& ab ijs qui odẽrunt me:	& ab ijs qui odẽrunt me:	
quoniam confortati sunt super me.	quoniã confortati sunt super me.	
Præuẽnerunt me in die afflictionis meæ:	Præuẽnerũt me in die afflictionis meæ:	21
℣ & factus est DOMINVS protector meus.	& factus est dñs firmamentũ meũ.	
Et ẽduxit me in latitudinem:	Et ẽduxit me in latitudinem:	22
saluum me fẽcit quoniã voluit me.	ẽruit me quoniam voluit me.	
℣ Et retribuit michi DOMINVS scdm iustitiã meã:	✳ Et retribuet michi dñs scdm iustitiã meam:	23
& scdm puritatẽ manuũ mearũ retribuit michi.	& scdm puritatẽ manuũ mearũ retribuet michi.	
℣ Quia custodiui vias DOMINI	Quia custodiui vias domini:	24
Eloha. nec impiẽ gessi a DEO meo.	nec impiẽ gessi a deo meo	
Quĩ omnia iudicia eius in conspectu meo:	Quĩ oĩa iudicia eiꝰ in conspectu meo sunt semp:	25
& iustitias eius nõ repuli a me.	& iustitias eius non repuli a me.	
Et fui immaculatus cum eo:	✳ Et ero immaculatus cum eo:	26
& obseruaui me ab iniquitate mea.	& obseruabo me ab iniquitate mea.	
℣ Et retribuit michi DOMINVS scdm iustitiã meã	Et retribuet michi dñs scdm iustitiã meam.	27
& scdꝫ puritatẽ manuũ meaꝝ i cõspectu oculoꝝ eiꝰ	& scdꝫ puritatẽ manuũ meaꝝ i cõspectu oculoꝝ eiꝰ.	
Cum sancto sanctus eris:	Cum sancto sanctus eris:	28
& cum viro innocente innocens eris.	& cum viro innocente innocens eris.	
Et cum ẽlẽcto ẽliges:	✳ Et cum ẽlẽcto ẽlẽctus eris:	29
& cum peruerso peruertes.	✳ & cum peruerso peruersus eris.	
Quoniã tu populũ humilẽ saluũ facies:	Quoniã tu populũ humilẽ saluũ facies:	30
& oculos superborũ humiliabis.	& oculos superborum humiliabis:	
℣ Quĩ tu illuminas lucernã meã DOMINE	Quoniã tu illuminabis lucernã meã domine:	31
Eloha. DEVS meus illumina tenebras meas.	deus meus illumina tenebras meas.	
Quoniã in te eripiar a tentatione:	Quoniã a te ẽruar a tentatione:	32
Eloha, & in DEO meo transgrediar murum.	& in deo meo transgrediar murum.	
El, DEVS meus impolluta via eius:	Deus meus imaculata via eius:	33

eloquia domini igne examinata:
protector est omnium sperantium in se.
34 Quoniam quis deus præter dominum:
aut quid deus preter deum nostrum?
35 Deus qui præcinxit me virtute:
& posuit imaculatam viam meam.
36 Qui perfecit pedes meos tanq̃ cerui:
& super excelsa statuet me.
37 Qui docet manus meas ad prelium:
& posuisti vt arcum æreum brachia mea.
38 Et dedisti michi protectionem salutis tuæ:
& dextera tua suscepit me.
39 Et disciplina tua me direxit in finem:
& disciplina tua ipsa me docebit.
40 Dilatasti gressus meos subter me:
& non sunt infirmata vestigia mea.
41 Persequar inimicos meos & cõpræhẽdam illos:
& non conuertar donec deficiant.
42 Confringam illos nec poterunt stare:
cadent subtus pedes meos.
43 Et præcinxisti me virtute ad bellum:
supplantasti insurgentes in me subter me.
44 Et inimicos meos dedisti mihi dorsum:
& odio habentes me disperdidisti.
45 Clamauerũt nec erat q saluos faceret ad dñm:
nec exaudiuit eos.
46 Et cõminuam illos vt puluerem ante faciẽ venti:
vt lutum platearum delebo eos.
47 Erues me de contradictionibus populi:
constitues me in caput gentium.
48 Populus quem non cognoui seruiuit michi:
in auditu auris obediuit michi.
49 Filij alieni mentiti sunt michi:
filij alieni inueterauerunt:
& claudicauerunt a semitis suis.
50 Viuit dominus & benedictus deus meus:
& exaltetur deus salutis mee.
51 Deus qui das vindictas michi/
& subdis populos sub me:
liberator meus de inimicis meis iracundis.
52 Ab insurgentibus in me exaltabis me:
a viro iniquo eripies me.
53 Propterea confitebor tibi in gentibus domine:
& nomini tuo psallam.
54 Magnificans salutes regis ipsius:
& faciens misericordiã christo suo dauid:
& semini eius vsq; in sæculum.

eloquia DOMINI igne examinata:
protector est omnium sperantium in se.
Quoniam quis DEVS præter DOMINVM — Elohim
aut quis DEVS præter DEVM nostrum? — Sur Elohe
DEVS qui præcinxit me virtute: — EL
& posuit imaculatam viam meam.
Qui perfecit pedes meos tanq̃ ceruorum:
& super excelsa statuit me.
Qui docet manus meas ad prælium:
& posuisti vt arcum æreum brachia mea.
Et dedisti michi protectionem salutis tuæ:
& dextera tua suscepit me.
Et disciplina tua correxit me in finem:
& disciplina tua ipsa me docebit.
Dilatasti gressus meos subtus me:
& non sunt infirmata vestigia mea.
Persequar inimicos meos & cõpræhẽdam illos:
& non conuertar donec deficiant.
Confringam illos nec poterunt stare:
cadent subtus pedes meos.
Et præcinxisti me virtute ad bellum:
& supplantasti insurgentes in me subtus me.
Et inimicorum meorum dedisti michi dorsum:
& odientes me disperdidisti.
Clamabunt nec erit qui saluos faciat ad DNM
nec exaudiet eos.
Et cõminuam eos vt puluerem ante faciẽ venti:
vt lutum platearum delebo eos.
Eripies me de contradictionibus populi:
constitues me in caput gentium.
Populus quem non cognoui seruiuit michi:
in auditu auris obediuit michi.
Filij alieni mentiti sunt michi:
filij alieni inueterati sunt:
& claudicauerunt a semitis suis.
Viuit DOMINVS & benedictus DEVS meus: — Sur
& exaltetur DEVS salutis mee. — Elohe
DEVS qui das vindictas michi / — EL
& subdis populos sub me:
liberator meus de inimicis meis iracundis.
Et ab insurgentibus in me exaltabis me:
a viro iniquo eripies me.
Propterea cõfitebor tibi in natiõib⁹ DOMINE
& nomini tuo psalmum dicam.
Magnificanti salutes regis eius:
& facienti misericordiã CHRISTO suo dauid: Mesiah
& semini eius vsq; in sæculum.

ARGVMENTVM. Psalmus/de cælesti manifestatione aduentus Christi domini per angelos & stellam/noua lege/annunciatione eius per vniuersam terram/apostolis/conuersatione Christi in terris/ascentione/de diuini ignis & spiritus sancti diffusione/nouæ legis puritate/eius obseruatione & premiatione. ¶ Conciliatus versu tertio.

¶ Psalmus Dauid. XVIII.

1 Celi enarrant gloriam dei:
& opera manuũ eius annũciat firmamẽtũ.
2 Dies diei eructat verbum:
& nox nocti annunciat scientiam.

¶ Psalmus Dauidi. XVIII.

Celi enarrant gloriam DEI: — El.
& opa manuũ eius annũciat firmamentũ.
Dies diei eructat verbum:
& nox nocti indicat scientiam.

CONCIL.

Non sunt loquelæ neq; sermones:
a quibus non audiantur voces eorum.
In omnem terram exiuit sonus eorum:
& in fines orbis terræ verba eorum.
In sole posuit tabernaculum suum:
& ipse tanq̃ sponsus ꝓcedens de thalamo suo.
Exultauit vt gigas ad currendam viam:
a summo cælo egressio eius.
Et occursus eius vsq; ad summum eius:
nec est qui se abscondat a calore eius.
Lex DOMINI imaculata conuertens animas:
testioniũ DOMINI fidele sapiẽtiã ꝑstãs puulis
Iustitiæ DOMINI rectæ lętificantes corda:
præceptũ DOMINI lucidũ illuminãs oculos.
Timor DOMINI sanct⁹ pmanet in scl'm sæculi:
iudicia DOMINI vera iustificata in ꝫmetipsa.
Desiderabilia sup aurũ & lapidẽ ꝑciosum multũ:
& dulciora super mel & fauum.
Etenim seruus tuus custodit ea:
in custodiendis illis retributio multa.
Delicta quis itelligit? ab occultis meis mũda me:
& ab alienis parce seruo tuo.
Si mei non fuerint dñati tunc imaculatus ero:
& ęmundabor a delicto maximo.
Et erunt vt complaceant eloquia oris mei:
& meditatio cordis mei in conspectu tuo semp.
DOMINE adiutor meus:
& redemptor meus.

ARGVMENTVM. Psalmus/optatio q̃ Christo cuncta forent prospera / q̃ a deo omnes petitiones eius exaudirent/& tandẽ ei⁹ iuocatio. ¶ Cõciliat⁹ versu decimo. Et aduerte illic vocabulo MELECH regem significante additam particulam HA nichil argumento esse regem obliqui esse casus & ideo dicendum esse regem. nam & in principio psalmorũ sic additur vocabulo IS id est vir/& dicitur HAIS & exponitur vir. Et paulus etiam hebręus manifeste ostendit non esse articulum obliqui.

¶ Psalmus dauidi. XIX.

Exaudiat te DOMINVS in die tribulationis:
protegat te nomen dei Iaacob.
Elohe Mittat tibi auxilium de sancto:
& de sion tueatur te.
Memor sit omnis sacrificij tui:
& holocaustum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi secundum cor tuum:
& omne consilium tuum confirmet.
Iesua. Lętabimur in SALVTARI tuo:
Elohe. & in noie DEI nostri magnificabimur.
Impleat DOMINVS omnes petitiones tuas:
nũc cognoui q̃m saluũ fęcit DNS XP̃M suũ.
Mesiah Exaudiet illum de cælo sancto suo:
in potentatibus salus dexteræ eius.
Hi in curribus & hi in equis:
nos aũt i noie DOMINI DEI nostri iuocabim⁹
Elohe. Ipsi obligati sunt & cecidęrunt:
nos autem surreximus & ęrecti sumus.
DOMINE saluum fac/rex exaudi nos:
in die qua inuocauerimus te.

ARGVMENTVM. Psalmus de exauditione Christi/& benedictione eius & gloria in annorum æternitate/benedictionis ab eo consecutione/& aduersariorum eius confusione.

VET.

Non sunt loquele neq; sermones: 3
quorum non audiantur voces eorum.
In omnem terram exiuit sonus eorum: 4
& in fines orbis terræ verba eorum.
In sole posuit tabernaculum suum: 5
& ipse tanq̃ sponsus ꝓcedens de thalamo suo.
Exultauit vt gigas ad currendam viam: 6
a summo cælo egressio eius.
Et occursus eius vsq; ad summũ eius: 7
nec est qui se abscondat a calore eius.
Lex domini immaculata conuertens animas: 8
testimoniũ dñi fidele sapientiã ꝑstans paruulis.
Iustitie domini recte letificantes corda: 9
præceptum dñi lucidum illuminans oculos.
Timor dñi castus permanens in sæculum sæculi: 10
iudicia dñi vera iustificata in idipsum.
Desiderabilia sup aurũ & lapidẽ ꝑciosum multũ: 11
& dulciora super mel & fauum.
Etenim seruus tuus custodit ea: 12
in custodiendo illa retributio multa.
Delicta qs itelligit? ab occltis meis mũda me dñe 13
& ab alienis parce seruo tuo.
Si mei non fuerint dñati tunc imaculatus ero: 14
& ęmundabor a delicto magno.
Et erunt vt cõplaceant eloquia oris mei: 15
& meditatio cordis mei in cõspectu tuo semp.
Domine adiutor meus: 16
& redemptor meus.

¶ Psalmus Dauid. XIX.

Exaudiat te dñs in die tribulationis: 1
protegat te nomen dei iacob.
Mittat tibi auxilium de sancto: 2
& de sion tueatur te.
Memor sit omnis sacrificij tui: 3
& holocaustum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi secundum cor tuum: 4
& omne consilium tuum compleat.
Exultabimus in salutari tuo: 5
& in nomine dñi dei nostri magnificabimur.
Impleat dominus omnes petitiones tuas: 6
nunc cognoui q̃m saluum fęcit dñs Christũ suũ.
Exaudiet illum de cęlo sancto suo: 7
in potentatibus salus dexteræ eius.
Hi in curribus & hi in equis: 8
nos autẽ in noie dñi dei nostri exultabimus.
Ipsi obligati sunt & cecidęrunt: 9
nosvero surreximus & ęrecti sumus.
Domine saluum fac regem: 10
& exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

¶ Psalmus dauid. XX.

1 DOmine in virtute tua lætabitur rex:
& super salutare tuū exultabit veheměter
2 Desiderium animæ eius dedisti ei:
& voluntate labiorū eius non fraudasti eum.
3 Q ūm præueniisti eū in benedictionib⁹ dulcędinis:
posuisti in capite eius coronā de lapide pcioso.
4 Vitam petijt & dedisti ei:
lōgitudinē diērū in sæculū & in sæculum sæculi.
5 Magna est gloria eius in salute tua:
gloriam & magnū decorem impones super eū.
6 Quoniā dabis ei benedictionē in sæculū sæculi:
lætificabis eū in gaudio cum vultu tuo.
7 Quoniam rex spērat in domino:
& in altissimi misericordia non cōmouębitur.
8 Inueniatur manus tua oibus inimicis tuis:
dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.
9 Pones eos vt clibanū ignis in tēpore vultus tui:
dominus in ira sua conturbabit eos:
& deuorabit eos ignis.
10 Fructum illorum de terra perdes:
& semen eorum a filijs hominum.
11 Quoniam dęclinauērunt in te mala:
cogitauērūt cōsiliū quod nō potuērūt stabilire.
12 Quoniam pones eos dorsum:
in reliquijs tuis præparabis vultum eorum.
13 Exaltare domine in virtute tua:
cantabimus & psallemus virtutes tuas.

¶ Psalmus dauidi. XX.

DOMINE in virtute tua lætabitur rex: & sup SALVtare tuū exultabit veheměter. Iesua.
Desiderium cordis eius tribuisti ei:
voluntate labiorū eius non fraudasti eum.
Q ūm pueniisti cum in benedictionib⁹ dulcędinis:
posuisti in capite eius coronā de lapide pcioso.
Vitam petijt a te & tribuisti ei:
longitudinē diērū in sæculū & in sæculū sæculi.
Magna est gloria eius in SALVTARI tuo: Iesua.
gloriam & magnū decorem impones super eū.
Q ūm dabis eum in benedictionē in sæculū sæculi:
lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo:
Quoniam rex spērat in DOMINO: Elion
& in misericordia ALTISSIMI nō cōmouębit
Inueniatur manus tua oibus inimicis tuis:
dextera tua inueniat oēs qui te odęrunt.
Pones eos vt clibanū ignis in tēpore vultus tui:
DOMINVS in ira sua conturbabit eos:
& deuorabit eos ignis.
Fructum eorum de terra perdes:
& sęmen eorum a filijs hominū.
Quoniam dęclinauērunt in te mala:
cogitauērunt cōsilia quæ nō potuērūt stabilire.
Quoniam pones eos dorsum:
in reliquijs tuis prēparabis vultum eorum.
Exaltare DOMINE in virtute tua:
cantabimus & psallęmus virtutes tuas.

ARGVMENTVM. Psalmus oratio domini ad patrem & diuinitatem in passione mysteria passionis continēs/ exhortatio ad laudem diuinorū/ de cibo vitam æternā pstante pauperibus in memoriā passionis eius ordinato/ vero cultu dei per vniuersum orbem recipiendo/ & noua iustitiæ lege & nouo populo. ¶ Conciliatus versu primo/ secundo & tricęsimo tertio. ¶ Dūs in fine psalmi obelo iugulari debet etiam in tralatione hebraica hieronymi.

¶ Psalmus dauid. XXI.

1 DEus deus meus respice in me/
quare me dereliquisti:
lōge a salute mea verba dęlictorū meorū.
2 Deus meus clamabo ad te per diē & nō exaudies
& nocte & non ad insipientiam michi.
3 Tu autem in sancto habitas:
laus israęl.
4 In te sperauērunt patres nostri:
sperauerunt & liberasti eos.
5 Ad te clamauērunt & salui facti sunt:
in te sperauērunt & non sunt confusi.
6 Ego autem sum vermis & non homo:
opprobrium hominū & abiectio plębis.
7 Omnes qui conspiciebāt me subsannabāt me:
locuti sunt labijs & mouērunt caput.
8 Sperauit in domino ęruat eum:
saluum faciat eum quoniam vult eum.
9 Qūm tu es qui extraxisti me de vētre spes mea:
ab vberib⁹ mris meæ i te cōfirmat⁹ sū ex vtero
10 De ventre matris meæ deus meus es tu:
ne discesseris a me.
11 Quoniam tribulatio iuxta est:
quia non est qui adiuuet.

¶ Psalmus dauidi. XXI.

✳ DEVS me⁹ DEVS me⁹ — respice in me .. Hi Hi
Dequare me dęreliquisti:
lōgę a salute mea verba dęlictorū meorū.
DEVS meus clamabo per diem & nō exaudies: Eloha
✳ & noctem & non ad insipientiā michi.
Tu autem in sancto habitas:
laus israęl.
In te sperauērunt patres nostri:
sperauerunt & liberasti eos.
Ad te clamauērunt & salui facti sunt:
in te sperauērunt & non sunt confusi.
Ego autem sum vermis & non homo:
opprobrium hominū & abiectio plębis.
Omnes videntes me deriserunt me:
locuti sunt labijs & mouērunt caput.
Sperauit in DOMINO cripiat eum:
saluum faciat eum quoniam vult eum.
Qūm tu es qui extraxisti me de ventre spes mea:
ab vberib⁹ matris meę i te ,piect⁹ sum ex vtero.
De ventre matris meæ DEVS meus es tu: El
ne discesseris a me.
Quoniam tribulatio proxima est:
quoniam non est qui adiuuet.

Circundederunt me vituli multi:
tauri pingues obsederunt me.
Aperuerunt super me os suum:
sicut leo rapiens & rugiens.
Sicut aqua effusus sum:
& dispersa sunt omnia ossa mea.
Factum est cor meum tanq̃ cæra liquescens:
in medio ventris mei.
Aruit tanq̃ testa virtus mea:
& lingua mea adhesit faucibus meis:
& in puluerem mortis deduxisti me.
Quoniam circundederunt me canes multi:
concilium malignantium obsedit me.
Foderunt manus meas & pedes meos:
dinumerauerunt omnia ossa mea.
Ipsi vero considerauerunt & inspexerunt me
diuiserunt sibi vestimenta mea:
& super vestem meam miserunt sortem.
Tu autē DNE ne ꝯlongaueris auxiliū tuū a me:
ad defensionem meam conspice.
Erue a framea — deus .. animam meam:
& de manu canis vnicam meam.
Salua me ex ore leonis:
& a cornibus vnicornium humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum fratribus meis:
in medio ecclesiæ laudabo te.
Qui timetis DOMINVM laudate eum:
vniuersum semen Iaacob glorificate eum.
Timeat eum omne semen Israel:
qm̃ nō spreuit neq; despexit deprecationē paupis
Nec auertit faciem suam a me:
& cum clamarem ad eum exaudiuit me.
Apud te laus mea in ecclesia magna:
vota mea reddam in conspectu timentiū eum.
Edent pauperes & saturabuntur:
& laudabunt DOMINVM qui requirunt eum:
viuent corda eorum in sæculum sæculi.
Reminiscentur & conuertent̃ ad DOMINVM:
vniuersi fines terræ.
Et adorabunt in conspectu eius:
vniuersæ familiæ gentium.
Quoniam DOMINI est regnum:
& ipse dominabitur gentium:
Manducauerūt & adorauerūt oēs pingues terræ:
in cōspectu eius cadēt oēs qui descendūt in terrā.
Et anima mea non viuet:
& semen meum seruiet ipsi.
Annunciabitur DOMINO generatio ventura
& annunciabū̃t cæli iustitiam eius:
populo qui nascetur quē fecit — dominus. ..

Circūdederunt me vituli multi: 12
tauri pingues obsederunt me.
Aperuerunt in me os suum: 13
sicut leo rapiens & rugiens.
Sicut aqua effusus sum: 14
dispersa sunt omnia ossa mea.
Factum est cor meum sicut cæra liquescens: 15
in medio ventris mei.
Exaruit velut testa virtus mea: 16
& lingua mea adhesit faucibus meis:
& in puluerem mortis deduxisti me.
Quoniā circundederunt me canes multi: 17
concilium malignantiū circundedit me.
Foderunt manus meas & pedes meos: 18
dinumerauerunt omnia ossa mea.
Ipsi vero considerauerunt & conspexerunt me: 19
diuiserunt sibi vestimenta mea:
& super vestem meā miserunt sortem.
Tu autē dñe ne longe facias auxiliū tuū a me: 20
ad defensionem meam conspice.
Erue a framea animā meam: 21
& de manu canis vnicam meam.
Saluum me fac de ore leonis: 22
& a cornibus vnicornium humilitatē meā.
Narrabo nomen tuū fratribus meis: 23
in medio ecclesiæ cantabo te.
Qui timetis dominum laudate eum: 24
vniuersum semen iacob magnificate eum.
Timeat eum omne semen israel: 25
qm̃ nō spreuit neq; despexit deprecationē paupis.
Neq; auertit faciem suam a me: 26
& cum clamarem ad eum exaudiuit me.
Apud te laus mea in ecclesia magna: 27
confitebor tibi coram timentibus eum.
Edent pauperes & saturabuntur & laudabunt 28
dominum qui requirunt eum:
viuent corda eorū in sæculū sæculi.
Comemorabuntur & conuertentur ad dominū: 29
vniuersi fines terræ.
Et adorabunt in conspectu eius: 30
vniuersæ patriæ gentium.
Quoniam domini est regnum: 31
& ipse dominabitur gentium.
Manducauerunt & adorauerūt oēs diuites terræ: 32
in cōspectu ei⁹ ,cidēt vniuersi q descendūt i terrā
✱ Et anima mea ipsi viuet: 33
& semen meum seruiet ipsi.
Annunciabitur domino generatio ventura 34
& annunciabunt cæli iustitiam eius:
populo qui nascetur quē fecit dominus.

ARGVMENTVM. Psalmus recognitio beneficiorum Christi & trini dei q̃q; hec beneficia misericordiam & vitam largiuntur æternam.

Psalmus dauidi. XXII

DOMINVS regit me & nichil michi deerit:
in loco pascuæ ibi me collocauit.
Super aquā refectionis educauit me:

Psalmus dauid. XXII.

DOminus pascit me & nichil michi deerit: 1
in loco pascuæ ibi me collocauit.
Super aquā refectionis educauit me: 2

anímam meam conuertit.
3 Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ:
propter nomen ſuum.
4 Nam & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis:
non timębo mala quoniã tu męcum es.
5 Virga tua & baculus tuus:
ipſa me conſolata ſunt.
6 Parasti in conſpectu meo menſam:
aduerſus eos qui tribulant me:
7 Impinguaſti in oleo caput meum:
& poculum meum inæbrians q̃ preclarũ eſt?
8 Et miſericordia tua ſubſequętur me:
omnibus diębus vitæ meæ.
9 Vt inhabitem in domo domini:
in longitudinem dierum.

ARGVMENTVM. Pſalmus/de fundamento ſalutis terręnorum in baptiſmalibus vndis/ & de myſtęrio aſcẽſionis Chriſti domini regis gloriæ & domini exercituum ad dexteram patris. Aduerte ſexto verſu. ſolum in hebræo habęri PHANEICA Iaacob faciem tuam Iacob. vbi intellige faciem illam nõ eam qua Iacob ipſe videatur ſed eam quam Iaacob vidit cum dixit: vidi dominum facie ad faciem & ſalua facta eſt anima mea. quod vt apertius innuerent verterunt faciem dei Iacob & ſi hic expreſſe nomen dei non habeatur qui pſalmo 19 verſu primo Elohe: pſalmo 131 verſu ſecundo & quinto nomine DABIR exprimitur.

Pſalmus dauid. XXIII.

1 Domini eſt terra & plenitudo eius:
orbis terrarũ & vniuerſi q habitant in ea.
2 Ipſe ſuper maria fundauit eam:
& ſuper flumina præparauit eam.
3 Quis aſcendet in montem domini:
aut quis ſtabit in loco ſancto eius?
4 Innocens manibus & mundo corde:
qui non accepit in vano animã ſuam:
& non iurauit proximo ſuo in dolo.
5 Hic accipiet benedictionẽ a domino:
& miſericordiam a deo ſalutari ſuo.
6 Hec eſt generatio quærentium dominũ:
quærentium faciem dei iacob.
7 Tollite portas principes veſtras/
& ęleuamini portæ æternales:
& introibit rex gloriæ.
8 Quis eſt iſte rex gloriæ?
dominus fortis & potens:
dominus potens in prælio.
9 Tollite portas principes veſtras/
& ęleuamini portæ æternales:
& introibit rex gloriæ.
10 Quis eſt iſte rex gloriæ?
dñs virtutum ipſe eſt rex gloriæ.

Pſalmus dauidi. XXIII.

DOMINI eſt terra & plenitudo eius: ℣
orbis terrarũ & vniuerſi qui habitãt in eo.
Quia ipſe ſuper maria fundauit eum:
& ſuper flumina præparauit eum.
Quis aſcendet in montem DOMINI: ℣
aut quis ſtabit in loco ſancto eius?
Innocens manibus & mundo corde:
qui non accepit in vano animam ſuam:
nec iurauit in dolo proximo ſuo.
Hic accipiet benedictionẽa DOMINO: ℣
& miſericordiam a DEO ſalutari ſuo. Elohe
Hec eſt generatio quærentium eum:
quærentium faciem dei Iaacob. Selah.
Attollite portas principes veſtras:
& ęleuamini portæ æternales:
& introibit rex gloriæ.
Quis eſt iſte rex gloriæ?
DOMINVS fortis & potens: ℣
DOMINVS potens in prælio. ℣
Attollite portas principes veſtras:
& ęleuamini portæ æternales:
& introibit rex gloriæ.
Quis eſt iſte rex gloriæ?
DOMINVS VIRTVTVM ipſe eſt rex gloriæ. ℣ Sebaoth

ARGVMENTVM. oratio fidęliũm benignam dei naturam agnoſcentium & in aduerſis opem eius poſcentium. Conciliatus verſu duodecimo & vicęſimo ſecundo.

Pſalmus dauid. XXIIII.

1 Ad te domine leuaui animam meam:
deus meus in te confido non ęrubeſcam.
2 Neq; irrideant me inimici mei:
etenim vniuerſi qui te expectãt nõ cõfundẽtur.
Confundantur iniquę agentes:
vana.

Pſalmus dauidi. XXIIII.

Ad te DONINE leuaui animam meam: ℣
DEVS meus in te cõfido nõ ęrubeſcam. Eloha.
Neq; irrideant me inimici mei:
etenim vniuerſi qui ſuſtinẽt te nõ cõfundentur.
Confundantur omnes iniqua agentes:
ſuperuacuę.

CONCIL.	VET.	
Vias tuas DDMINE demonstra michi: & semitas tuas edoce me.	Vias tuas domine notas fac michi: & semitas tuas edoce me.	4.
Dirige me in veritate tua & doce me:	Dirige me in veritate tua & doce me:	5
Elohe quia tu es DEVS saluator meus: & te sustinui tota die.	quoniam tu es deus salutaris meus: & te sustinui tota die.	
Reminiscere miserationū tuarum DOMINE: & misericordiarū tuarū quia a sæculo sunt.	Reminiscere miserationū tuarum domine:	6
	✳ & quia misericordie tuæ a sæculo sunt.	
Delicta iuuentutis meæ: & ignorantias meas ne memineris.	Delicta iuuentutis meæ & ignorantiæ meæ: ne memineris.	7
Secundū misericordiā tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam DOMINE.	✳ Secundū misericordiā tuā memor mei esto deus: propter bonitatem tuam domine.	8
Dulcis & rectus DOMINVS: propter hoc legē dabit delinquentibus in via.	Dulcis & rectus dominus: propter hoc legem statuit delinquētibus in via.	9
Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.	Diriget mites in iudicio: docebit mansuetos vias suas.	10
Vniuersæ viæ DOMINI misericordia & veritas: requirētibus testamentū eius & testimonia eius.	Vniuersæ viæ dñi misericordia & veritas: requirētibus testamentū eius & testimonia eius.	11
Propter nomē tuū DNE ꝓpiciare peccato meo: multum est enim.	✳ Propter nomen tuū dñe ꝓpiciaberis pctō meo: multum est enim.	12
Quis est homo qui timet DOMINVM? legem statuit ei in via quam elegit.	Quis est homo qui timeat dominum? legem statuit ei in via quam elegit.	13
Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius hereditabit terram.	Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius hereditate possidebit terram.	14
Firmamentū est DOMINVS timentibus eum: & testamentū ipsius vt manifestetur illis.	Firmamentum est dñs timentibus eum: & testamentū ipsius vt manifestetur illis.	15
Oculi mei semper ad DOMINVM: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.	Oculi mei semper ad dominum: quia ipse euellet de laqueo pedes meos.	16
Respice in me & miserere mei: quia vnicus & pauper sum ego.	Respice in me & miserere mei: quoniam vnicus & pauper sum ego.	17
Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: de necessitatibus meis erue me.	Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt. de necessitatibus meis educ me.	18
Vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte vniuersa delicta mea.	Vide humilitatem meā & laborem meum: & remitte omnia peccata mea.	19
Respice inimicos meos qm multiplicati sunt: & odio iniquo oderunt me.	Respice inimicos meos quoniā multiplicati sunt: & odio iniquo oderunt me.	20
Custodi animam meam & erue me: non erubescam quoniā speraui in te.	Custodi animam meam & erue me: non confundar quoniam speraui in te.	21
Innocentes & recti adhęrebunt michi: quia sustinui te.	✳ Innocentes & recti adhęserunt michi: quoniam sustinui te domine.	22
Elohim Libera DEVS israel: ex omnibus tribulationibus suis.	Redime deus israel: ex omnibus tribulationibus eius.	23

ARGVMENTVM. Psalmus/de innocentia Christi domini/eius in mundo conuersatione/eius immolatione qua per proprium sanguinem semel introiuit in sancta æterna/redemptione inuēta/dilectione sanctarum animarum quæ templum & domus dei sunt/misericordiæ adeptione/& benedictione dei trisagij in ecclesijs sanctorū. ¶ Conciliatus versu sexto. ¶ Aduerte primo versu iudica me domine: hic in tralatione hebraica Hieronymi habetur deus. Verum in omnibus psalterijs hebraicis vetustis & manu scriptis quæ tenere potui reperi magnum nomen dei יהוה. excepto vno quem Vuil. Ramūdus mithridates manu sua scripserat in quo hoc in loco scriptū erat EL. sed quia psalterijū illud michi parum fidele visum est: malui notare vt in vetustioribus comperi signo magni nominis dei. Verisimile tamē est in psalterio Hieronymi aut El aut aliud q̄ tetragrammaton nomen fuisse si vertit deus: alioqui dominus q̄ deus vertere maluisset.

¶ Psalmus dauidi.	XXV.	¶ Psalmus dauid. XXV.
Iudica me DOMINE quoniā ego in innocētia mea ingressus sum: & in DOMINO sperans non infirmabor.		Iudica me domine quoniam ego in innocentia mea ambulaui: & in dño sperans non infirmabor.

2 Proba me dñe & tenta me:
vre rẽnes meos & cor meũ.
3 Quoniã miſericordia tua ante oculos meos eſt:
& cõplacui in veritate tua.
4 Non ſẽdi cum concilio vanitatis:
& cum iniqua gerentibus non introibo.
5 Odio habui cõgregationẽ malignantiũ:
& cum impijs non ſedẽbo.
6 Lauabo inter innocentes manus meas:
& circũdabo altare tuũ domine.
7 Vt audiã vocẽ laudis tuæ:
& enarrẽ vniuerſa mirabilia tua.
8 Domine dilexi decorẽ domus tuæ:
& locũ habitationis gloriæ tuæ.
9 Nẽ perdas cum impijs animã meã:
& cum viris ſanguinũ vitam meam.
10 In quorũ manibus iniquitates ſunt:
dextera eorum repleta eſt muneribus.
11 Ego autẽ in innocentia mea ambulaui:
redime me & miſerere mei.
12 Pes meus ſtetit in rectitudine:
in eccleſijs benedicam te domine.

P roba me DOMINE & tenta me:
vre rẽnes meos & cor meũ.
Q m̃ miſericordia tua ante oculos meos eſt:
& complacui in veritate tua.
N on ſẽdi cũ concilio vanitatis:
& cũ iniqua gerentibus non introibo.
O diui eccleſiã malignantiũ:
& cũ impijs non ſedẽbo.
✱ Lauabo in innocentia manus meas:
& circũdabo altare tuũ DOMINE.
V t audiam vocem laudis:
& ẽnarrẽ vniuerſa mirabilia tua.
DOMINE dilexi decorẽ domus tuæ:
& locũ habitationis gloriæ tuæ.
Nẽ perdas cũ impijs — deus .. animã meã,
& cum viris ſanguinũ vitam meã.
In quorũ manibus iniquitates ſunt:
dextera eorum repleta eſt muneribus.
Ego autẽ in innocentia mea ingreſſus ſum:
redime me & miſerẽre mei.
P es meus ſtetit in directo:
in eccleſijs benedicã te DOMINE.

ARGVMENTVM. Pſalmus de confidentia & ſecuritate Chriſti/protectione eius a diuinitate / imolatione eius/inſurrectione falſorũ teſtium in eum/certa expectatione æternorũ bonorũ in terra viuentium. ¶ Conciliatus verſu octauo / decimo/ vndecimo & duodecimo. ¶ Aduerte decimo verſu in petra. tam Hieronymus q̃ interpretes hic Sur interpretati ſunt petra. quod pſalmo 17 verſu 34 hi deum ille fortẽ & 50 tã hi q̃ ille deũ.

¶ Pſalmus Dauid. XXVI.

1 Dominus illuminatio mea & ſalus mea:
quem timẽbo?
2 Dominus protector vitæ meæ:
a quo trepidabo?
3 Dum appropiant ſuper me nocẽtes:
vt edant carnes meas.
4 Qui tribulant me inimici mei:
ipſi infirmati ſunt & cecidẽrunt.
5 Si conſiſtant aduerſum me caſtra:
non timẽbit cor meum.
6 Si inſurgat in me prælium:
in hoc ego ſpẽrabo.
7 Vnã petij a domino hanc requiram:
vt inhabitẽ in domo dñi oẽs dies vitæ meæ.
8 Vt contẽpler dẽlectationẽ dñi:
& protegar a tẽplo eius.
9 Quoniã abſcondit me in tabernaculo ſuo:
in die malorũ protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.
10 In petra exaltauit me:
& nũc ecce exaltauit caput meũ ſup ĩimicos meos
11 Circuiui & immolaui in tabernaculo eius
hoſtiam iubilationis:
cantabo & pſallam domino.
12 Exaudi dñe vocẽ meã qua clamaui ad te:
miſerẽre mei & exaudi me.
13 Tibi dixit cor meũ quæſiui vultũ tuũ:
vultũ tuũ dñe requiram.

¶ Dauidi. XXVI.

DOMINVS illuminatio mea & ſalus mea:
quem timẽbo?
DOMINVS protector vitæ meæ:
a quo trepidabo?
Dum appropiant ſuper me nocentes:
vt edant carnes meas.
Qui tribulant me inimici mei:
ipſi infirmati ſunt & cecidẽrunt.
Si conſiſtant aduerſum me caſtra:
non timẽbit cor meũ.
Si exurgat aduerſum me prælĩũ:
in hoc ego ſpẽrabo.
Vnã petij a DOMINO hanc requirã:
vt inhabitẽ in domo DN̄I oĩb⁹ dieb⁹ vitæ meæ,
✱ Vt videam voluptatẽ DOMINI:
& viſitem templum eius:
Quoniã abſcondit me in tabernaculo ſuo:
in die malorũ protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.
✱ In petra exaltabit me:
& nũc exaltauit caput meũ ſuper ĩimicos meos,
✱ Circuibo & immolabo in tabernaculo eius
hoſtiam vociferationis:
cantabo & pſalmũ dicam DOMINO.
✱ Exaudi DOMINE vocẽ meã qua clamo ad te:
miſerẽre mei & exaudi me.
Tibi dixit cor meũ exquiſiuit te facies mea:
facie tuã DOMINE requiram.

CONCIL.	VET.	
Nę auertas faciem tuam a me: nę declines in ira a ſeruo tuo.	Nę auerras vultū tuum a me: nę declines in ira a ſeruo tuo.	14
Adiutor meus eſto nę derelinquas me: neq; deſpicias me DEVS ſalutaris meus.	Adiutor meus eſto nę derelinquas me: neq; deſpicias me deus ſalutaris meus.	15
Elohe. Quū pater meus & mater mea dereliquerūt me: DOMINVS autē aſſumpſit me.	Quoniā pater meus & mater mea dereliquęrt me dominus autem aſſumpſit me.	16
Legē pone michi DOMINE in via tua/ & dirige me in ſęmita recta: propter inimicos meos.	Legē michi conſtitue domine in via tua/ & dirige me in ſęmita recta: propter inimicos meos.	17
Nę tradideris me in animas tribulantiū me: quoniā inſurrexęrunt in me teſtes iniqui: & mentita eſt iniquitas ſibi.	Ne tradideris me in aias tribulantiū me: quoniā inſurrexęrunt michi teſtes iniqui: & mentita eſt iniquitas ſibi.	18
Credo vidęre bona DOMINI: in terra viuentiū.	Credo vidęre bona domini: in terra viuentium.	19
Expecta DOMINVM viriliter age & confortet cor tuū: & ſuſtine DOMINVM.	Suſtine dominum/viriliter age: & confortet cor tuū & ſuſtine dominū.	20

ARGVMENTVM. Pſalmus/oratio Chriſti dñi ſecūdū carnis diſpēſationē ad patrē & trihypoſtaticā di uinitatē/exauditio eius/& deprecatio eius pro populo fideli. ¶ Conciliatus verſu primo & ſexto.

¶ Dauidi. XXVII.	¶ Pſalmus Dauid. XXVII.	
Ad te DOMINE clamabo/ DEVS meus nę ſileas a me: nę quando taceas a me aſſimiler deſcendentibus in lacum.	Ad te domine clamaui/ deus meus nę ſileas a me: ne quando ſileas a me/ & ero ſimilis deſcendentibus in lacum.	1
Exaudi DOMINE vocē oronis mee dū oro ad te dū extollo manus meas ad templū ſanctū tuū.	Exaudi dñe vocē deprecatiōis meæ dū oro ad te: dū extollo manus meas ad templū ſanctū tuū.	2
Nę ſimul tradas me cum peccatoribus & cū operantibus iniquitatē nę perdas me.	Nę ſimul tradas cum peccatoribus aiam meā: & cum operantibus iniquitatē nę perdas me.	3
Qui loquūtur pacē cum proximo ſuo; mala autē in cordibus eorum.	Cū ijs qui loquuntur pacē cū proximo ſuo: mala autē loquuntur in cordibus eorum.	4
Da illis ſecundū opera eorum: & ſecundū nequitiā adinuētionū ipſorum.	Da illis ſecundū opera ipſorū: & ſecundū malignitatē affectionū ipſorū.	5
Secundū opera manuū eorū tribue illis: redde retributionē eorum ipſis.	Secundū opera manuū eorū da eis: redde retributionem eorum ipſis.	6
Quoniam non intellexęrunt opera DOMINI & opera manuum eius: deſtrues illos & non edificabis eos.	Quoniā non intellexęrūt opera dñi & in opera manuum eius: deſtrues illos & nō ędificabis eos.	7
Benedictus DOMINVS: quoniā exaudiuit vocē deprecationis meæ.	Benedictus dominus: quoniā exaudiuit vocē deprecationis meæ.	8
DOMINVS adiutor meus & protector meus/ & in ipſo ſpęrauit cor meum: & adiutus ſum.	Dñs adiutor meus et protector meus/ in ipſo ſpęrauit cor meum: et adiutus ſum.	9
Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitębor ei.	Et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confitębor illi.	10
DOMINVS fortitudo plębis ſuæ: & protector ſaluationū CHRISTI ſui eſt.	Dñs fortitudo plębis ſuæ: et protector ſalutarium chriſti ſui eſt.	11
Meſiah. Saluū fac populū tuum — domine .. & benedic hęrędităti tuæ: & rege eos & extolle illos vſq; in æternum.	Saluum fac populū tuum domine et benedic hęrędităti tuæ: et rege illos et extolle illos vſq; in ſæculum.	12

ARGVMENTVM. Pſalmus de diuinitate verbi diuini/& benedictione triſagiæ beatitudinis quæ datur populo eius. ¶ Conciliatus verſu quinto/ſexto/ſeptimo/octauo & nono.

¶ Pſalmus Dauidi. XXVIII.	¶ Pſalmus Dauid. XXVIII.	
Elohim Afferte DOMINO filij DEI: — afferte domino filios arietum ..	Afferte domino filij dei: afferte domino filios arietum.	1
Afferte DOMINO gloriā et honorem: afferte DOMINO gloriam nomini eius: adorate DOMINVM in atrio ſancto eius.	Afferte domino gloriā et honorem: afferte domino gloriā nomini eius: adorate dominū in aula ſancta eius.	2

VET.

3 Vox domini ſuper aquas
deus maieſtatis intonuit:
dominus ſuper aquas multas.
4 Vox domini in virtute:
vox domini in magnificentia.
5 Vox domni conterens cedros:
& conteret dominus cedros libani.
6 Et cõminuet eas tanq̃ vitulũ libani:
& dilectus ſicut filius vnicorniũ.
7 Vox dñi pręcidẽtis flãmã ignis:
vox domini cõmouentis ſolitudinẽ:
& cõmouębit dñs deſertũ cades.
8 Vox domini perficientis ceruos:
& reuęlabit ſiluas & i tẽplo ei⁹ vnuſq̃ſq; dicet gliã.
9 Dominus diluuiũ inhabitat:
& ſedębit dñs rex in æternum.
10 Dñs virtutẽ populo ſuo dabit:
dñs benedicet populo ſuo in pace.

ARGVMENTVM. Pſalmus/exaltatio diuinitatis a Chriſto dño/clamor eius/exauditio/eductio animæ eius ab inferis/exhortatio eius ad diuinas laudes cõcinnẽdas. de abſentatione diuinæ p̃ſentiæ/turbatione ſequẽti/pprie infirmitatis agnitione & cõfeſſione/ex humilitate illa p̃ſentiæ illius reuocatione/lætitia ſubſequente/ęruptione in laudẽ & beneficiorum dei confeſſionẽ. ¶ Conciliatus verſu decimo. quod ideo factũ eſt qa eo in loco vbi legim⁹ & ad deũ meũ: in hębræo habetur tetragrãmaton. quare æquius vſũ eſt vt legatur & ad dominum meum.

¶ Pſalmus Dauid. XXVIIII.

1 EXaltabo te dñe quoniã ſuſcępiſti me:
nec iocundaſti inimicos meos ſuper me.
2 Domine deus meus clamaui ad te:
& ſanaſti me.
3 Dñe reduxiſti ab inferis animã meã:
ſaluũ feciſti me a deſcendentibus in lacũ.
4 Pſallite domino ſancti eius:
& confitęmini memorie ſanctitatis eius.
5 Quoniã ira in indignatione eius:
& vita in voluntate eius.
6 Veſpere dęmorabitur flętus eius:
et in matutinum exultatio.
7 Ego autem dixi in abundantia mea:
non mouębor in æternum.
8 Domine in voluntate tua:
præſtitiſti decori meo virtutem.
9 Auertiſti faciẽ tuã a me:
et factus ſum conturbatus.
10 Ad te domine clamabo:
et ad deum meum deprecabor.
11 Que vtilitas in ſanguine meo:
dũ deſcendo in corruptionem.
12 Nunquid confitębitur tibi puluis:
aut annunciabit vęritatem tuam?
13 Audiuit dominus et miſertus eſt michi:
dominus factus eſt adiutor meus.
14 Conuertiſti planctũ meũ in gaudiũ michi:
concidiſti ſaccũ meum
et præcinxiſti me lætitia.
15 Vt cantet tibi gloria mea et non cõpungar:
dñe deus meus in æternũ confitębor tibi.

CONCIL.

Vox DOMINI ſuper aquas
DEVS maieſtatis intonuit:
DOMINVS ſuper aquas multas. El.
Vox DOMINI in virtute:
ox DOMINI in magnificentia.
✱ Vox DOMINI confringens cedros:
et confringet DOMINVS cedros libani.
✱ Et cõminuet eas tanq̃ vitulus libani:
et dilectus quẽadmodũ filius vnicorniũ.
✱ Vox DOMINI intercidens flãmã ignis:
✱ vox DOMINI concutiens deſertum:
et cõmouębit DOMINVS deſertũ Cades.
✱ Vox DOMINI præparans ceruas:
et reuęlabit cõdẽſa et i tẽplo ei⁹ oẽs dicẽt gloriã.
✱ DOMINVS diluuiũ inhabitat:
et ſedębit DOMINVS rex in æternũ.
DOMINVS virtutẽ populo ſuo dabit:
DOMINVS benedicet populo ſuo in pace.

¶ Pſalmus cantici/Dauidi. XXVIIII.

EXaltabo et DOMINE qm̃ ſuſcępiſti me;
nec dęlectaſti inimicos meos ſuper me.
DOMINE DEVS meus clamaui ad te. Eloha
& ſanaſti me.
DOMINE eduxiſti ab inferno animã meã;
ſaluaſti me a deſcendentibus in lacum.
Pſallite DOMINO ſancti eius:
& cõfitęmini memoriæ ſanctitatis eius.
Quoniã ira in indignatione eius:
& vita in voluntate eius.
Ad veſperũ dęmorabitur flętus:
& ad matutinũ lætitia.
Ego autẽ dixi in abundantia mea:
non mouębor in æternũ.
DOMINE in voluntate tua:
præſtitiſti decori meo virtutẽ.
Auertiſti faciẽ tuã a me:
& factus ſũ conturbatus.
Ad te DOMINE clamabo:
✱ & ad DOMINVM dęprecabor.
Quæ vtilitas in ſanguine meo:
dum dęſcendero in corruptionem.
Nunquid confitębitur tibi puluis
aut annunciabit vęritatem tuam?
Audiuit DOMINVS & miſertus eſt mei;
DOMINVS factus eſt adiutor meus.
Conuertiſti planctũ meũ in gaudiũ michi;
concidiſti ſaccum meum
& circundediſti me lætitia.
Vt cantet tibi gloria mea & non cõpungar:
DOMINE DEVS me⁹ in æternũ cõfitębor tibi Eloha

ARGVMENTVM. Psalmus/oratio Christi dñi/q̃ anxia & gemitib⁹ plęna fuerit vita ei⁹/ q⁹ dęrelictus & factus opprobriũ vicinis suis/de cõspiratione conciliatorũ i eũ/inuocatione diuini auxilij benignitate dei in ijs qui sanctã spem habẽt/mirificatione misericordiæ dei in eũ/exhortatione ad sãctã spem/& de detertitione a supbia. ¶ Aduerte tertio versu/esto michi in deũ protectorẽ:hic SVR nomen dei habetur. qđ et hic Hieronymus vertit lapidẽ. quarto vęro proxime sequẽti versu Hieronym⁹ idẽ vocabulũ vertit petram septuaginta κραταίωμα quod interpretũ latinorũ vnus dixit fortitudinẽ/alius firmamentũ.

¶ Psalmus Dauidi. XXX.

In te DOMINE spaui nõ cõfundar in æternũ:
in iustitia tua libera me.
Inclina ad me aurem tuã:
accelera vt ęruas me.
Sur. Esto michi i DEVM ꝓtectorẽ & in domũ refugij:
vt saluũ me facias.
Quoniã fortitudo mea & refugiũ meũ es tu:
& ꝓpter nomen tuũ dęduces me & ęnutries me.
Educes me de laqo hoc quẽ abscõdęrũt michi:
quoniã tu es protector meus.
In manꝰ tuas — domine .. cõmendo spm meũ:
El. redemisti me DOMINE DEVS vęritatis.
Odisti obseruantes vanitates:
superuacuę.
Ego autẽ in DOMINO spęraui:
exultabo & lętabor in misericordia tua.
Quoniã tu respexisti humilitatẽ meã:
saluasti de necessitatibus animam meã.
Nec conclusisti me in manibus inimici:
statuisti in loco spacioso pedes meos.
Miseręre mei DOMINE quoniam tribulor/
conturbatus est in ira oculus meus:
anima mea & venter meus.
Quoniã dęfęcit in dolore vita mea:
& anni mei in gemitibus.
Infirmata est in paupertate virtus mea:
& ossa mea conturbata sunt.
Super omnes inimicos meos
factus sum opprobriũ vicinis meis valde:
& timor notis meis.
Qui vidębant me foris/fugiebant a me:
obliuioni datus sum tanq̃ mortuus a corde.
Factus sum tanq̃ vas perditum:
qm̃ audiui vitupationẽ mltoꝝ cõmorãtiũ i circuitu
In eo dũ cõuenirẽt simul aduersũ me:
accipere animã meã conciliati sunt.
Ego autẽ in te spęraui DOMINE :
Eloha. dixi DEVS meꝰ es tu:in manibꝰ tuis sortes meæ
Eripe me de manu inimicorũ meorũ:
& a persequentibus me.
Illustra facie tuã super seruũ tuũ
saluũ me fac in misericordia tua DOMINE :
non confundar quoniã inuocaui te.
Erubescãt impij & deducantur in infernũ:
mura fiant labia dolosa.
Quæ loquuntur aduersus iustũ iniquitatẽ:
in superbia & in abusione.
Quã magna mltitudo dulcedinis tuæ — dñe ..
quã abscondisti timentibus te.

¶ Psalmus Dauid. XXX.

In te domine spęraui non cõfundar in æternũ: 1
& in iustitia tua ęrue me.
Inclina ad me aurẽ tuã: 2
accelera vt eximas me.
Esto michi in deũ ꝓtectorẽ & in domũ refugij: 3
vt saluum me facias.
Quia fortitudo mea & refugiũ meũ es tu: 4
& ꝓpter nomẽ tuũ dux michi eris & ęnutries me
Educes me de muscipła ista quã occultauęrt mihi 5
quoniã tu es protector meus.
In manus tuas cõmendo spiritũ meũ: 6
redemisti me dñe deus vęritatis.
Odisti obseruantes vanitatẽ: 7
superuacuę.
Ego autẽ in domino spęraui: 8
exultabo & iocũdabor in tua misericordia.
Quia respexisti humilitatem meã: 9
saluã fęcisti de necessitatibus animã meã.
Nec conclusisti me in manus inimici: 10
statuisti in loco spacioso pedes meos.
Miseręre mei dñe quoniã tribulor/ 11
conturbatus est in ira oculus meus:
anima mea & venter meus.
Quoniã dęfęcit in dolore vita mea: 12
et anni mei in gemitibus.
Infirmatus est in paupertate vigor meus: 13
& ossa mea conturbata sunt.
Super omnes inimicos meos 14
factus sum opprobriũ & vicinis meis nimiũ:
& timor notis meis.
✳ Qui vidębant me foras fugiebant a me: 15
oblitus sum tanq̃ mortuus a corde.
Factus sum tanq̃ vas perditum: 16
qm̃ audiui vitupationẽ multoꝝ accolẽtiũ i circuitu.
Dũ cõgregarent ipsi simul aduersum me: 17
vt acciperẽt animã meã conciliati sunt.
Ego autẽ in te spęraui dñe: 18
dixi tu es deus meus:i manibꝰ tuis sortes meæ.
Erue me de manibus inimicorũ meorũ: 19
& a persequentibus me.
Illustra facię tuã super seruũ tuũ: 20
saluũ me fac in tua misericordia dñe:
non confundar quoniã inuocaui te.
Erubescãt impij & dęducantur in infernũ: 21
mura efficiantur labia dolosa.
Quæ loquuntur aduersus iustũ iniquitatẽ: 22
in superbia & contemptu.
Quã magna multitudo dulcedinis tuæ dñe: 23
quã abscondisti timentibus te.

24 Perfecisti speratibus in te:
in conspectu filiorũ hominũ.
25 Abscondes eos in abscondito vultus tui:
a conturbatione hominum.
26 Proteges eos in tabernaculo tuo:
a contradictione linguarum.
27 Benedictus dñs qm mirificauit misericordiã suã:
in ciuitate circũstantiæ.
28 Ego autẽ dixi in extasi mea:
proiectus sum a facie oculorum tuorum,
29 Ideo exaudisti vocem orationis meæ:
dum clamarẽ ad te.
30 Diligite dñm omnes sancti eius:
quoniã veritatẽ requiret dominus:
& retribuet ijs qui abundanter faciũt superbiã,
31 Viriliter agite & cõfortetur cor vestrũ:
omnes qui speratis in dño.

Perfecisti eis qui sperant in te:
in conspectu filiorũ hominũ.
Abscondes eos in abscondito faciei tue:
a conturbatione hominũ.
Proteges eos in tabernaculo tuo:
a contradictione linguarum.
Benedictus DNS qm mirificauit miam suã michi 43
in ciuitate munita.
Ego autẽ dixi in excessu mẽtis meæ:
proiectus sum a facie oculorum tuorũ.
Ideo exaudisti vocẽ orationis meæ:
dum clamarẽ ad te,
Diligite DOMINVM omnes sancti eius: 44
quoniã veritatẽ requiret DOMINVS: 45
& retribuet abundãter facientibus superbiam. 46
Viriliter agite & confortetur cor vestrũ:
omnes qui speratis in DOMINO. 47

ARGVMENTVM. Psalmus/oratio pœnitẽtis. q̃ clamet ad dñm/q̃ cõfiteaꝫ iniustitiã/q̃ sancti p̃ pœnitẽte oportunę itercedãt ad dñm. q̃ sol⁹ de⁹ sit q̃ eũ cõsolęt & ęruat/q̃ intellectũ ad mãdatorũ obseruãtiã præstat. qui eũ intellectũ nõ habet bestiæ similẽ esse. dehortatio a malo ob flagellorũ multitudinẽ/& hortatio ad bonũ ob dei misericordiam adiuuantem & sanctorum gloriam & exultationem.

Psalmus Dauid. XXXI.

1 Beati quorũ remissæ sunt iniquitates:
& quorum tecta sunt peccata.
2 Beatus vir cui non imputauit dñs peccatũ:
nec est in ore eius dolus.
3 Quoniã tacui inueterauerũt ossa mea:
acclamando tota die.
4 Qm̃ die ac nocte grauata est sup me manus tua:
cõuersus sũ in ærũna mea dũ configeretur spina.
5 Peccatum meum cognoni:
& iniustitiã meã non operui.
6 Dixi pronũciabo aduersũ me iiustitias meas dño:
& tu remisisti impietatẽ cordis mei.
7 Pro hac orabit ad te omnis sanctus:
in tempore oportuno.
8 Verũtamen in diluuio aquarũ multarum:
ad eum non approximabunt.
9 Tu michi es refugiũ meũ a pressura q̃ circũdedit me
exultatio mea redime me a circũdãtibus me.
10 Intellectũ tibi dabo & statuã te i via hac q̃ gradieris
obfirmabo super te oculos meos.
11 Nolite esse sicut equus & mulus:
quibus non est intellectus.
12 In fræno & camo maxillas eorum constringe:
qui non appropinquant ad te.
13 Multa flagella peccatoris:
sperantẽ autẽ in dño misericordia circũdabit.
14 Letamini in dño & exultate iusti:
& gloriamini omnes recti corde.

Eruditio Dauid. XXXI.

Beati quorũ remissæ sunt iniquitates:
& quorũ tecta sunt peccata.
Beat⁹ vir cui nõ iputauit DOMINVS pctũ 48
nec est in spiritu eius dolus.
Quoniã tacui inueterauerũt ossa mea:
dum clamarẽ tota die.
Qm̃ die ac nocte grauata est sup me manus tua:
conuersus sũ in ærũna mea dũ cõfigit spina.
Delictum meũ cognitũ tibi feci:
& iniustitiã meã non abscondi.
Dixi cõfitębor aduersũ me iniustitiã meã DNO: 49
& tu remisisti impietatẽ peccati mei. Selah.
Pro hac orabit ad te omnis sanctus:
in tempore oportuno.
Verũtamen in diluuio aquarum multarum:
ad eum non aporoximabunt.
Tu es refugiũ meũ a tribulatione q̃ circũdedit me:
exultatio mea ęrue me a circundantibus me.
Intellectũ tibi dabo & instruã te ivia hac q̃ gradięris
firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus & mulus:
quibus nõ est intellectus.
In camo & fræno maxillas eorũ constringe:
qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris:
sperantẽ autẽ in DOMINO mia circũdabit. 50
Letamini in DOMINO & exultate iusti: 51
& gloriamini omnes recti corde.

ARGVMENTVM. Psalmus de exultatione iustorũ in dño/diuina eorũ laudatione exytroq; testamẽto/exuberante misericordia dei in terris/de verbo/de spiritu sancto & dño qui verbũ gignit & a cuius ore spiritus procedit. de timore illi debito/q̃ solo verbo cõdidit oia/q̃ gubernet oia/q̃ oia videat/q̃ eius prouidentiã nichil fugiat. q̃ aias singillatim infundit & creat/q̃ nichil terrenum sed sola misericordiæ eius expectatio saluat. Conciliatus versu vndecimo/quintodecimo/& septimodecimo.

Psalmus Dauid. XXXII. Psalmus. XXXII.

CONCIL.	VET.	
Exultate iusti in DOMINO: rectos decet collaudatio.	Exultate iusti in domino: rectos decet laudatio.	1
Confitemini DOMINO in cithara: in psalterio decē chordarū psallite illi.	Confitemini domino in cithara: in psalterio decachordo psallite ei.	2
Cantate ei canticum nouū: bene psallite ei in vociferatione.	Cantate ei canticum nouum: bene cantate ei in iubilatione.	3
Quia rectū est verbū DOMINI: & omnia opera eius in fide.	Quia rectus est sermo domini: & omnia opera eius in fide.	4
Diligit misericordiā & iudicium: misericordia DOMINI plena est terra.	Diligit misericordiam & iudicium: misericordia dñi plena est terra.	5
Verbo DOMINI cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorū.	Verbo domini cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum.	6
Congregans sicut in vtre aquas maris: ponens in thesauris abyssos.	Congregans sicut in vtrē aquas maris: ponens in thesauris abyssos.	7
Timeat DOMINVM omnis terra: ab eo autē cōmoueant oēs inhabitātes orbē.	Timeat dñm omnis terra: ab ipso enim cōmoueantur vniuersa.	8
Quoniā ipse dixit & facta sunt: ipse mādauit & creata sunt.	Quoniā ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt.	9
DOMINVS dissipat consilia gentiū: reprobat autē cogitationes populorū: & reprobat consilia principū: ..	Dominus dissipat consilia gentiū: reprobat autē cogitationes populorū: & reprobat consilia principū.	10
Consiliū autē DOMINI in æternū manet: cogitationes cordis ei⁹ in gñatiōe & generatiōe.	Consiliū autē domini manet in æternū: ✳ cogitationes cordis eius in sæcula sæculorū.	11
Eloha. Beata gens cuius est DOMINVS DEVS eius: populus quē ęlęgit in hęręditatē sibi.	Beata gens cuius est dominus deus eorum: populus quē elegit dñs in hęręditatē sibi.	12
De cælo respexit DOMINVS: vidit omnes filios hominum.	De cælo respexit dominus: vidit omnes filios hominum.	13
De præparato habitaculo suo: respexit super omnes qui habitant terrā.	De præparato habitaculo suo: respexit super omnes qui inhabitant terrā.	14
Qui finxit singillatim corda eorū: qui intelligit omnia opera eorū.	✳ Qui finxit singillatim corda eorū: qui intelligit omnia opera eorum.	15
Non saluatur rex per multā virtutē: & gigas nō saluabit in multitudine virtutis suæ.	Non saluus fit rex in multitudine virtutis: nec gigas salu⁹ erit i multitudine virtutis suæ.	16
Fallax equus ad salutē: in abundātia autē virtutis suæ nō saluabit.	Mendax equus ad salutem: ✳ in abundantia autē virtutis suæ nō erit saluus.	17
Ecce oculi DOMINI super metuētes eū: & in eis qui spęrant super misericordia eius.	Ecce oculi dñi super metuētes eū: spęrantes super misericordia eius.	18
Vt ęruat a morte animas eorū: & alat eos in fame.	Vt eruat a morte animas eorum: & alat eos in fame.	19
Anima nostra sustinet DOMINVM: quoniā adiutor & protector noster est.	Anima nostra patiens erit domino: quoniā adiutor & protector noster est.	20
Quia in eo letabitur cornu nostrum: & in nomine sancto eius spęrauimus.	Quia in ipso letabitur cornu nostrū: & in nomine sancto eius sperabimus.	21
Fiat misericordia tua DOMINE super nos. quēadmodū spęrauimus in te.	Fiat misericordia tua dñe super nos: sicut sperauimus in te.	22

ARGVMENTVM. De iugi a Christo diuinitatis benedictione & laude/aliorū ad consimilē laudē inuitatione/ei⁹ pauptate/angelica protectione eorū qui timēt deū. q⁹ timor dñi vęræ sunt diuitiæ: & opes terręnæ/idigētiæ. de doctrina diuini timoris/de tribulatione & humilitate spiritus/q⁹ iust⁹ multas tribulationes ppessur⁹ erat & a dño liberād⁹ & q⁹ nō erat os cōminuēdū ex eo. q⁹ mors peccatorū pessima/& eorū q iustū odeřt. q⁹ iustorū aias i vitā dñs redimet æternā. ¶ Cōciliat⁹ versu vndeuicesimo & vicesimo.

¶ Psalmus Dauidi. XXXIII.	¶ Psalmus Dauid. XXXIII.	
Benedicam DOMINVM in omni tempore: semper laus eius in ore meo.	Benedicā dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo.	1
In DOMINO laudabitur anima mea: audiant mansuęti & lętentur.	In domino laudabitur anima mea: audiant mansuęti & lętentur.	2
Magnificate DOMINVM męcum:	Magnificate dñm mecum:	3

& exaltęmus nomen eius in idipsum.
4 Inquisiui dominū & exaudiuit me:
& ex omnibus tribulationibus meis ęripuit me.
5 Accędite ad eum & illuminamini:
& vultus vestri non ęrubescent.
6 Iste inops clamauit et domin⁹ exaudiuit eū:
& ex oibus tribulationibus ei⁹ saluū fęcit eū.
7 Immittit angelus dñi in circuitu timentiū eū:
& ęruet eos.
8 Gustate & vidęte quoniā suauis est dñs:
beatus vir qui spęrat in eum.
9 Timete dñm omnes sancti eius:
quia nichil deest timentibus eum.
10 Diuites egueręrunt & ęsurięrunt:
inquirētes autē dñm non minuentur omni bono.
11 Venite filij audite me:
timorem domini docębo vos.
12 Quis est homo qui vult vitam:
& diligit dies videre bonos?
13 Contine linguā tuā a malo:
& labia tua ne loquantur dolū.
14 Dęclina a malo & fac bonum:
quære pacem & sequere eam.
15 Oculi domini super iustos:
& aures eius ad preces eorum.
16 Vultus autē dñi super facientes mala:
vt perdat de terra memoriā eorū.
17 Clamaueręrūt iusti & dñs exaudiuit eos:
& ex oibus tribulationibus eorū ęruit eos.
18 Iuxta est dñs ijs qui obtriuęrūt cor:
& humiles spiritu saluos faciet.
19 Multe tribulationes iustorū:
& de omnibus his ęruet eos.
20 Custodit dominus omnia ossa eorū:
vnum ex ijs non conterętur.
21 Mors peccatorum pessima:
& qui odęrunt iustū dęlinquent.
22 Redimet eni dñs aias seruorū suorum:
& non dęlinquent omnes qui spęrant in eo.

& exaltęmus nomen eius in idipsum.
Exquisiui DOMINVM & exaudiuit me:
& ex oibus tribulationibus meis ęripuit me.
Accędite ad eum & illuminamini:
& facies vestræ non confundētur.
Iste paup clamauit & DOMINVS exaudiuit eū:
& de oibus tribulationibus eius saluauit eum.
✳ Irruet angelus DOMINI in circuitu timētiū eū:
& ęripiet eos.
Gustate & vidęte quoniā suauis est DOMINVS
beatus vir qui spęrat in eo.
Timete DOMINVM omnes sancti eius:
quoniā non est inopia timentibus eū.
Diuites egueręrūt & ęsurięrunt:
inquirētes autē DOMINVM nō minuēt oi bono
Venite filij audite me:
timorem DOMINI docębo vos.
Quis est homo qui vult vitam:
diligit dies vidęre bonos?
Prohibe linguā tuā a malo:
& labia tua nę loquantur dolum.
Diuerte a malo & fac bonū:
inquire pacē & persequere eam.
Oculi DOMINI super iustos:
& aures eius in preces eorum.
Vultus autē DOMINI super facientes mala:
vt perdat de terra memoriā eorum.
Clamaueręt iusti & DOMINVS exaudiuit eos:
& ex oibus tribulationib⁹ eorū liberauit eos.
Iuxta est DOMINVS ijs qui tribulato sūt corde:
& humiles spiritu saluabit.
✳ Multæ tribulationes iusti:
✳ & de oibus his liberauit eū DOMINVS.
✳ Custodit — dñs .. omnia ossa eius:
✳ vnū ex eis non conterętur.
Mors peccatorū pessima:
& qui odęrunt iustum dęlinquent.
Redimet DOMINVS aias seruorū suorum:
& non dęlinquent omnes qui spęrant in eo.

ARGVMENTVM. Psalmus/inuocatio diuinæ opis a Christo in aduersarios eius/de machinationibus & occultis dolis ad perdendū eū. de falsis testibus in eū/de penitētia/ieiunio/humiliatione & oratione ei⁹ pro ijs qui ei molestias intulęre & qui eū mortali infectati sunt odio. resūptio inuocationis diuinæ opis & executionis iustitiæ in aduersarios eius/& imprecatio diuinæ cōsolationis & letitiæ ijs qui optabant tranquillitatē eius. ¶ Cōciliatus versu sexto/septimo/nono/duodecimo/septimodecimo/vndeuicesimo/vicesimotertio/vicesimoquarto/vicesimoseptimo/duodetricesimo. ¶ Aduerte septimūdecimū versū ex græco conciliatū vbi per datiuū dicitur ωσ πλησιον ωσ αδελφω ημετερω. alioqui ex annotatione adiecta præpositione ad/fuisset cōciliādus/sed ablq; præpositione per datiuum/nichilo est deterior sensus. Interiectio vah vah vers⁹ 24 & 28 apud hebræos dicit HEAH HEAH iterptes vero hei y cōuertūt

¶ Psalmus dauid. XXXIIII.

1 Iudica domine nocētes me:
expugna impugnantes me.
2 Apprehende arma et scutum:
et exurge in adiutorium michi.
3 Effūde frameā et cōclude adūs⁹ eos q me psequūt:
dic animæ meæ salus tua ego sum.
4 Confundantur et reuereantur:

¶ Psalmus Dauidi. XXXIIII.

Iudica DOMINE nocentes me:
expugna impugnantes me.
Apprehende arma et scutum:
et exurge in adiutorium michi.
Effūde frameā et cōclude adūs⁹ eos q psequūt me
dic animæ meæ salus tua ego sum.
Confundantur et reuereantur:

CONCIL.

quærentes animam meam.
Auertantur retrorsum & confundantur:
cogitantes michi mala.
Fiant tanq̃ pulvis ante faciem venti:
et angelus DOMINI coarctet eos.
Fiant viæ illorũ tenebræ et lubricum:
et angelus DOMINI persequatur eos.
Qm̃ gratis abscõdẽrũt michi interitũ laqueũ suũ:
superuacuę exprobrauerũt animã meã.
Veniat illi laqueus quem ignorat:
et captio quã abscondit appræhendat eum:
et in laqueum cadat in ipsum.
Anima autẽ mea exultabit in DOMINO:
et dęlectabitur super ✠SALVTARI suo.
Omnia ossa mea dicent:
DOMINE quis similis tui?
Eripiens inopẽ de manu fortiorum eo:
egenũ et pauperẽ a diripientibus eum.
Surgentes testes iniqui:
quæ ignorabã interrogabant me.
Retribuębant michi mala pro bonis:
sterilitatem animæ meæ.
Ego autem cum michi molesti essent:
induębar cilicio.
Humiliabã in ieiunio animam meam:
et oratio mea in sinu meo conuertętur.
Quasi ꝓximo et quasi fratri nr̃o sic cõplacębam:
quasi lugens et contristatus sic humiliabar.
Et aduersũ me lętati sunt et conuenęrunt:
cõgregata sũt sup me flagella et ignorauí.
Dissipauerunt me nec compuncti tentauerũt me:
subsannauerũt me subsannatione:
frenduerunt super me dentibus suis.
DOMINE quando respicies
restitue aiam meã a malignitate eorum:
a leonibus vnicam meam.
Confitębor tibi in ecclęsia magna:
in populo graui laudabo te.
Nõ supgaudeãt michi q aduersanť michi iniquę:
qui odęrunt me gratis et annuunt oculis.
Quoniã michi non pacifice loquębantur:
et in iracũdia terræ loq̃ntes/ dolos cogitabant.
Et dilatauerũt super me os suũ:
dixęrunt vah vah vidęrunt oculi nostri.
Vidisti DOMINE nę sileas:
DOMINE nę discędas a me.
Exurge & intende iudicio meo DEVS meus:
& DOMINVS meus in causam meam.
Iudica me scd̃z iustitiã meã DNE DEVS meus:
& non supergaudeant michi.
Nõ dicãt in cordibus suis vah vah animæ nostræ:
nec dicant dęuorabimus eum.
Erubescant & reuereantur simul:
qui gratulantur malis meis.
Induantur confusione & reuerentia:
qui maligna loquuntur super me.

VET.

requirentes animam meam.
Auertantur retrorsum & confundantur: 5
qui cogitant michi mala.
Fiant tanq̃ pulvis ante faciem venti: 6
& angelus domini tribulans eos.
Fiant viæ eorum tenebræ & lubricum: 7
& angelus domini persequens eos.
Qm̃ gratis abscõdẽrũt michi muscipulã corruptiõis 8
suæ: vano exprobrauerũt animam meam.
Veniat illis muscipula quã ignorant: 9
& captio quã occultauerũt cõpræhẽdat illos:
& in muscipula incidant in ipsa.
Anima autem mea exultabit in domino: 10
dęlectabitur super salutare eius.
Omnia ossa mea dicent: 11
domine quis similis tui?
Eripiens inopem de manu fortioris eius: 12
egenũ & pauperẽ a diripientibus eum.
Insurgentes testes iniqui: 13
quæ ignorabam interrogabant me.
Retribuębant michi mala pro bonis: 14
& sterilitatem animæ meæ.
Ego autẽ cum michi molesti essent: 15
induebam me cilicio.
Et humiliabã in ięiunio animã meam: 16
& oratio mea in sinu meo conuertętur.
Sicut ꝓximũ/quasi fratrẽ nostrũ sic cõplacębã: 17
tanq̃ lugens & cõtristatus ita humiliabar.
Et aduersũ me lętati sunt & cõuenęrũt in vnũ: 18
cõgregata sũt in me flagella & ignoraverunt.
Tẽtauerũt me subsannauerũt me subsannatione: 19
strideręrunt in me dentibus suis.
Domine quando respicies 20
restitue animam meam ab astutijs eorum:
a leonibus vnicam meam.
Confitębor tibi domine in ecclęsia magna: 21
in populo graui laudabo te.
Nõ insultẽt michi qui aduersantur michi iniquę: 22
qui odęrunt me gratis annuentes oculis.
Quoniã michi quidem pacifice loquebãtur: 23
& insuper iram dolosę cogitabant.
Et dilatauerunt in me os suum: 24
dixęrunt euge euge vidęrunt oculi nostri.
Vidisti domine nę sileas: 25
domine nę discędas a me.
Exurge & intende iudicio meo deus meus: 26
& dominus meus in causam meam.
Iudica me dñe secundũ iustitiã meã: 27
& non insultent in me inimici mei.
Non dicãt in cordib⁹ suis euge euge animæ nr̃æ: 28
nec dicant absorbuimus eum.
Erubescant et reuereantur simul: 29
qui gratulantur malis meis.
Induantur confusione et vęrecundia: 30
qui maligna loquuntur aduersum me.

Adonai.
Eloha.
Adonai.
Eloha.
Iesua.

VET.

31 Exultent & letentur qui volunt iustitiã meã:
& dicant sẽper magnificẽtur dominus:
qui volunt pacẽ serui eius.
32 Et lingua mea medit abitur iustitiã tuã:
tota die laudem tuã.

ARGVMENTVM. Psalmus q̃ iniustus excutiat iugũ timoris dei/de magna misericordia & iustitia dei/ & de inscrutabili profunditate iudiciorũ eius/q̃ torrens voluptatis q̃ fons vitæ indeficientis & lumẽ quo omne videtur lumen apud eum est/imprecatio misericordiæ pro fide illuminatis. & apprecatio superbiæ a qua omnis spiritualis ruina cæpta est.

¶ Psalmus Dauid. XXXV.

1 Dixit iniustus vt delinquat in semetipso:
non est timor dei ante oculos eius.
2 Quoniã dolose ẽgit in conspectu eius:
vt inueniret iniquitate tuã et odiret.
3 Verba oris eius iniquitas & dolus:
noluit intelligere vt bene ageret.
4 Iniquitatẽ meditatus est in cubili suo:
astitit omni viæ non bonæ:
malitiã autẽ non odio habuit.
5 Domine in cælo misericordia tua:
& veritas tua vsq; ad nubes.
6 Iustitia tua sicut montes dei:
iudicia tua sicut abyssus multa.
7 Homines & iumenta saluos facies domine:
sicut multiplicata est misericordia tua deus.
8 Filij autem hominum:
sub tegmine alarũ tuarũ sperabunt.
9 Inebriabuntur ab vbertate domus tue:
& torrente voluptatis tue potabis eos.
10 Quoniã apud te est fons vite:
et in lumine tuo videbimus lumen.
11 Prætende misericordiã tuã scientibus te:
et iustitiã tuã ijs qui recto sunt corde.
12 Non veniat michi pes superbie:
et manus peccatorũ non moueat me.
13 Ibi ceciderunt omnes qui operant iniquitatẽ:
expulsi sunt nec potuerunt stare.

ARGVMENTVM. Psalmus/instructio spiritualis quid agendũ & a quibus abstinendũ/q̃ piorũ & mãsuetorũ hereditas est regnũ cælorũ in æterna diuine pacis tranquillitate/impiorũ autẽ & iniquorũ exteriores tenebræ vbi erit fletus & stridor dentiũ/& de nouissimis iustorũ & iniustorũ ad finem vsq; psalmi deducit. ¶ Conciliatus versu tertio & tricesimosexto.

¶ Psalmus Dauid. XXXVI.

1 Noli emulari in malignantibus:
neq; emuleris facientes iniquitatem.
2 Quoniã tanq̃ fœnũ velociter arescent:
& sicut olera prati cito cadent.
3 Spera in dño & fac bonitatẽ & inhabita terrã:
& pascẽris in diuitijs eius.
4 Delectare in domino:
& dabit tibi petitiones cordis tui.
5 Reuela ad dominũ viã tuã & spera in eũ:
et ipse faciet.
6 Et educet sicut lumen iustitiã tuã:
& iudiciũ tuũ sicut meridiem:
subditus esto domino et obsecra eum.
7 Ne subemuleris eũ qui prosperatur in via sua:

CONCIL.

Exultent & lętentur qui volunt iustitiã meã:
& dicant semper magnificẽtur DOMINVS: Ps
qui volunt pacẽ serui eius.
Et lingua mea meditabitur iustitiã tuã:
tota die laudem tuam.

¶ Ad victoriam/Dauidi. XXXV.

Dixit iniustus vt delinquat in semetipso:
non est timor DEI ante oculos eius. Elohim.
Quoniã dolose egit in conspectu eius:
vt inueniatur iniquitas eius ad odium.
Verba oris eius iniquitas & dolus:
noluit intelligere vt bene ageret.
Iniquitatẽ meditatus est in cubili suo:
astitit omni vie non bone.
malitiam autẽ non odiuit.
DOMINE in cælo misericordia tua: Ps
& veritas tua vsq; ad nubes.
Iustitia tua sicut montes DEI: El.
iudicia tua abyssus multa.
Homines & iumẽta saluabis DOMINE: Ps
quẽadmodũ multiplicasti miam tuã DEVS. Elohim.
Filij autẽ hominum:
in tegmine alarũ tuarũ sperabunt.
Inebriabuntur ab vbertate domus tue:
& torrente voluptatis tue potabis eos.
Quoniã apud te est fons vitæ:
& in lumine tuo videbimus lumen.
Prætende misericordiã tuã scientibus te:
& iustitiã tuã ijs qui recto sunt corde.
Non veniat michi pes superbie:
& manus peccatoris non moueat me.
Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatẽ:
expulsi sunt nec potuerũt stare.

¶ Dauidi. XXXVI.

Noli emulari in malignãtibus:
neq; zęlaueris facientes iniquitatem.
Quoniã tanq̃ fœnũ vęlociter arescent:
quẽadmodũ olera herbarũ cito decident.
Spera i DOMINO et fac bonitatẽ et ihabita trã: Ps
* & pascere in diuitijs eius.
Delectare in DOMINO: Ps
& dabit tibi petitiones cordis tui.
Reuela DOMINO viã tuã et spera in eo: Ps
et ipse faciet.
Et educet quasi lumen iustitiam tuam:
et iudicium tuũ tanq̃ meridiẽ:
subditus esto DOMINO et ora eum. Ps
Noli emulari in eo qui prosperatur in via sua:

CONCIL.	VET.	
in homine faciente iniustitias.	in homine faciente iniquitatē.	
Dęsine ab ira & derelinque furorē:	Dęsine ab ira & derelinque furorē:	8
noli ęmulari vt malignęris.	nę subęmuleris vt malignę facias.	
Quoniā qui malignantur exterminabuntur:	Quoniā qui malignę agūt exterminabuntur:	9
✠ sustinētes autē DNM ipi hęreditabūt terrā.	sustinētes autē dn̄; ipsi hęreditate possidebūt trā	
Et adhuc pusillū & non erit peccator:	Et adhuc pusillū & non erit peccator:	10
& quæres locū eius & non inuenies.	& quæres locum eius & non inuenies.	
Mansuęti autē hęreditabunt terrā:	Mās uęti autē hęreditate possidębunt terrā:	11
& delectabuntur in multitudine pacis.	& dęlectabuntur in multitudine pacis.	
Obseruabit peccator iustū:	Obseruabit peccator iustum:	12
& stridębit super eū dentibus suis.	& stridębit super eū dentibus suis.	
Adonai. DOMINVS autē irridębit eum:	Dominus autem irridębit eum:	13
quoniā prospicit q̄ veniet dies eius.	quoniā prospicit q̄ veniet dies eius.	
Gladium ęuaginauęrunt peccatores:	Gladiū ęduxęrunt peccatores:	14
intendęrunt arcum suū.	intendęrunt arcū suum.	
Vt decipiant pauperē & inopem:	Vt dęcipiant inopē & pauperē:	15
vt trucident rectos corde.	vt trucident rectos corde.	
Gladius eorū intret in corda ipsorū:	Framea eorū intret in corda ipsorū:	16
& arcus eorum confringatur.	& arcus eorū cōteratur.	
Melius est modicum iusto:	Melius est modicū iusto:	17
super diuitias peccatorū multas.	super diuitias peccatorū multas.	
Quoniā brachia peccatorū conterentur:	Quoniā brachia peccatorū conterentur:	18
✠ confirmat autē iustos DOMINVS.	confirmat autē iustos dn̄s.	
✠ Nouit DOMINVS dies immaculatorū:	Nouit dn̄s viā immaculatorū:	19
& hęreditas eorum in æternum erit.	& hęreditas corū in æternū erit.	
Non confundentur in tempore malo:	Non confundentur in tempore malo:	20
& in diębus famis saturabuntur:	& in diębus famis saturabuntur:	
quia peccatores peribunt.	quoniā peccatores peribunt.	
✠ Inimici vęro DOMINI mox vt honorificati fuerint & exaltati:	Inimici autē domini statim vt gloriabuntur & exaltabuntur:	21
deficientes quēadmodū fumus deficient.	dęficientes sicut fumus dęficient.	
Mutuatur peccator & nō soluit:	✱ Fœneratur peccator & non soluit:	22
iustus autē miserętur & tribuit.	iustus autē miserętur & cōmodat.	
Quia benedicentes ei hęreditabunt terrā:	Q ñ benedicētes eū hęreditate possidębūt terrā:	23
maledicentes autē ei disperibunt.	maledicentes autē ei disperient.	
✠ Apud DOMINVM gressus hominis dirigętur.	Adomino gressus hominis dirigętur:	24
& viam eius volet.	& viam eius volet.	
Cum ceciderit non collidętur:	Cum ceciderit iustus non conturbabitur:	25
✠ quia DOMINVS supponit manū suā.	quoniā dominus firmat manū eius.	
Iunior fui etenī senui: & nō vidi iustū derelictū:	Iuuenis fui & senui & nō vidi iustū dęrelictū:	26
nec sęmen eius quærens panem.	nec sęmen eius quærens panem.	
Tota die miserętur & cōmodat:	Tota die miserętur & fœneratur:	27
& sęmen illius in benedictione erit.	& sęmen illius in benedictione erit.	
Dęclina a malo & fac bonū:	Dęclina a malo & fac bonum:	28
& inhabita in sæculū sæculi.	& inhabita in sæculū sæculorum.	
✠ Quia DNS amat iudiciū & nō dereliq̄t sctōs suos	Q ñ dn̄s amat iudiciū & nō dęrelinq̄t sāctos suos:	29
in æternum conseruabuntur.	in æternū conseruabuntur.	
Iniusti punientur:	Iniusti autem punientur:	30
& sęmen impiorū peribit.	& sęmen impiorum peribit.	
Iusti autē hęreditabunt terram:	Iusti hęreditate possidębunt terrā:	31
& inhabitabunt in sæculū sæculi super eam.	& inhabitabūt in sæculū sæculi super eam.	
Os iusti meditabitur sapientiā:	Os iusti meditabitur sapientiā:	32
& lingua eius loquętur iudiciū.	& lingua eius loquętur iudiciū.	
Lex DEI eius in corde ipsius:	Lex dei eius in corde ipsius:	33
& non supplantabuntur gressus eius.	et non supplantabuntur gressus eius.	
Considerat peccator iustum:	Considerat peccator iustum:	34

et quærit mortificare eum.
35 Dñs autē nō dęrelinquet eū in manibus eius:
nec dānabit eū cum iudicabitur illi.
36 Expecta dñm et custodi viam eius/
et exaltabit te vt hęreditate capias terram:
cum pereunt peccatores vidębis.
37 Vidi impium superexaltari:
et ęleuari super cedros libani.
38 Et transiui et ecce non erat:
et quæsiui eū et non est inuentus locus eius.
39 Custodi innocentiā et vide directionē:
quoniā sunt reliquie homini pacifico.
40 Iniusti autē disperient:
in idipsum reliquie impiorum interibunt.
41 Salus autē iustorū a dño:
et protector eorum est in tępore tribulationis.
42 Et adiuuabit eos dñs et ęruet eos:
et eximet eos a peccatoribus et saluabit eos:
quia sperauerunt in eo.

et quærit mortificare eum.
DOMINVS autē nō dęrelinqt eū in manib⁹ eius:
nec dānabit eū cum iudicabitur illi.
Expecta DOMINVM et custodi viā eius/
et exaltabit te vt hęreditate capias terram:
✱ cum peribunt peccatores vidębis.
Vidi impiū superexaltatum:
et ęleuatum sicut cedros libani.
Et transiui et ecce non erat:
quæsiui eū et non est inuentus locus eius.
Custodi innocentiā et vide æquitatem/
quoniā sunt reliquiæ homini pacifico.
Iniusti autem disperibunt.
simul reliquiæ impiorū interibunt.
Salus autem iustorū a DOMINO:
et protector eorum in tępore tribulationis.
Et adiuuabit eos DOMINVS et liberabit eos/
et ęruet eos a peccatoribus et saluabit eos:
quia sperauerunt in eo.

ARGVMENTVM. Psalmus/ oratio Christi pro mitigatione iræ dei generi humano. Confessio peccatorum pro eodem/quanta pro hominū satisfactione i hoc mūdo dñs passus est/q⁹ vt surdus vt mutus vt non habens excusationes tanq̄ ouis ad occisionē ductus est/q⁹ volūtarię se in flagella pro nobis obtulit noxam nostrā vt suā confiteť/multiplicanť & inualescūt hostes in eū qui peccatum non fęcit/opem diuinā iplorat/a qua sola eius esse poterat salus. Cōciliatus versu septimodecimo & vicesimosecūdo.

Psalmus Dauid. XXXVII.

1 Domine nę in indignatione tua arguas me:
neq̄ in ira tua emędes me.
2 Quoniā sagitte tue infixe sunt michi:
& confirmasti super me manū tuā.
3 Non est sanitas in carne mea a vultu iræ tuæ/
non est pax ossibus meis:
a facie peccatorū meorū.
4 Quoniā iniquitates mee sustulerūt caput meū:
& sicut fascis grauis grauate sunt super me.
5 Cōputruerūt & putruerūt liuores mei:
a facie insipientie meæ.
6 Miserijs afflictus & curuatus sū vsq̄ in finē:
tota die contristatus ambulabā.
7 Quoniā aia mea completa est illusionibus:
& non est sanitas in carne mea.
8 Infirmatus & humiliatus sū vsq̄ nimis:
rugiebam a gemitu cordis mei.
9 Et ante te est omne desiderių meū:
& gemitus meus nō est absconditus a te.
10 Cor meū cōturbatū ē et deseruit me fortitudo mea:
et lumē oculorū meorū non est męcum.
11 Amici mei et proximi mei:
aduersū me appropinquauerūt et stetęrunt.
12 Et proximi a longe stetęrunt:
et vim faciębant qui quærebāt animā meā.
13 Qui quærebāt mala mea locuti sunt vanitatem:
et dolū tota die meditabantur.
14 Ego autē velut surdus non audiębam:
et sicut mutus non aperiens os suum.
15 Et factus sū sicut homo non audiens:
et non habens in ore suo argutiones.

Psalmus Dauidi. XXXVII.

DOMINE nę in furore tuo arguas me:
neq̄ in ira tua corripias me:
Quoniā sagittæ tuæ infixæ sunt michi:
et cōfirmasti super me manū tuam.
Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ:
non est pax ossibus meis:
a facie peccatorum meorum.
Quoniā iniqtates meæ supgressæ sūt caput meū:
& sicut onus graue grauatæ sunt super me.
Putruerūt & corruptæ sunt cicatrices meæ:
a facie insipientiæ meæ.
Miser factus sum & curuatus sū vsq̄ in finē:
tota die contristatus ingrediębar.
Quoniā lumbi mei impleti sunt illusionibus:
& non est sanitas in carne mea.
Afflictus sū & humiliatus sum nimis:
rugiębā a gemitu cordis mei.
DOMINE ante te omne dęsiderių meū: Adonai.
& gemitus meus a te non est absconditus.
Cor meū conturbatū est dęrelinqt me virtus mea:
& lumen oculorū meorū & ipsū nō est męcū.
Amici mei & proximi mei:
aduersū me appropinquauerūt & stetęrunt.
Et qui iuxta me erant de longe stetęrunt:
& vim faciębāt qui quærebāt animā meā.
Et qui inqrebāt mala michi locuti sūt vanitates:
& dolos tota die meditabantur.
Ego autē tanq̄ surdus nō audiebā:
& sicut mutus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo non audiens:
& nō habens in ore suo redargutiones.

CONCIL.		VET.	
℟	Quoniã in te DOMINE ſperaui:	Quoniã in te dñe ſperaui:	16
℟ Eloha.	tu exaudies me DOMINE DEVS meus.	tu exaudies dñe deus meus:	
	Quia dixi neqñ ſupgaudeãt michi inimici mei:	Quia dixi neqñ exultẽt in me inimici mei:	17
	& dum cõmouentur pedes mei	et dum cõmouentur pedes mei	
	ſuper me magna loquantur.	✱ in me magna locuti ſunt.	
	Quoniã ego in flagella paratus ſũ:	Quoniã ego in flagella paratus ſum:	18
	& dolor meus in cõſpectu meo ſemper.	et dolor meus ante me eſt ſẽper.	
	Quoniã iniquitatẽ meã annunciabo:	Quoniã iniquitatẽ meã pronunciabo:	19
	et cogitabo pro peccato meo.	et curã gerã pro peccato meo.	
	Inimici autẽ mei viuunt et cõfirmati ſũt ſup me.	Inimici autẽ mei viuũt et cõfirmati ſũt ſuper me:	20
	et multiplicati ſunt qui odẽrunt me iniquẽ.	et multiplicati ſũt qui odẽrunt me iniquẽ.	
	Qui retribuũt mala ꝓ bonis detrahẽbant michi:	Detrahẽbãt michi qui retribuũt mala pro bonis:	21
	quoniã ſequẽbar bonitatẽ.	quoniã perſecutus ſum iuſtitiã.	
℟ Eloha.	Nẽ derelinquas me DOMINE DEVS meus:	Nẽ derelinquas me domine deus meus:	22
	nẽ diſcedas a me.	✱ nẽ diſceſſeris a me.	
	Intende in adiutoriũ meũ:	Intende in adiutoriũ meũ:	23
Adonai.	DOMINE — deus .. ſalutis meæ.	dñe deus ſalutis meæ.	

ARGVMENTVM. Pſalmus inſtructio fidelium de cuſtodia oris de contẽptu mundi & concupiſcentiarum eius de confugiendo ad deũ apud quẽ ſolũ eſt ſubſtantia noſtra & cui omnia viuunt & iugi poſtulatione vt anteq̃ ex hoc mũdo abeamus dimittat nobis peccata noſtra vt in hac & magis i altera vita refrigeriũ inueniamus. ¶ Conciliatus verſu quarto quartodecimo ſextodecimo & ſeptimodecimo.

¶ Pro idithum Pſalmus Dauid. XXXVIII.		¶ Pſalmus Dauid. XXXVIII.	
	Dixi cuſtodiã vias meas:	Dixi cuſtodiã vias meas:	1
	vt non delinquã in lingua mea:	vt non delinquã in lingua mea.	
	Poſui ori meo cuſtodiã:	Poſui ori meo cuſtodiã:	2
	cũ cõſiſteret peccator aduerſũ me.	cum conſiſtit aduerſus me peccator.	
	Obmutui et humiliatus ſũ et ſilui a bonis:	Obſurdui & humiliatus ſũ & ſilui a bonis:	3
	et dolor meus renouatus eſt.	& dolor meus renouatus eſt.	
	Concaluit cor meũ intra me:	Renouatus eſt dolor meus:	4
	et in meditatione mea exardeſcit ignis.	✱ & in meditatione mea exardeſcet ignis.	
	Locutus ſum in lingua mea:	Locutus ſũ in lingua mea:	5
℟	notũ fac michi DOMINE finẽ meũ.	notũ michi fac dñe finẽ meũ.	
	Et numerũ dierũ meorũ quis eſt:	Et numerũ dierũ meorũ quis eſt:	6
	vt ſciã quid deſit michi.	vt ſciã quid deſit michi.	
	Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos:	Ecce veteres poſuiſti dies meos:	7
	et ſubſtantia mea tanq̃ nichilũ ante te.	& ſubſtantia mea tanq̃ nichil ante te.	
	Veruntamen vniuerſa vanitas:	Verũtamen vniuerſa vanitas:	8
	omnis homo viuens.	omnis homo viuens.	
	Verũtamen in imagine pertranſit homo:	Qq̃ in imagine ambulet homo:	9
	ſed et fruſtra conturbatur.	tamen vane conturbatur.	
	Theſaurizat:	Theſaurizat:	10
	et ignorat cui congregabit ea.	& nõ cognoſcit cui gregabit ea.	
Adonai.	Et nũc quæ ẽ expectatio mea nõne DOMINVS?	Ergo & nunc que eſt expectatio mea nõne dñs?	11
	et ſubſtantia mea apud te eſt.	& ſubſtantia mea ante te ſemper.	
	Ab omnibus iniquitatibus meis erue me:	Ab omnibus iniquitatibus meis erue me:	12
	opprobriũ inſipienti dediſti me.	opprobriũ inſipienti dediſti me.	
	Obmutui et nõ aperui os meũ qm̃ tu feciſti:	Obſurdui & nõ aperui os meũ qm̃ tu feciſti me:	13
	amoue a me plagas tuas.	amoue a me flagella tua.	
	A fortitudine manus tuæ ego defeci:	✱ A fortitudine manus tuæ ego deſeci in arguti-	14
	in increpationibus propter iniquitatẽ corripuiſti hominẽ.	onibus:	
		pro iniquitate erudiſti hominẽ.	
	Et tabeſcere feciſti ſicut araneã aiam eius:	Et cõtabeſcere feciſti ſicut araneã aiam meã:	15
	verũtamẽ vanẽ conturbatur oĩs homo.	verũtamen vane cõturbatur omnis viuens.	
℟	Exaudi orationẽ meã DOMINE	Exaudi orationẽ meã	16
	& deprecationẽ meã auribus percipe:	et deprecationẽ meã:	
	lachrimis meis nẽ ſileas.	✱ auribus percipe lachrimas meas.	

Nę ſileas a me nę obſurdeſcas in æternum
quoniã inquilinus ego ſum apud te & peregrin⁹:
ſicut omnes patres mei.
Dimitte michi vt refrigerer priuſq̃ eam:
& amplius iam non ero.

* Quoniam aduena ego ſũ apud te & peregrinus:
ſicut omnes patres mei.
Remitte michi vt refrigerer priuſq̃ abeam:
& amplius non ero.

ARGVMENTVM. Pſalmus de recognitione beneficiorum Chriſto domino a ſummo patre & vniuerſa diuinitate conceſſorum, de annũciatione nouæ legis, de diuino timore & ſpe ſuſcepta a multis vanitate & inſania idololatriæ relecta, de annũciatione & multiplicatione mirabilium dei. de aduentu Chriſti ad faciendã voluntatem patris cũ veteres cęrimoniæ a deo fuerũt repudiatæ: de libera euãgelizatione diuinæ iuſtitiæ per eum & inuocatione diuini auxilij & diuinæ iuſtitiæ aduerſus inumera mala quæ noſtra cauſa ipſum preſſęre. ¶ Conciliatus verſu octauo & vicęſimoprimo.

¶ Pſalmus dauid. XXXIX

1 SVſtinens ſuſtinui dominum:
& attendit michi.
2 Et exaudiuit dęprecationem meam:
ęduxit me de lacu miſeriæ & de luto limi.
3 Poſuit ſupra petram pedes meos:
& direxit greſſus meos.
4 Immiſit in os meum canticum nouum;
hymnum deo noſtro.
5 Vidębunt iuſti & timębunt:
& ſpęrabunt in dominum.
6 Beatus vir cuius eſt nomen dñi ſpes eius:
& nõ reſpexit in vanitates & inſanias mendaces.
7 Multa fęciſti tu dñe deus meus mirabilia tua.
& cogitationibus tuis nõ eſt qui ſimilis ſit tibi.
8 Annunciaui & locutus ſum:
multiplicati ſunt ſuper numerum.
9 Sacrificium & oblationem noluiſti:
corpus autem perfęciſti michi.
10 Holocauſta etiam pro delicto non petiſti:
tunc dixi ecce venio.
11 In capite libri ſcriptum eſt de me/
vt facerem voluntatẽ tuam deus meus volui:
& lęgem tuam in medio cordis mei.
12 Bene nunciaui iuſtitiã tuã in eccleſia magna:
ecce labia mea nõ ꝓhibebo dñe tu cognouiſti.
13 Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo:
vęritatem tuam & ſalutare tuum dixi.
14 Non celaui miſericordiã tuã & vęritatẽ tuam:
a congregatione multa.
15 Tu autem domine nę ęlonginquaueris
miſericordias tuas a me:
miſericordia tua & vęritas tua ſẽp ſuſcepẽrũt me
16 Quoniã circũdedęrũt me mala quorũ nõ eſt nũerus:
cõprehenderunt me iniquitates meæ:
& non potui vt vidęrem.
17 Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei:
& cor meum dereliquit me.
18 Placeat tibi domine/ęrue me:
domine in adiuuandum michi reſpice.
19 Cõfundanť & reuereanť ſimul q̃ q̃rũt aiam meã:
vt auferant eam.
20 Conuertantur retrorſum & reuereantur:
qui volunt michi mala.

¶ Pſalmus dauidi. XXXIX.

EXpectans expectaui DOMINVM: Aleph
& intendit michi.
Et exaudiuit præces meas:
& ęduxit me de lacu miſeriæ & de luto fęcis,
Et ſtatuit ſupra petram pedes meos:
& direxit greſſus meos.
Et immiſit in os meum canticum nouum;
carmen DEO noſtro. Elohe
Vidębunt multi & timębunt:
& ſperabunt in DOMINO. Beth
Beatus vir cuius eſt nomen DOMINI ſpes eius: Beth
& nõ reſpexit in vanitates & inſanias falſas.
Multa fęciſti tu DÑE DEVS me⁹ mirabilia tua: Caph
& cogitationib⁹ tuis nõ eſt qui ſimilis ſit tibi, Eloha
Annunciaui & locutus ſum:
multiplicata ſunt ſuper numerum.
Sacrificium & oblationem noluiſti:
aures autem perfęciſti michi.
Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti;
tunc dixi ecce venio.
In capite libri ſcriptum eſt de me/
vt facerem voluntatẽ tuam DEVS meus volui: Eloha
& lęgem tuam in medio cordis mei.
Annunciaui iuſtitiam tuam in eccleſia magna:
ecce labia mea nõ ꝓhibębo DOMINE tu ſciſti Lamed
Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo:
vęritatem tuam & SALVTARE tuum dixi. Jeſua
Non abſcõdi miſericordiam tuã & vęritatẽ tuam:
a concilio multo.
Tu aut DOMINE nę longe facias Lamed
miſerationes tuas a me:
miſericordia tua & vęritas tua ſẽp ſuſcepẽrũt me
Quoniã circũdedęrũt me mala quorũ nõ eſt nũerus:
cõprehendęrunt me iniquitates meæ:
& non potui vt vidęrem.
Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei:
& cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi DOMINE vt ęruas me: Lamed
DOMINE ad adiuuandum me reſpice. Lamed
Cõfundanť & reuereanť ſimul q̃ q̃rũt aiam meã:
vt auferant eam.
Conuertantur retrorſum & reuereantur:
qui volunt michi mala.

CONCIL.	VET.	
Erant confestim confusionem suam: qui dicunt michi vah vah.	Erant confestim confusionem suam:	21
	✳ qui dicunt michi euge euge.	
Exultent & letentur super te oēs quærentes te: & dicant semper magnificetur DOMINVS:	Exultent & iocundentur qui te quærunt dñe: & dicant semper magnificetur dominus:	22
Iesua qui diligunt SALVTARE tuum.	qui diligunt salutare tuum.	
Ego autem mendicus sum & pauper:	Ego autem egenus & pauper sum:	23
Adonai. DOMINVS solicitus est mei.	dominus curam habebit mei.	
Adiutor meus & protector meus:	Adiutor meus & protector meus:	24
Eloha. tu es DEVS meus ne tardaueris.	tu es deus meus ne tardaueris.	

ARGVMENTVM. Psalmus/q̄ beatum erat pauperem Christum agnoscere & nunc etiam q̄ beatū pauperem vitæ eius cursum cogitare/confessio a Christo culpæ nostri generis quasi propriæ/de aduersantibus pauperi Christo/ & iuda domestico proditore de saluatoris resurrectione/ & constitutione in dextera patris in æternum. ¶ Conciliatus versu septimo/octauo & decimo.

¶ Psalmus dauidi. XXXX.	¶ Psalmus dauid. XXXX.	
Beatus qui intelligit sup egenū & pauperē:	Beatus qui intelligit sup egenū & pauperē:	1
in die mala liberabit eum DOMINVS	in die mala liberabit eum dñs.	
DOMINVS cōseruet eū & viuificet eum:	Dominus conseruet eum & viuificet eum:	2
& beatum faciat eum in terra:	& beatum faciat eum in terra:	
& non tradat eum in animā inimicorū eius.	& non tradat eum in manus inimici eius.	
DOMINVS opē ferat illi sup lectū doloris eius:	Dominꝰ opem ferat illi super lectū doloris eius:	3
vniuersum stratū eius versasti in infirmitate eiꝰ:	totum stratū eius vertisti in infirmitate eius:	
Ego dixi DOMINE miserere mei:	Ego dixi domine miserere mei:	4
sana animam meam quia peccaui tibi.	sana animā meam quia peccaui tibi.	
Inimici mei dixerunt mala michi:	Inimici mei dixerunt mala michi:	5
quando morietur & peribit nomen eius?	quando morietur & peribit nomen eius:	
Et si ingrediebatur vt videret/vana loquebatur:	Et ingrediebātur vt videret vana/ locutum est	6
cor eius congregauit iniquitatem sibi.	cor eorū:congregauerunt iniquitatem sibi.	
Egrediebatur foras:	✳ Egrediebantur foras:	7
& loquebatur.	✳ & loquebantur in idipsum.	
In vnū aduersum me susurrabāt oēs inimici mei:	Aduersum me susurrabant oēs inimici mei;	8
aduersum me cogitabant mala michi.	aduersum me cogitabant mala michi.	
Verbum iniquum constituerunt aduersum me:	Verbum iniquum disposuerunt aduersum me:	9
nunquid qui dormit non adijciet vt resurgat?	nunquid qui dormit non adijciet vt resurgat?	
Et enim homo pacis meæ in quo speraui:	Ecce enim homo pacis meæ in quē speraui:	10
qui manducat meum panem	✳ quiędebat panes meos	
leuabit cōtra me calcaneum suum.	ampliauit super me calcaneum.	
Tu autē DOMINE miserere mei & resuscita me:	Tu autem dñe miserere mei & resuscita me:	11
& retribuam eis.	& reddam illis.	
In hoc cognoui quoniam voluisti me:	In hoc cognoui quoniā voluisti me:	12
quoniā non gaudebit inimicus meus super me.	quoniā nō gaudebit inimicus meus super me.	
Me autem propter innocentiā suscepisti:	Me autē ,ppter innocentiā meā suscepisti:	13
& confirmasti me in cōspectu tuo in æternum.	& cōfirmasti me in conspectu tuo in æternū.	
Benedictus DNS DEVS israel a scło & in sclm:	Benedictus dñs deus israel a sæculo & in sæculū:	14
Elohe, fiat fiat.	& dicet omnis populus fiat fiat.	

ARGVMENTVM. Psalmus/de desiderio piorum ad deum trinum & vnum videndū / de abundātia lachrimarū ob trāsgressiones & irritationes impiorū/excitatione mētis ad se consolandū aduersus huiusmodi Zelum/de tribus salutaribus deo vno/iustis iudicijs & vltionibus dei etiam piorū mentes terrentibus/erectione iterū ad cōsolationem animæ ex oratione & beneficiorum trini salutaris/dei vnius confessione. ¶ Cōciliatus versu secundo/quinto/septimo/octauo/septimodecimo. ¶ Aduerte septimo & septimodecimo versu Iesuoth id est salutares aut salutaribus pluraliter in hebræo dici. Similiter & sequentis psalmi versu sexto.

¶ Psalmus filijs Corah. XXXXI.	¶ Psalmus filijs Coræ. XXXXI.	
Quemadmodum desiderat ceruus	Quemadmodum desiderat ceruus	1
ad fontes aquarum:	ad fontes aquarum:	
Elohim ita desiderat aia mea ad te DEVS.	ita desiderat anima mea ad te DEVS.	
Elohim Sitiuit aia mea ad DEVM fortem viuum:	✳ Sitiuit anima mea ad deum viuum.	2

VET.

quando veniã & apparębo ante faciẽ dei.
3 Fuęrũt mihi lachrimæ meæ panes die ac nocte:
dũ dicitur mihi per singulos dies vbi est deꝰ tuꝰ?
4 Hec meditatꝰ sũ & effudi super me animã meã,
quoniã igrediar in locũ tabernaculi admirabilis
vsq; ad domũ dei.
5 In voce exultationis & confessionis:
soni festiuitatẽ celebrantis.
6 Quare tristis es anima mea:
& quare conturbas me?
7 Spęra in dñm quoniã confitębor illi:
salutare vultus mei deus meus.
8 Ad meipsũ aia mea turbata est:
ꝓpterea memoratus sũ tui dñe de terra iordanis
& hermonijm:a monte paruo.
9 Abyssus abyssũ inuocat:
in voce cataractarũ tuarũ
10 Omnes suspensiones tue & fluctus tui:
super me ingressi sunt.
11 In die mandauit dñs misericordiã suã:
& nocte dęclarauit.
12 Apud me oratio deo vitæ meæ:
dicã dño susceptor meus es.
13 Quare mei oblitus es & vt qd cõtristatus incędo:
dum affligit me inimicus?
14 Dum confringit ossa mea:
exprobrauęrũt michi qui tribulãt me.
15 Dum dicũt michi per singulos dies:
vbi est deus tuus?
16 Quare tristis es anima mea:
et quare conturbas me?
17 Spęra in dño quoniã adhuc confitębor illi:
salus vultus mei & deus meus.

CONCIL.

quando veniã & apparebo ante faciẽ DEI. Elohim.
Fuerũt michi lachrimæ meæ panes die ac nocte:
dũ dicitur michi quotidie vbi est DEVS tuus? Eloe.
Hec recordatus sum & effudi in me animã meã:
quoniã transibo in locũ tabernaculi admirabilis
vsq; ad domũ DEI. Elohim.
In voce exultationis & confessionis:
✱ soni epulantis.
Quare tristis es anima mea:
& quare conturbas me?
Spęra in DEO quoniã adhuc confitębor illi: Elohim.
✱ SALVTARES vultus mei et DEVS meus, Iesuoth.
Ad meipsũ anima mea conturbata est/ Eloha.
✱ ꝓpterea mẽor ero tui de terra iordanis
& hermoniim:a monte modico.
Abyssus abyssũ inuocat:
in voce cataractarũ tuarũ.
Omnia excelsa tua & fluctus tui:
super me transiẽrunt.
In die mandauit DOMINVS misericordiã suã: ✱
& nocte canticũ eius.
Apud me oratio DEO vite mee: El.
dicã DEO susceptor meus es. El.
Quare oblitꝰ es mei & quare cõtristatꝰ incedo:
dum affligit me inimicus.
Dum confringuntur ossa mea
exprobrauęrũt michi qui tribulãt me iimici mei.
Dum dicũt michi per singulos dies:
vbi est DEVS tuus? Eloe.
Quare tristis es anima mea:
& quare conturbas me?
Spęra in DEO quoniã adhuc confitębor illi: Elohim.
SALVTARES vultus mei & DEVS meus. Iesuoth.

ARGVMENTVM. Psalmus/petitio liberationis a deo ab irritationibus impiorum/missionis lucis & di uinæ veritatis id est visitationis in verbo & in spiritu sancto qbus instruentibus & monstrantibus itur ad tabernacula/ad altare dei in nouæ natiuitatis regeneratione mundum lætificantis. insuper triodicæ laudis hymni promissio/& afflictæ animæ in confessione trisalutaris dei consolatio. ¶ Conciliatus versu tertio & sexto. ¶ Aduerte nos tertio versu fœminino genere relatiuũ ipsæ posuisse/vt diuinarũ hypostaseon distinctionem nobis insinuet: & non ipsa genere neutro nę diuinæ lucis & veritatis videatur substantiæ diuersitatis astructio. Adde & in hębræo cum lux masculini generis sit: relatiuum quod interpretes dixęre ipsa/illic masculino genere esse & nequaq̃ neutro / quandoquidẽ neq; neutrum genus habẽt hębræi.

¶ Psalmus Dauid. XXXXII.

1 IVdica me deus
& discerne causã meam in gente non sancta:
ab homine iniquo et doloso ęrue me.
2 Quia tu es deus meus fortitudo mea
vt quid me repulisti & vt quid tristis incędo:
dum affligit me inimicus?
3 Emitte lucem tuam & vęritatem tuam:
ipsa me deduxęrũt & pduxęrũt in mõtẽ sctũ tuũ ✱
& in tabernacula tua.
4 Et introibo ad altare dei:
ad deũ qui lætificat iuuentutem meam.
5 Confitębor tibi in cithara deus meus:
vt quid tristis es anima mea:
& vt quid conturbas me?

¶ Intellectus filijs Corah. XXXXII.

IVdica me DEVS Elohim,
& discerne causã meã de gente nõ sancta:
ab homine iniquo & doloso ęrue me.
Quia tu es DEVS fortitudo mea/ Eloe,
quare me repulisti & quare tristis incędo:
dum affligit me inimicus?
Emitte lucẽ tuam & vęritatẽ tuam:
ipsæ me deducẽt & adducẽt in montẽ sctũ tuũ
& in tabernacula tua.
Et introibo ad altare DEI: Elohim,
ad DEVM qui lætificat iuuentutẽ meam. El.
Confitębor tibi in cithara DEVS DEVS meus/ Elohim,
quare tristis es anima mea: Eloha,
& quare conturbas me?

CONCIL.

Elohim. Spera in DEO quoniã adhuc cõfitebor illi:
Iesuoth. SALVTARES vultus mei & DEVS meus.
Eloha. ARGVMENTVM. Psalm⁹ fidelis synagogæ antiquoꝝ bñficiorũ dei confessio/prædictio derelictionis hebraice gẽtis a deo/ vẽditiõis ei⁹ vili aut nullo pcio/ dispsiõis i gẽtes/vilipẽsionis/ opprobrij & subsãnationis/pioꝝ & adhẽrẽtiũ Messiah qui apparuit p testimonio veritatis mortificatio & nõ itermissa occisio/ & tãdẽ opis diuinæ vt ab ijs tot & tãtis malis eripiat iploratio. ¶ Cõciliat⁹ versu sexto/septio & vicesimo

¶ Eruditio filijs Corah. XXXXIII.

Elohim, DEVS auribus nostris audiuimus:
patres nostri annunciauerunt nobis.
Opus quod operatus es in diebus eorũ:
& in diebus antiquis.
Manus tua gentes disperdidit & plantasti eos:
afflixisti populos & expulisti eos.
Eloha. Nec eni in gladio suo possederũt terrã:
& brachiũ eorũ nõ saluauit eos.
Sed dextera tua & brachium tuum
& illuminatio vultus tui:
quoniam complacuisti in eis.
Elohim. Tu es ipse rex meus & DEVS meus:
manda salutes Iaacob.
In te inimicos nostros ventilabimus cornu:
& in noie tuo spernẽmus insurgẽtes in nos.
Non eni in arcu meo sperabo:
& gladius meus non saluabit me.
Saluasti eni nos de affligentibus nos:
& odientes nos confudisti.
Elohim, In DEO laudabimur tota die:
& in noie tuo confitebimur in sæculũ. Selah.
Nũc autẽ repulisti & confudisti nos:
& nõ egredieris —deus .. in virtutibus nr̃is,
Auertisti nos retrorsũ post inimicos nostros:
& qui odẽrũt nos diripiebant sibi.
Dedisti nos tanq̃ oues escarũ:
& in gentibus dispersisti nos.
Vendidisti populũ tuũ sine precio:
& nõ fuit multitudo in cõmutationibus eorũ.
Posuisti nos opprobriũ vicinis nostris:
subsãnationẽ & derisũ ijs q̃ sũt in circuitu nostro.
Posuisti nos in similitudinẽ gentibus:
cõmotionẽ capitis in populis.
Tota die verecũdia mea cõtra me est:
& confusio faciei meæ cooperuit me.
A voce exprobrãtis & obloquẽtis:
a facie inimici & persequentis.
Hec oia venerũt sup nos nec obliti sumus te:
& iniquẽ non egimus in testamento tuo.
Et non recessit retro cor nostrũ:
& nõ declinauimus sẽmitas nostras a via tua.
Quoniã humiliasti nos in loco afflictionis
et cooperuit nos vmbra mortis.
Elohe. Si obliti sumus nomẽ DEI nostri:
El Zar. et si expãdimus manus nostras ad deũ aliẽnũ.
Elohim. Nonne DEVS requiret ista?
ipse eni nouit abscõdita cordis.
Quoniã propter te mortificamur tota die:
æstimati sumus sicut oues occisionis.

VET.

Spera in deo quoniã adhuc cõfitebor illi: 6
✱ salutare vultus mei & deus meus.
ARGVMENTVM. Psalm⁹/fidelis synagogæ antiquoꝝ bñficiorũ dei confessio/prædictio derelictionis hebraice gẽtis a deo/ vẽditiõis ei⁹ vili aut nullo pcio/ dispsiõis i gẽtes/vilipẽsionis/ opprobrij & subsãnationis/pioꝝ & adhẽrẽtiũ Messiah qui apparuit p testimonio veritatis mortificatio & nõ itermissa occisio/ & tãdẽ opis diuinæ vt ab ijs tot & tãtis malis eripiat iploratio. ¶ Cõciliat⁹ versu sexto/septio & vicesimo

¶ Psalmus filijs Coræ. XXXXIII.

Deus auribus nostris audiuimus: 1
patres nostri annũciauerũt nobis.
Opus quod operatus es in diebus eorum: 2
et in diebus antiquis.
Manus tua gẽtes disperdidit et plantasti eos: 3
infirmasti populos et expulisti eos.
Nõ eni in gladio suo hereditate possederũt terrã: 4
et brachiũ ipsorũ nõ saluos fecit eos,
Sed dextera tua et brachiũ tuũ 5
et illuminatio vultus tui:
quoniã complacuisti in eis.
Tu es ipse rex meus et deus meus, 6
✱ qui mandas salutẽ iacob.
In te inimicos nostros vẽtilabimus: 7
✱ et in noie tuo spernẽmus insurgẽtes in nos.
Non eni in arcu meo sperabo: 8
et gladius meus non saluũ faciet me.
Saluos eni fecisti nos ex affligentibus nos: 9
et eos qui odẽrunt nos confudisti.
In deo laudabimur tota die: 10
et in noie tuo confitebimur in sæcula.
Nũc autẽ repulisti et confudisti nos: 11
et non egredieris deus in virtutibus nostris.
Auertisti autẽ nos retrorsũ præ inimicis nostris: 12
et qui nos odẽrũt diripiebant sibi.
Dedisti nos tanq̃ oues escarũ: 13
et in nationibus dispersisti nos.
Vendidisti populũ tuũ sine precio: 14
et nõ fuit multitudo in iubilationibus eorũ.
Posuisti nos in opprobriũ vicinis nostris: 15
subsãnationẽ et derisũ ijs q̃ in circuitu nostro sũt.
Posuisti nos in similitudinẽ in nationibus: 16
cõmotionẽ capitis in populis.
Tota die verecũdia mea contra me est: 17
et confusio vultus mei operuit me.
A voce exprobrantis et obloquentis: 18
a facie inimici et persequentis.
Hec oia venerũt super nos & obliti non sumus te: 19
et iniquẽ nõ egimus in testamẽto tuo.
Et non recessit retro cor nostrũ 20
✱ et declinasti sẽmitas nostras de via tua.
Quoniã humiliasti nos de loco infirmitatis: 21
et operuit nos vmbra mortis.
Si obliti sumus nomẽ dei nostri: 22
et si expandimus manus nostras ad deũ alienũ.
Nonne deus requiret ista? 23
ipse eni nouit occulta cordis.
Quoniã propter te mortificamur tota die: 24
deputati sumus sicut oues occisionis.

25 Exurge quare obdormis domine?
exurge & ne repellas vsq; in finem.
26 Quare faciē tuā auertis:
obliuiscēris inopiā nostrā & tribulationē nostrā?
27 Quoniā humiliata est in puluere anima nostra:
adhęsit in terra venter noster.
28 Exurge domine adiuua nos:
& redime nos propter nomen tuum.

Exurge quare obdormis DOMINE? Adonai,
exurge & nę repellas in finem.
Quare faciē tuā auertis:
obliuiscēris inopie nostre & tribulationis nostre?
Quoniā humiliata est in puluere anima nostra:
conglutinatus est in terra venter noster.
Exurge — domine .. adiuua nos:
& redime nos propter nomen tuum.

ARGVMENTVM. Psalmus/de æterna & tēporali Christi generatione/de efficaci eius sermone/per-cussione mūdi virga oris eius. vnctione eius spirituali a trina & vna diuinitate/tribus apostolicis filiabus Magdalena/Maria Iacobi & Saloma q; corporali vnctione voluerint sepulturā dñi honorare/quā dñs resurrectionis gloria præuęnit & honore. de primitiua ecclęsia & ornatu eius intrinseco/de imitatricibus pijs aiab⁹ proxime eā in puritate vitæ sequētib⁹/de duodeci apostolis loco duodeci patriarcharū filiorum Iaacob & tribuū Israel ex illis pgenitorū/ex quorū doctrina vęri dei notitia ad sæculorū finem perdurat. ¶ Conciliatus versu septio/tertiodecio/qrtodecimo/qntodecimo & sextodecimo & nonodecimo.

¶ Psalmus filijs Coræ. XXXXIIII.

1 Eructauit cor meū verbū bonū:
dico ego opera mea ręgi.
2 Lingua mea calamus scribæ:
vęlociter scribentis.
3 Speciosus forma præ filijs hominum/
diffusa est gratia in labijs tuis:
propterea benedixit te deus in æternum.
4 Accingere gladiū tuum circa femur tuū:
potentissime.
5 Specie tua & pulchritudine tua:
& intende prospere/procędе & regna:
6 Propter vęritatē & māsuętudinē & iustitiā:
& dęducet te mirabiliter dextera tua.
7 Sagittæ tuæ acutæ potētissime ppli sub te cadēt:
in corde inimicorū ręgis.
8 Sędes tua deus in sæcula sæculorū:
virga directionis virga regni tui.
9 Dilexisti iustitiā & odisti iniquitatē:
propterea vnxit te deus deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.
10 Mirrha & gutta & casia a vestimentis tuis
a domibus eburneis:
ex quib⁹ dęlectauęrūt te filiæ regū i honore tuo.
11 Astitit regina a dextris tuis:
in vestitu deaurato: circūdata varietate.
12 Audi filia & vide & inclina aurē tuā:
& obliuiscere populū tuū & domū patris tui.
13 Quoniā cōcupiscet rex speciē tuā:
quia ipse est dñs deus tuus & adorabunt eum.
14 Filiæ tyri in muneribus:
vultū tuū dęprecabunt omnes diuites plębis.
15 Omnis gl'ia eius filiæ ręgis intrinsecus i fimbrijs aureis:
circūamicta varietate:
16 Afferentur ręgi virgines post eā:
proxime eius afferentur tibi.
17 Afferentur in lætitia & exultatione:
adducētur in templū ręgis.
18 Pro patribus tuis nati sunt tibi filij:
constitues eos principes super omnē terrā.
19 Memores erunt nominis tui:

¶ Cānticū dilectionū filijs Corah. XXXXIIII.

Eructauit cor meū verbum bonum:
dico ego opera mea ręgi.
Lingua mea calamus scribæ:
vęlociter scribentis.
Speciosus forma præ filijs hominum/
diffusa est gratia in labijs tuis:
propterea benedixit te DEVS in æternum. Elohim,
Accingere gladio tuo super femur tuum:
potentissime.
Specie tua & pulchritudine tua:
intende prospere/procędе & regna.
Propter vęritatē & mansuętudinē et iustitiā:
& deducet te mirabiliter dextera tua.
Sagittæ tuæ acutæ (populi sub te cadent)
✳ in corde inimicorum ręgis:
Sędes tua DEVS in sæculum sæculi: Elohim,
virga directionis virga regni tui.
Dilexisti iustitiā & odisti iniquitatem:
propterea vnxit te DEVS DEVS tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Elohim, Elohe,
Mirrha & gutta & casia a vestimentis tuis
a domibus eburneis:
ex quib⁹ dęlectauęrūt te filiæ regū i honore tuo
Astitit regina a dextris tuis:
in vestitu deaurato: circūdata varietate.
Audi filia & vide & inclina aurē tuā:
& obliuiscere populū tuū & domū patris tui.
Et concupiscet rex decorē tuū:
✳ qm̄ ipse est DN̄S — deus .. tuus & adora eū. Adonai,
✳ Et o filia tyri: in muneri⁹ vultū tuū dęprecabunt
omnes diuites plębis.
✳ Omnis gloria filiæ ręgis ab intus:
✳ fimbrijs aureis circūamicta.
✳ In varietatibus adducētur ręgi virgines post eā;
pximæ eius afferentur tibi.
Afferentur in lætitia & exultatione:
adducentur in templū ręgis.
Pro patribus tuis nati sunt tibi filij:
constitues eos principes super omnē terrā.
✳ Memor ero nominis tui.

in omni generatione & generatione.
Propterea populi cõfitębunt tibi in æternũ:
& in sæculum sæculi.

in omni generatione et generationem.
Propterea populi confitebunt tibi in æternũ: 20
& in sæculum sæculi.

ARGVMENTVM. Psalmus/de psecutione fidęlũ/turbatione mũdanorum/crebrescẽte baptismo quo ablutio & sanctificatio facta est animarũ/inhabitatione dei in mentib⁹ sanctificatis. turbatione gentiũ/inclinatione regnorũ/signo presentiæ Christi in terris pace scilicet per vniuersã terrã diffusa/iuitatione ad contẽplandã in trãquillitate & pace mentis exaltationẽ cultus trini dei in gẽtibus & vniuersa terra/ qui idem deus exercituũ & deus Iaacob est. ¶Conciliatus versu primo.

¶ Psalmus filijs Corah. XXXXV.

¶ Psalmus filijs Coræ. XXXXV.

Elohim. DEVS nostrũ refugiũ & virtus:
adiutor in tribulationib⁹ iuẽt⁹ es plurimus.
Propterea nõ timębim⁹ dũ turbabit terra:
& transferentur montes in cor maris.
Sonuęrũt & turbatæ sunt aquæ eorum:
conturbati sunt mõtes in fortitudine eius. Selah.
Elohim. Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ DEI:
Elion. sanctificauit tabernaculũ suũ ALTISSIMVS.
Elohim. DEVS in medio eius non cõmouębitur:
Elohim. adiuuabit eam DEVS mane diluculo.
Cõturbatæ sunt gentes & inclinata sunt regna:
dedit vocẽ suã mota est terra.
Sebaoth DOMINVS VIRTVTVM nobiscum:
Elohe. susceptor noster DEVS Iaacob. Selah.
Venite & vidęte opera DOMINI/
quæ posuit prodigia super terram:
auferens bella vsq; ad finem terræ.
Arcum conteret & confringet:
arma & scuta comburet igni.
Elohim. Vacate & vidęte quoniã ego sum DEVS:
exaltabor in gentibus/
& exaltabor in terra.
Sebaoth DOMINVS VIRTVTVM nobiscum:
Elohe. susceptor noster DEVS Iaacob. Selah.

Deus noster refugiũ & virtus: ✱ 1
adiutor in tribulatiõib⁹ q̃ iuenęrt nos nimis. ✱
Propterea nõ timębim⁹ dũ cõturbabit terra 2
& transferentur montes in cor maris.
Sonauęrũt & turbatæ sunt aquæ eius: 3
conturbati sunt mõtes in fortitudine eius.
Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ dei: 4
sanctificauit tabernaculũ suum altissimus.
Deus in medio eius nõ cõmouębitur: 5
adiuuabit eã deus vultu suo.
Cõturbate sunt gẽtes & inclinata sunt regna: 6
dedit vocẽ suã altissimus & mota est terra.
Dominus virtutum nobiscum: 7
susceptor noster deus iacob.
Venite & vidęte opera domini/
quæ posuit prodigia super terrã:
auferens bella vsq; ad fines terræ.
Arcũ conteret & confringet: 9
arma & scuta cõburet igni.
Vacate & vidęte quoniã ego sum deus: 10
exaltabor in gentibus/
et exaltabor in terra.
Dominus virtutum nobiscum: 11
susceptor noster deus iacob.

ARGVMENTVM. Psalmus/inuitatio gentiũ ad lætitiã q̃ fidẽ trinitatis mõstrãte dño IHESV supertimmẽso & suptremẽdo rẽge pcẽpẽrunt/q̃ ad gloriã æternã vocatæ sunt/de ascensione dñi in præconizatione angelicæ tubæ/q̃ deo nostro & rẽgi nostro qui ascẽdit psallẽdũ sit cũ patre & spiritu sãcto/q̃ deo rẽgi omnis terræ psallendum sapienter / de regno Christi in cognitione trinitatis super gentes / sessione eius in regno suo/de apostolis cælesti conuersatione supra cæteros mortales cum deo versatis & ad deum ęleuatis. ¶Cõciliatus versu quarto.

¶ Psalmus Dauid. XXXXVI.

¶ Psalmus Dauid. XXXXVI.

Omnes gentes plaudite manibus:
Elohim. iubilate DEO in voce exultationis.
Elion. Q̃ m DOMINVS EXCELSVS terribil⁹:
rex magnus super omnẽ terram.
Subięcit populos nobis:
& gentes sub pedibus nostris.
Elęgit nobis hęreditatem nostrã:
speciem Iaacob quam dilexit. Selah.
Elohim. Ascendit DEVS in iubilo:
& DOMINVS in voce tubæ.
Elohim. Psallite DEO nostro psallite:
psallite rẽgi nostro psallite.
Elohim. Q uoniã rex omnis terræ DEVS:
psallite sapienter.
Elohim. Regnabit DEVS super gentes:
Elohim. DEVS sedet super sędem sanctam suam.

Omnes gentes plaudite manibus: 1
iubilate deo in voce exultationis.
Quoniã dominus excelsus terribilis: 2
rex magnus super omnẽ terram.
Snbięcit plębes nobis: 3
& gentes sub pedibus nostris.
Elęgit nobis hęreditatẽ suam: 4
speciem iacob quam dilexit. ✱
Ascendit deus in iubilatione: 5
dominus in voce tubæ.
Psallite deo nostro psallite: 6
quoniã rex omnis terræ deus:
psallite intelligenter. 7

Regnabit dñs super omnes gentes: 8
deus sedet super sędem sanctam suam.

Principes populorũ cõuenẽrũt cũ deo abraham:
quoniã dij fortes terræ valde ẽlẽuati sunt.

ARGVMENTVM. Psalmus/de ecclẽsia Christi & habitatiõe eius in sctis aiab⁹/cõfœderatione rẽgũ terræ aduersus ecclẽsiã/admiratione & turbatione eorũ ex signis & virtutib⁹ visis/interfectiõe martyrũ/& spũsancto elidẽte supbias & potẽtias mũdi/q⁹ ecclẽsia Christi fundata sit in æternũ/in cuius gremio nõ extra/misericordia dei suscipitur. de laude & iustitia eius/inuitatiõe ecclẽsiæ ad exultationem/vocatione ad eam/fiducia habenda in ea/de fideli dispensatione domorum eius/& de annũciatione per generationum successiones cultus & venerationis trini & vnius dei quoniam hic est deus de⁹ noster in æternum & in sæculum sæculi/ipse reget nos in sæcula. ¶ Conciliatus versu secundo.

¶Psalmus dauid. XXXXVII.

1 Magnus dñs & laudabilis nimis:
2 in ciuitate dei nostri in mõte sancto eius.
Dilatans exultationẽs vniuersæ terræ:
mõtes sion latera aquilonis ciuitas rẽgis magni
3 Deus in domibus eius cognoscẽtur:
cum suscipiet eam.
4 Quoniam ecce rẽges terræ
collecti sunt & cõuenẽrunt in vnum.
5 Ipsi videntes ita admirati sunt:
conturbati sunt cõmoti sunt:
tremor apprehendit eos.
6 Ibi dolores vt parturientis:
in spiritu violento conteres naues tharsis.
7 Sicut audiuim⁹ ita & vidim⁹ i ciuitate dñi virtutũ
in ciuitate dei nostri:
deus fundauit eam in æternum.
8 Suscepimus deus misericordiam tuam:
in medio templi tui.
9 Sẽdm nomẽ tuũ de⁹ sic & laus tua in fines terræ:
iustitia plẽna est dextera tua.
10 Lẽtetur mons sion & exultent filiæ iudæ:
propter iudicia tua domine.
11 Circũdate sion & cõplectimini eam:
narrate in turribus eius.
12 Ponite corda vestra in virtute eius:
& distribuite domos eius
vt enarrẽtis in progenię altera.
13 Quoniam hic est deus deus noster
in æternum & in sæculum sæculi:
ipse reget nos in sæcula.

¶Psalmus cantici filijs Corah. XXXXVII.

Magn⁹ DOMINVS & laudabilis nimis:
in ciuitate DEI nostri in mõte sctõ eius. Elohe
Bene fundato exultatione vniuersæ terræ:
mõte sion/lateribꝰ aqlonis/ciuitate rẽgis magni
DEVS in domibus eius cognoscẽtur: Elohim
cum suscipiet ea.
Quoniam ecce rẽges terræ congregati sunt:
conuenẽrunt in vnum.
Ipsi videntes sic admirati sunt:
conturbati sunt cõmoti sunt:
tremor apprehendit eos.
Ibi dolores vt parturientis:
in spiritu vehemẽti conteres naues tharsis.
Sicut audiuimus sic vidimus
in ciuitate DNI VIRtutũ iciuitate DEI nostri: sebaoth
DEVS fundauit eam in æternum. Elohe.
Suscepimus DEVS misericerdiam tuam: Elohim
in medio templi tui. Elohim
Sẽdm nomẽ tuũ DEVS sic & laus tua i fines træ: Elohim
iustitia plẽna est dextera tua.
Lẽtetur mons sion & exultent filiæ iudæ:
propter iudicia tua ... domine. ..
Circũdate sion & cõplectimini eam:
narrate in turribus eius.
Ponite corda vestra in virtute eius:
& distribuite domos eius
vt enarrẽtis in progenię altera.
Quoniam hic est DEVS DEVS noster Elohim
in æternum & in sæculum sæculi: Elohe
ipse reget nos in sæcula.

ARGVMENTVM. Psalmus/mõstrat⁹ in spũ Christi dñi sermo/de iuda domestico ꝓditore/scribis & phariseis q p auaritiã & iuidiã captarũt in aiam iusti/eorꝫ dãnatiõe. q⁹ Christ⁹ ad quietẽ resurgeret/q⁹ ampli⁹ nõ moriẽ/mors illi vltra nõ dñabiẽ/sed ĩmici ei⁹ i æternũ pibũt/q⁹ nõ itellexẽrit tẽp⁹ visitationis suę & honorẽ a Messiah rẽge/hoie ꝓ hoib⁹ facto sibi factũ/de glia iustorꝫ in resurrectiõe & iustorꝫ in iferno detẽtiõe/de fugiẽdis mũdanis diuitijs ne nos honorẽ nobis factũ a dei filio redẽptore nr̃o ꝓ nobis paupe facto itelligere impediãt/ne iumẽtis isipiẽtib⁹ cõparati & silẽs facti in mortẽ ruamus æternã. ¶ Cõciliat⁹ versu septimo/octauo/vndecimo/tertiodecimo & vndeuicẽsimo. ¶ Aduerte septimo versu. qa nũc i hebræo negatio LO post AH id est fratrẽ cõtinuo repiẽ posset p iterrogationẽ legi frater nõ redimit redimet hõ? Vt sensus esset frater apostol⁹ ascit⁹ in nũerũ fratrũ Christi nõ redimit/nõ qrit liberare eũ a manib⁹ põtificũ scribarũ & phariseorũ inuidorũ & auarorꝫ qrentiũ pdere eũ imo trigita argẽteis vẽdidit eũ: nõne igiẽ redimet illũ homo Christ⁹ dñs/respõsio/Nõ dabit deo placatio nẽ suã pro eo/nõ redimet eũ/nichil illi Christi dñi ꝓfutura est deo patri & toti diuinitati facta oblatio & satis id accẽdit ad expositionem datam/cum de Iuda proditore intelligitur prophẽtia.

¶Psalmus filijs Corę. XXXXVIII.

1 Audite hec omnes gentes:
2 auribus pcipite oẽs qui habitatis orbem.
Quiq; terrigenæ & filij hominum:

¶Psalmus filijs Corah. XXXXVIII.

Audite hec omnes gentes:
auribus pcipite oẽs qui habitatis orbem.
Quiq; terrigenæ & filij hominum:

CONCIL.

simul in vnum diues & pauper.
Os meum loquetur sapientiam:
& meditatio cordis mei prudentiam.
Inclinabo in parabolam aurem meam:
aperiam in psalterio propositionem meam.
Cur timebo in die mala?
iniquitas calcanei mei circũdabit me.
Qui confidunt in virtute sua:
& in multitudine diuitiarũ suarũ gloriantur.
Frater non redimit redimet homo?
Elohim non dabit DEO placationem pro eo.
Et precium redẽptionis animæ eorum:
& quiescet in æternũ & viuet adhuc in finem.
Non videbit iteritũ cũ viderit sapientes moriẽtes:
simul insipiens & stultus peribunt.
Et relinquent alienis diuitias suas:
& sepulcra eorũ domus illorum in æternũ.
Tabernacula eorũ in progenie & progenie:
vocauerunt nomina sua in terris eorum.
Et homo cum in honore esset non intellexit:
comparatus est iumentis insipientibus:
& similis factus est illis.
Hec via illorum scandalum ipsis:
& postea in ore illorum complacebunt. Selah
Sicut oues in inferno positi sunt:
mors depascet eos.
Et dñabuntur eorũ iusti in matutino:
& auxiliũ eorũ veterascet in inferno a glia eorũ.
Elohim Verũtamen DEVS redimet aiam meam
de manu inferi:
cum acceperit me.
Ne timueris cum diues factus fuerit homo:
& cum multiplicata fuerit gloria domus eius.
Quoniã cum interierit non sumet omnia:
neq; descendet cum eo gloria eius.
Quia anima sua in vita sua benedicet:
laudabunt eum cum benefeceris sibi.
Introibit vsq; in progenies patrũ suorum:
vsq; in æternum non videbit lumen.
Homo cum in honore esset non intellexit:
cõparatus est iumentis insipientibus:
& similis factus est illis.

VET.

simul in vnum diues & pauper.
Os meum loquetur sapientiam: 3
& meditatio cordis mei intelligentiam.
Inclinabo in parabolam aurem meam: 4
aperiam in psalterio propositionem meam.
Vt quid timebo in die mala? 5
iniquitas calcanei mei circũdabit me.
Qui confidunt in virtute sua: 6
& in abũdantia diuitiarũ suarũ gloriantur.
Frater non redimit redimet homo? 7
✱ non dabit deo de propiciatione sua.
✱ Nec preciũ redẽptionis animæ suæ: 8
✱ & laborabit in æternũ & viuet in finem.
Non videbit iteritũ cũ viderit sapientes moriẽtes: 9
simul insipiens & stultus peribunt.
Et relinquent alienis diuitias suas: 10
& sepulcra eorũ domus eorũ in æternum.
Tabernacula eorũ in generatiõe & generationẽ: 11
✱ inuocabunt noia eorum in terris ipsorum.
Et homo cum in honore esset nõ intellexit: 12
cõparatus est iumentis insensatis:
& similis factus est illis.
Hec via eorum scandalum ipsis: 13
✱ & postea in ore suo benedicent.
Sicut oues in inferno positi sunt: 14
mors pastor est eis.
Et dominabuntur eis recti mane: 15
& auxiliũ eorũ veterascet in inferno & a glia eoꝝ
Verũtamen deus redimet animã meam 16
de manu inferni:
cum acceperit me.
Ne timueris cũ diues factus fuerit homo: 17
& cũ multiplicata fuerit gloria domus eius.
Quoniã nõ cũ moriẽtur accipiet hæc omnia: 18
neq; simul descendet cũ eo gloria domus eius.
✱ Quoniã aia eius in vita ipsius benedicẽtur: 19
✱ confitẽbitur tibi cum benefeceris ei.
Introibit vsq; in progenies patrũ suorum: 20
vsq; in æternum non videbit lumen.
Homo cum in honore esset non intellexit: 21
cõparatus est iumentis insensatis:
& similis factus est illis.

ARGVMENTVM. Psalmꝰ/de trina trini dei locutiõe i primo aduẽtu filij/de scdo eiꝰ manifesto aduẽtu/de discretiõe tũc bonoꝝ a malis & agnoꝝ ab hedis/de coassessoribꝰ Christi i iudicio apostolis/qve teres ritus deꝰ abiecerit & sacrificiũ laudis qđ est noui ritus acceptaũerit a quo pctõres cõminationibꝰ arcẽtur/nã hoc sacrificiũ est quo itur ad aspectũ salutaris dei qui est Iesus Christiꝰ filiꝰ dei supbñdictus in sæcula scꝝorũ amẽ. ¶ Cõciliatꝰ versu primo/scdo/tertio & nono. ¶ Aduerte qꝺ primo versu etiã dici posset deus/deꝰ/deꝰ locutꝰ est:vt sanctꝰ/sanctꝰ/sanctꝰ dñs deꝰ Sebaoth.nã & El & Elohim passim vertunt deꝰ.sed יהוה magnũ nomẽ dei tã iterpres q̃ facer Hieronymꝰ verterũt deꝰ psalmo 72 versu 27. Verũ quia Hieronymꝰ El primũ vocabulũ psalmi vertit fortis:nẽ crẽdas eũ nõ frequẽter cõuertisse deũ ex annotationibꝰ noim dei:secus esse intelliges/& magnũ si voles vbi El deꝰ verterit colliges aceruũ.

¶ Psalmus Asaph. XXXXIX.

El. Elohim ✱ DEVS DEVS DOMINVS locutus est:
& vocauit terram.
A solis ortu vsq; ad occasum:
ex sion specie decoris eius.
Elohim DEVS manifestatus est:

¶ Psalmus Asaph. XXXXIX

✱ Deus deorum dominus locutus est: 1
vocauit terram.
A solis ortu vsq; ad occasum: 2
✱ ex sion species decoris eius.
Deus manifestus veniet: 3

veniet manifestus & non silębit.
4 Ignis ante eum præibit:
& in circuitu eius tempestas valida.
5 Aduocauit cælum sursum:
& terram discernere populũ suum.
6 Congregate illi iustos eius:
qui disponunt testamentũ eius sup sacrificia.
7 Et annunciabunt cæli iustitiam eius:
quoniam deus iudex est.
8 Audi populus meus & loquar tibi israęl:
& testificabor tibi/deus deus tuus ego sum.
9 Non supra sacrificia tua arguam te:
holocausta autẽ tua in cõspectu meo sunt semp.
10 Non accipiã de domo tua vitulos:
neq; de gregibus tuis hircos.
11 Quoniã meæ sunt oẽs bestiæ siluæ:
pecora in montibus & boues.
12 Cognoui omnia volatilia cæli:
& species agri męcum est.
13 Si esuriero non dicam tibi:
meus est enim orbis terræ & plęnitudo eius,
14 Nunquid manducabo carnes taurorũ:
aut sanguinem hircorũ potabo?
15 Immola deo sacrificium laudis:
& redde altissimo præces tuas.
16 Et inuoca me in die tribulationis tuæ:
& eximam te & glorificabis me.
17 Peccatori enim dixit deus
vt quid tu ęnarras iustitias meas:
& assumis testamentũ meũ per os tuum,
18 Tu vero odisti ęruditionem:
proiecisti sermones meos post te.
19 Si vidębas furem concurrębas ei:
& cum adulteris portionẽ tuam ponębas.
20 Os tuum abundauit malitia:
& lingua tua amplęxa est dolositatem.
21 Sedens aduersus fratrem tuum detrahębas:
& aduersus filium matris tuæ ponębas scãdalũ:
hęc fęcisti & tacui.
22 Suspicatus es iniquitatẽ qđ ero tibi similis:
arguam te constituã te ante faciẽ tuam.
23 Intelligite autẽ hęc qui obliuiscimini dñm:
nequando rapiat & nõ sit qui ęruat.
24 Sacrificium laudis glorificabit me:
& ibi via est in qua ostendã illi salutare dei.

veniet DEVS noster & non silębit.
Elohe
Ignis in conspectu eius exardescet:
& in circuitu eius tempestas valida.
Aduocauit cælum de sursum:
& terram discernęre populum suum.
Congregate illi sanctos eius:
qui ordinant testamentũ eius super sacrificia.
Et annunciabunt cæli iustitiam eius:
quoniam DEVS iudex est
Elohim
Audi populus meus & loquar israęl:
& testificabor tibi/DEVS DEVS tu⁹ ego sum,
Elohim
✱Non in sacrificijs tuis arguam te:
Elohe
& holocausta tua in cõspectu meo semper.
Non accipiam de domo tua vitulos:
neq; de gregibus tuis hircos.
Quoniam meæ sunt oẽs feræ siluarum:
iumenta in montibus & boues.
Cognoui omnia volatilia cæli:
& pulchritudo agri męcum est.
Si ęsuriero non dicam tibi:
meus est enim orbis terræ & plęnitudo eius,
Nunquid manducabo carnes taurorum:
aut sanguinem hircorum potabo?
Immola DEO sacrificium laudis:
Elohim
& redde ALTISSIMO vota tua.
Elion
Et inuoca me in die tribulationis:
ęruam te & honorificabis me.
Peccatori autem dixit DEVS
Elohim
quare tu ęnarras iustitias meas:
& assumis testamentũ meum per os tuum?
Tu vęro odisti disciplinam:
& proiecisti sermones meos retrorsum.
Si vidębas furem currębas cum eo:
& cum adulteris portionẽ tuam ponębas.
Os tuum abundauit malitia:
& lingua tua concinnabat dolos.
Sedens aduersus fratrẽ tuum loquębaris:
& aduersus filiũ matris tuæ ponebas scandalũ:
hæc fęcisti & tacui.
Existimasti inique q⁹ ero tui similis:
arguam te & statuã contra faciem tuam.
Intelligite hæc qui obliuiscimini DEVM:
Eloha
nequando rapiat & non sit qui ęripiat.
Sacrificium laudis honorificabit me:
& illic iter quo ostendã illi SALVTARE DEI.
Iesua
ARGVMENTVM. Psalmus/humana dęprecatio/& humanæ fragilitatis inquinatæ peccatis dęte-
Elohim
ctio tam ratione originalis culpæ q̃ viciositatis propriæ voluntatis errore contractæ:ratione quarum & spiritus dei sanct⁹ & lætitia salutaris merito tollerẽtur nisi benignitas dei humiliatum peccatorem/ spiritu contribulatum & corde contritũ susciperet. ¶ Conciliatus versu quinto & sexto.

¶ Psalmus dauid. L.
1 Miserere mei deus:
secundum magnã misericordiã tuam.
2 Et secđm multitudinẽ miserationũ tuarũ:
dęle iniquitatem meam.
3 Magis magisq; laua me ab iniustitia mea:
& a dęlicto meo munda me.

¶ Psalmus dauidi. L.
Elohim
Miserere mei DEVS:
secundũ magnam misericordiã tuam.
Et secđm multitudinẽ miserationũ tuarũ:
dęle iniquitatem meam.
Amplius laua me ab iniquitate mea:
& a peccato meo munda me,

CONCIL.	VET.	
Quoniam iniquitatē meam ego cognosco: & peccatū meum contra me est semper.	Quoniā iniquitatē meā ego agnosco: & delictū corā me est sēper.	4
Tibi soli peccaui & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis: & vincas cum iudicabis.	Tibi soli peccaui & malignū corā te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis: ✱ & vincas cū iudicaris.	5
Ece enim in iniquitate conceptus sum: & in peccato peperit me mater mea.	✱ Ece eni in iniquitatibus conceptus sū: ✱ et in peccatis mater mea me in vtero aluit.	6
Ece enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapiētiæ tuæ manifestasti michi	Ece eni veritatē dilexisti: incerta & occulta sapiētie tue manifestasti michi	7
Asperges me — dñe ·· hyssopo & mūdabor: lauabis me & super niuem dealbabor.	Asperges me hyssopo & mūdabor: lauabis me & super niuē dealbabor.	8
Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.	Auditui meo dabis exultationē & lętitiā: exultabunt ossa humiliata.	9
Auerte faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.	Auerte facię tuā a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.	10
Elohim Cor mundum crea in me DEVS: & spiritum rectū innoua in visceribus meis.	Cor mundū crea in me deus: & spiritū rectū innoua in visceribus meis.	11
Ne proijcias me a facie tua: & spiritum sanctū tuum ne auferas a me.	Ne proijcias me a facie tua: & spiritū sanctū tuū ne auferas a me.	12
Iesua. Redde michi lætitiam SALVTARIS tui: & spiritu principali confirma me.	Redde michi exultationē salutaris tui: & spiritu principali confirma me.	13
Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.	Doceā iniquos vias tuas: & ipij ad te conuertentur.	14
Elohim Libera me de sanguinibus DEVS DEVS salutis meæ Elohe. & exultabit lingua mea iustitiam tuam.	Erue me de sanguinibus deus deus salutis mee: & exultabit lingua mea iustitiā tuā.	15
Adonai. DOMINE labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam.	Domine labia mea aperies: & os meū annunciabit laudē tuā.	16
Quoniam si voluisses sacrificium dedissem: vtiq; holocaustis non delectaberis.	Quoniā si voluisses sacrificiū dedissē: vtiq; holocaustis non delectaberis.	17
Elohim Sacrificium DEO spiritus contribulatus: Elohim cor contritū & humiliatū DEVS nō despicies.	Sacrificiū deo spiritus contribulatus: cor cōtritū & humiliatū deus nō spernit.	18
Benigne fac — dñe ·· in bona volūtate tua sion: vt ędificentur muri hierusalem.	Benigne fac dñe in bona volūtate tua sion: et edificentur muri hierusalē.	19
Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.	Tunc acceptabis sacrificiū iustitie oblationes & holocaustomata: tunc imponent super altare tuū vitulos.	20

ARGVMENTVM. Psalmus de seuera vltione dei in linguosos / maledicos iniustos diuites & præmiatione & gloria iustorum. ℂ Conciliatus versu secundo & quarto.

ℂ Eruditio dauidi. LI.	ℂ Eruditio dauid. LI.	
Quid gloriaris in malitia: qui potens es in iniquitate?	Quid gloriaris in malitia: qui potens es in iniquitate.	1
Tota die iniustitiā cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta faciens dolum.	Tota die iniustitiā cogitauit lingua tua; ✱ sicut nouacula acuta fęcisti dolū.	2
Dilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatem magis q̄ loqui æquitatem.	Dilexisti malitiā super benignitatē: iniquitatē magis q̄ loqui æquitatē	3
Dilexisti omnia verba præcipitationis: linguam dolosam.	Dilexisti omnia verba submersionis: ✱ linguam dolosam.	4
El Propterea DEVS destruet te in finem: euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo: & radicem tuam de terra viuentium.	Propterea deus destruet te in finem: euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo: & radicem tuam de terra viuentium.	5
Videbunt iusti & timębunt & super eum ridębunt & dicent:	Et videbunt iusti & timębunt/ et super eū ridębunt & dicent:	6
Elohim ecce homo qui nō posuit DEVM adiutorē suū.	ecce homo qui nō posuit deū adiutorē suū.	
Sed speravit in multitudine diuitiarum suarū: & prævaluit in vanitate sua.	Sed spęrauit in multitudine diuitiarū suarum: & praualuit in vanitate sua.	7
Elohim Ego autē sicut oliua fructifera in domo DEI:	Ego autē sicut oliua fructifera in domo dei:	8

ſperaui in mia dei in æternũ & in ſæculũ ſæculi
9 C onfitębor tibi in ſæculũ quoniã tu fęciſti:
& expectabo nomen tuum quoniã iocundũ eſt
in conſpectu ſanctorum tuorum.

ſperaui i mia DEI in æternũ & in ſæculũ ſæculi. Elohim
C onfitębor tibi in ſæculũ quia fęciſti:
& expectabo nomen tuum quoniam bonũ eſt
in conſpectu ſanctorum tuorum.

ARGVMENTVM. Pſalmus/de homine peccati & corrupta ſecta eius carnaliter beſtialiterq; viuente/q; ea ſecta oppſſura eſſet populũ fidęlẽ/q; i fine liberãdꝰ ſit cũ fiet grex vnꝰ & paſtor vnꝰ & cognoſcent ex eccleſia ſancta pater/filius/ſpiritꝰ ſanctus ſalutares dei deus vnus. E Aduerte eodem verſu ex hebræo nos legere poſſe/qui dabit ex ſion ſalutares iſraęl. per quod intelligę cognitionem patris & filij & ſpiritus ſancti ex qua vniuerſa pẽdet ſalus hominũ. nam & hic pluraliter habetur IESVOTH vt pſalmo 41 & 42. Et accõmode quidem. nam hic pſalmus de homine peccati & adhęrentibus eius quem Machumetẽ & ſectã eius crediderim expoſitus eſt: qui non modo Chriſtum eſſe deum ſed & omnem in deo eſſe pluralitatem pertinaciter negant quod eſt contrã totum præſentem pſalmũ. quandoquidem vbiq; per totum pſalmum deus pluratiuę a prophęta nominatur & ſalutares pluratiuę. quo deſignatur hypoſtaſeon pluralitas & ex adiunctis diuinæ ſub ſtantiæ vnitas.

Pſalmus dauid. LII.

1 D Ixit imprũdens in corde ſuo:
non eſt deus.
2 C orrupti ſunt & abominabiles facti ſunt
in iniquitatibus ſuis:
non eſt qui faciat bonũ nõ eſt vſq; ad vnũ.
3 D ñs de cælo proſpexit ſuper filios hominũ:
vt vidęret ſi eſt intelligens aut requirens deũ.
4 O mnes dęclinauęrũt ſimul inutiles facti ſunt:
non eſt qui faciat bonũ nõ eſt vſq; ad vnum.
5 N onne ſcient oẽs qui operantur iniquitatẽ:
qui deuorant populũ meũ in cibo panis.
6 D eum non inuocauęrunt:
ibi timuęrunt vbi non erat timor.
7 Q uoniã deus diſſipat oſſa hoibus placentiũ:
confuſi ſunt quoniã deus ſpreuit eos.
8 Q uis dabit ex ſion ſalutare iſraęl:
in auertendo dñs captiuitatẽ populi ſui:
exultabit iacob & lætabitur iſraęl.

Erudicio dauidi. LII.

D Ixit inſipiens in corde ſuo:
non eſt DEVS. Elohim
C orrupti ſunt & aboiabiles facti ſunt
in iniquitatibus:
non eſt qui faciat bonum.
D EVS de cælo proſpexit ſup filios hominũ: Elohim
vt videat ſi eſt intelligẽs aut requirens DEVM. Elohim
O mnes dęclinauęrũt/ſimul inutiles facti ſunt:
non eſt qui faciat bonũ non eſt vſq; ad vnum.
N onne ſcient oẽs qui operanť iniquitatem:
qui dęuorant plębem meã vt cibum panis/
D EVM non inuocauęrunt: Elohim
illic trepidauęrunt timore vbi non fuit timor.
Q ñ DEVS diſſipauit oſſa eoꝝ qui hoibꝰ placẽt: Elohim
confuſi ſunt quoniam DEVS ſpręuit eos. Elohim
Q uis dabit ex ſion SALVTARE iſraęl/ Ieſuoth
✳ cũ cõuerterit DEVS captiuitatẽ plębis ſuæ: Elohim
exultabit Iaacob & lætabitur Iſraęl.

ARGVMENTVM. Pſalmus/oratio Chriſti dñi ſcđm diſpẽſationẽ carnis/q; aliẽnati a deo inſurrexę rũt in eũ/de diuino auxilio/volũtaria eius oblatione in mortẽ/de liberatiõe eius a verbo dei & tota diuinitate/q; viderit ĩmicos ſuos diuina aiaduerſione pcuſſos. E Cõciliaꝰ verſu quinto & ſeptimo.

Pſalmus dauid. LIII.

1 D Eus in nomine tuo ſaluũ me fac:
& in virtute tua iudica me.
2 D eus exaudi orationẽ meam:
auribus percipe verba oris mei.
3 Q uoniam alięni inſurrexęrunt aduerſum me
& potentes quæſięrunt animã meam:
non poſuęrunt deum ante conſpectũ ſuũ.
4 E cce enim deus adiuuat me:
& dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.
5 A uerte mala inimicis meis:
in virtute tua diſperde illos.
6 V oluntarie ſacrificabo tibi:
& confitębor nomini tuo domine:
quoniam bonum eſt.
7 Q uoniã ex omni tribulatione ęruiſti me:
& ſuper inimicos meos dęſpexit oculus meus.

Erudicio dauidi. LIII.

D EVS in nomine tuo ſaluũ me fac: Elohim
& in virtute tua iudica me.
D EVS exaudi orationem meam, Elohim
auribus percipe verba oris mei.
Q uoniam alięni inſurrexęrunt aduerſum me
& fortes quæſięrunt animam meã:
& non poſuęrũt DEVM ante cõſpectũ ſuũ. Elohim
F cce enim DEVS adiuuat me. Elohim
Elohe & ploręmus ante DOMINVM qui fęcit nos:	✳ & ploręmus ante dñm qui fęcit nos:	
quia ipse est — dominus .. DEVS noster.	quoniam ipse est dñs deus noster.	
Et nos populus pascuæ eius:	Nos autem populus pascuæ eius:	7
& oues manus eius.	& oues manuum eius.	
Hodie si vocem eius audieritis:	Ergo hodie si vocem eius audieritis:	8
nolite obdurare corda vestra.	nolite obdurare corda vestra.	
Sicut in irritatione:	Quēadmodum in illa amaricatione:	9
secūdum diem tentationis in dęserto.	secūdum diem tentationis in dęserto.	
Vbi tentauęrunt me patres vestri:	Vbi tentauęrunt me patres vestri:	10
probauęrunt & vidęrunt opera mea.	probauęrunt me & vidęrunt opera mea.	
Quadraginta annis offensus fui gñationi illi:	Quadraginta annis ꝓximus fui gñationi huic:	11
& dixi semper hi errant corde.	& dixi semper isti errant corde.	
Et isti nō cognouęrunt vias meas	Et isti non cognouęrunt vias meas	12
vt iurauī in ira mea:	quibus iurauī in ira mea:	
si introibunt in requiem meam.	si introibunt in requiem meam.	

ARGVMENTVM. Psalmus/vocatio in spiritu ad carmen nouæ lęgis quod est euāgeliū æternum ad laudandum patrem filium & spiritūsanctū/ cultum idolorum spernendū/& cultum superdiuinæ trinitatis vbiuis gentiū recipiendū/& præ lætitia cognitionis eius vbiq; exultādum/ quia hæc est æquitas in qua iudicabit orbis terrarū/hęc est vęritas qua totī bonitatis agnoscim⁹ dñm/ qua illi obsequimur/ qua peruenimus ad eum. ¶ Conciliatus versu vndecimo & tertiodecimo.

¶Psalmus. LXXXXV.	¶Psalmus. LXXXXV.	
Cantate DOMINO canticum nouum:	Cantate domino canticum nouum:	1
cantate DOMINO omnis terra.	cantate domino omnis terra.	
Cātate DNO & benedicite nomini eius:	Cantate dño & benedicite nomen eius:	2
Iesus annūciate de die in diem SALVTARE eius.	bene nūciate de die in diem salutare eius.	
Annunciate inter gentes gloriam eius:	Annunciate in gentibus gloriam eius:	3
in omnibus populis mirabilia eius.	in omnibus populis mirabilia eius.	
Quia magnus DOMINVS & laudabilis nimis:	Quoniã magnus dñs & laudabilis nimis:	4
Elohim terribilis est super omnes deos.	terribilis est super omnes deos.	
Elohei Quoniam omnes dij gentium dæmonia:	Quoniam omnes dij gentium dæmonia;	5
DOMINVS autem cælos fęcit.	dominus autem cælos fęcit.	
Confessio & pulchritudo in cōspectu eius:	Confessio & pulchritudo in cōspectu eius:	6
sanctimonia & magnificētia in sanctificatiōe eī	sanctitas & magnificētia in sanctificatiōe eius.	
Afferte DOMINO patriæ gentium:	Afferte domino patriæ gentium:	7
afferte DOMINO gloriam & honorem:	afferte domino gloriam & honorem:	
afferte DOMINO gloriam nomini eius.	afferte domino gloriam nomini eius.	
Tollite hostias & introite in atria eius:	Tollite hostias & introite in atria eius:	8
adorate DOMINVM in atrio sancto eius.	adorate dñm in atrio sancto eius.	
Cōmoueatur a facie eius vniuersa terra:	Cōmoueatur a facie eius vniuersa terra:	9
dicite in gētibus quia DOMINVS regnauit.	dicite in nationibus quia dñs regnauit a ligno.	
Etenī correxit orbē terræ qui nō cōmouębitur:	Etenim correxit orbē terræ qui non cōmouębit:	10
iudicabit populos in æquitate.	iudicabit populos in æquitate.	
Lętentur cæli & exultet terra:	Iocundentur cæli & exultet terra:	11
cōmoueatur mare & plenitudo eius:	cōmoueatur mare & plenitudo eius:	
gaudeant campi & omnia quæ in eis sunt.	✳ gaudębunt campi & omnia quæ in eis sunt.	
Tunc exultabunt omnia ligna siluarum	Tunc exultabunt omnia ligna siluarum	12
a facie DOMINI quia vęnit:	ante faciem domini quoniam vęnit:	

quoniã vẽnit iudicare terram.
13 Iudicabit orbẽ terrarũ in æquitate:
& populos in vẽritate ſua.

quoniã vẽnit iudicare terram.
✱ Iudicauit orbem terræ in æquitate:
& populos in vẽritate ſua.

ARGVMENTVM. Pſalmus/de aduentu Chriſti domini ad iudicium/ſignis iudicij/confuſione idolo-latrarum/præcepto q̃ omnes cælites adorent Chriſtum/lætitia eccleſiæ factorum ſuper hoc præcepto/& animarum ſanctarum ſuper iuſto Chriſti dei iudicio/q̃ tunc lux mundi intelligibilis iuſtis orietur ſemper in domino lætantibus/memoriam beneficiorum eius celebrãtib⁹/gratias agentibus/& deum in ſæcula ſæculorum laudantibus. ¶ Conciliatus verſu quinto. ¶ Aduerte ſeptimo verſu vocabulum ELILIM interprætes vertiſſe ſculptilia quod præcedentis pſalmi verſu quinto vertẽrunt dæmonia. ¶ Itẽ octauo verſu Elohim vertunt angeli & ſtatim verſu decimo deos: ſed æquius vt & octauo etiam dij verterent quemadmodum & ſacer Hieronymus.

¶ Pſalmus. LXXXXVI.

1 DOminus regnauit exultet terra:
locundentur inſulæ multæ.
2 Nubes & caligo in circuitu eius:
iuſtitia & iudiciũ directio ſedis eius.
3 Ignis ante eum præibit:
& inflãmauit in circuitu inimicos eius.
4 Apparuerũt fulgura eius orbi terræ:
vidit & commota eſt terra.
5 Mõtes fluxerũt ſicut cera a facie dñi:
a facie domini omnis terra.
6 Annunciauerunt cæli iuſtitiã eius:
& viderunt omnes populi gloriam eius.
7 Confundant omnes qui adorant ſculptilia:
qui gloriantur in ſimulachris ſuis.
8 Adorate eum omnes angeli eius:
audiuit & iocundata eſt ſion.
9 Et exultauerunt filiæ Iudæ:
propter iudicia tua domine.
10 Quñ tu es dñs altiſſimus ſup omnẽ terrã:
nimis exaltatus es ſuper omnes deos.
11 Qui diligitis dominũ odite malignũ:
cuſtodit dominus animas ſeruorũ ſuorũ
de manu peccatoris eruet eas.
12 Lux orta eſt iuſto:
& rectis corde iocunditas.
13 Iocundamini iuſti in domino:
& cõfitemini memoriæ ſanctitatis eius.

¶ Pſalmus LXXXXVI.

DOMINVS regnauit exultet terra:
lętentur inſulæ multæ.
Nubes & caligo in circuitu eius:
iuſtitia & iudiciũ correctio ſedis eius.
Ignis ante ipſum præcędet:
& inflãmabit in circuitu inimicos eius.
Illuxerũt fulgura eius orbi terræ:
vidit & commota eſt terra.
Montes ſicut cera fluxerunt a facie DOMINI:
a facie DOMini omnis terræ.
Annunciauerũt cæli iuſtitiã eius:
& viderunt omnes populi gloriam eius.
Confundant oẽs qui adorãt ſculptilia:
& qui glorıantur in ſimulachris ſuis.
Adorate eum omnes angeli eius:
audiuit & lętata eſt ſion.
Et exultauerunt filiæ Iudæ:
propter iudicia tua DOMINE.
Quñ tu DNS ALTISSIMVS ſuper oẽm terrã:
nimis exaltatus es ſuper omnes deos.
Qui diligitis DOMINVM odite malum:
cuſtodit — dñs .. animas ſanctorũ ſuorũ
de manu peccatoris liberabit eos.
Lux orta eſt iuſto:
& rectis corde lætitia.
Lętamini iuſti in DOMINO:
& confitęmini memoriæ ſanctificationis eius:

ARGVMENTVM. Pſalmus/vocatio in ſpiritu ad carmen nouæ lęgis in narrãdis mirabilibus quæ deus per Chriſtum dominum geſſit/q̃ propria virtute a mortuis ſurrexerit/q̃ id per vniuerſos fines terræ annunciatum ſit/inuitatio gentium omnium ad lætitiam q̃ lęgem Chriſti qua in iuſtitia & æquitate regerentur ſuſceperint. ¶ Conciliatus verſu ſecundo.

¶ Pſalmus LXXXXVII.

1 CAntate domino canticũ nouũ:
quia mirabilia fęcit dominus.
2 Sanauit ei dextera eius:
et brachium ſanctum eius.
3 Notũ fęcit dominus ſalutare ſuum:
ante conſpectũ gentiũ reuelauit iuſtitiã ſuam.
4 Memor fuit miſericordiæ ſuæ iacob:
et vẽritatis ſuæ domus iſrael.
5 Viderunt omnes fines terræ:
ſalutare dei noſtri.
6 Iubilate deo vniuerſa terra:
cantate et exultate et pſallite.

¶ Pſalmus. LXXXXVII.

CAntate DOMINO canticũ nouũ:
quia mirabilia fęcit.
✱ Saluauit eum dextera eius:
& brachium ſanctum eius.
Notũ fęcit DOMINVS SAVTARE ſuum:
in conſpectu gentiũ reuelauit iuſtitiã ſuã.
Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ:
& vẽritatis ſuæ domui Iſrael.
Viderunt omnes termini terræ:
SALVTARE DEI noſtri.
Iubilate DOMINO omnis terra:
cantate & exultate & pſallite.

CONCIL.

℟. Psallite DOMINO in cithara:
in cithara & voce psalmi:
in tubis ductilibus & voce tubæ corneæ.
℟. Iubilate in conspectu regis DOMINI:
moueatur mare et plenitudo eius:
orbis terrarū et qui habitant in eo.
Flumina plaudent manu
℟. simul montes exultabunt a cōspectu DOMINI
quoniā venit iudicare terram.
Iudicabit orbē terrarū in iustitia:
& populos in æquitate.

VET.

Psallite deo nostro in cithara: 7
in cithara & voce psalmi:
in tubis ductilibus & voce tubæ corneæ.
Iubilate in conspectu regis dñi: 8
cōmoueatur mare & plenitudo eius:
orbis terræ & oēs inhabitātes in ea.
Flumina plaudent manibus 9
in idipsū montes exultabunt a facie domini:
quoniā veniet iudicare terram.
Iudicabit orbem terræ in iustitia: 10
& populos in æquitate.

ARGVMENTVM. Psalmus/excitatio gentiū q̄ Christus dñs deus noster qui sedet super Cherubim acceperit ad eas moderādas regnū/q̄ in ecclesia regeneratorū Christus dñs magnus est & excelsus ad directionē omnū populorum/q̄ eius adoret humanitas quæ est diuinitatis eius reclinatorū & agnus p nobis imolatus/quales sacerdotes Christi esse debeant custodientes mandata eius/nichil innouātes/sancti/puri et immaculati/inuocantes et exaltantes eum qui est sanctus sanctorum. ℂ Conciliatus versu primo & quinto.

ℂ Psalmus. LXXXXVIII.

℟. DOMINVS regnauit cōmoueātur populi:
qui sedet sup cherubim moueatur terra.
℟. DOMINVS in sion magnus et excelsus:
super omnes populos.
Cōfiteāt noi tuo magno qm̄ terribile & sāctū est:
& honor regis iudiciū diligit.
Tu parasti directiones:
iudiciū & iustitiā in Iaacob tu feciſti.
℟. Elohe. Exaltate DOMINVM DEVM nostrū:
& adorate scabellū pedū eius: qm̄ sanctus est.
Moses & Aharon in sacerdotibus eius:
& Samuel inter eos qui inuocāt nomē eius:
℟. Inuocabant DN̄M et ipse exaudiebat eos:
& in columna nubis loquebatur ad eos.
Custodiebant testimonia eius:
& præceptum quod dedit illis.
℟. Elohe. DOMINE DEVS noster tu exaudiebas eos:
El. DEVS tu propicius fuisti eis:
& vlciscens in omnes adinuentiones eorum.
℟. Elohe. Exaltate DOMINVM DEVM nostrū
et adorate in monte sancto eius:
℟. Elohe. qm̄ sanctus DOMINVS DEVS noster.

ℂ Psalmus. LXXXXVIII.

Dominus regnauit irascant populi: 1
qui sedes super cherubi cōmoueat terra.
D ns in sion magnus et excelsus est: 2
super omnes populos.
Cōfiteāt noi tuo magno qm̄ terribile et sāctū est: 3
et honor regis iudiciū diligit.
Tu parasti æquitatem: 4
iustitiā et iudiciū in iacob tu feciſti.
Exaltate dominum deum nostrum 5
et adorate scabellū pedū eius: qm̄ sanctū est.
Moyses et aaron in sacerdotibus eius: 6
et samuel in ijs qui inuocāt nomē eius.
Inuocabant dñm et ipse exaudiebat eos: 7
& in columna nubis loquebatur ad eos.
Custodiebant testimonia eius: 8
et precepta eius quæ dedit eis.
D ñe deus noster tu exaudisti eos: 9
deus tu propicius fuisti illis:
& vindicans in oēs affectiones eorum.
Exaltate dominū deū nostrum 10
& adorate in monte sancto eius:
quoniā sanctus dominus deus noster.

ARGVMENTVM. Psalmus/cōfessio beneficiorū dei & inuitatio ad iubilationē/lætitiā & laudem eius ℂ Conciliatus versu primo/tertio et quinto.

ℂ Psalmus Thodah. LXXXXVIIII.

℟. Iubilate DOMINO omnis terra:
℟. seruite DOMINO in lætitia.
Introite in conspectu eius:
in exultatione.
℟. Elohim Scitote quoniam DOMINVS ipse est DEVS:
ipse fecit nos & ipsius sumus.
Populus eius et oues pascuæ eius
introite portas eius in confessione:
atria eius in hymnis/confitemini illi.
℟. Laudate nomen eius quoniam suauis est DN̄S
in æternum misericordia eius:
et vsq; in generationem et generationem
veritas eius.

ℂ Psalmus LXXXXVIIII.

Iubilate deo omnis terra: 1
seruite domino in iocunditate.
Intrate in conspectu eius: 2
in exultatione.
Scitote quoniā dominus ipse est deus: 3
ipse fecit nos et non ipsi nos.
Nos autē populus eius et oues pascuæ eius 4
intrate portas eius in confessione
in atria eius in hymnis cōfessionū cōfitemini ei.
Laudate nomē eius quoniā suauis est dñs: 5
in æternum misericordia eius:
et vsq; in generationem et generationem
veritas eius.

ARGVMENTVM. Psalmus de conuersatione Christi dñi in terris. ¶ Conciliatus versu tertio/ quarto/ quinto/sexto/septimo/octauo/nono et decimo.

¶ Psalmus Dauid. C.

1 Misericordiam & iudicium:
cantabo tibi domine.
2 Psallã & intelligã in via immaculata:
quando venies ad me.
3 Deambulabã in innocentia cordis mei:
in medio domus meæ.
4 Nõ proponębã ante oculos meos rẽ malã:
facientes præuaricationes odio habui.
5 Non adhęsit michi cor prauum:
cũ declinaret a me malignus non cognoscebam.
6 Detrahentẽ proximo suo occulte:
hunc persequębar.
7 Superbo oculo & insatiabili corde:
huic non conuescębar.
8 Oculi mei ad fideles terræ vt cõsidẽrẽt hi mecũ:
ambulãs in via imaculata hic michi ministrabat.
9 Non habitauit in medio domus meæ:
faciens superbiam:
loquẽs iniq̃ nõ direxit in cõspectu oculorũ meor.
10 In matutinis interficiębã oẽs peccatores terræ:
vt dispdã de ciuitate dñi oẽs operãtes iniquitatẽ

ARGVMENTVM. Psalmus/oratio populi fidelis ab infidelibus diu & multũ oppressi vt excitetur benignissimus deus & ecclesia regeneratorũ in sua puritate instauretur/vt omnes populi ad pietatis cultũ conuertantur & omnia mundi regna seruiãt dño. ¶ Cõciliat9 versu vicesimotertio & vicesimoseptimo.

¶ Psalmus. CI.

1 Domine exaudi orationẽ meã:
& clamor meus ad te perueniat.
2 Nę auertas faciẽ tuã a me:
in quacunq; die tribulor inclina aurẽ tuã ad me.
3 In quacunq; die inuocauero te:
cito exaudi me.
4 Quia defecerunt sicut fumus dies mei:
& ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt.
5 Percussum est sicut fœnũ & aruit cor meũ:
quoniã oblitus sũ manducare panẽ meũ.
6 A voce gemitus mei:
adhęsit os meum carni meæ.
7 Similis factus sũ pelicano q habitat in solitudine:
factus sũ sicut nycticorax q̃ habitat in parietinis.
8 Vigilaui & factus sum sicut passer:
singularis in tecto.
9 Tota die exprobrabãt michi inimici mei:
& qui laudabãt me aduersũ me iurabant.
10 Quoniã cinerẽ sicut panẽ manducaui:
& potũ meũ cum flętu miscębam.
11 A facie iræ & indignationis tuæ:
quoniã leuasti elisisti me.
12 Dies mei sicut vmbra declinauerunt:
& ego velut fœnum arui.
13 Tu vero dñe in æternũ permanes:
& memoriale tuũ in generatione & generationẽ
14 Tu exurgens misereberis Sion:
quoniã venit tempus vt miserearis eius.

¶ Psalmus Dauidi. C.

Misericordiam & iudicium:
cantabo tibi DOMINE. 59
Psallam et intelligã in via imaculata:
quando venies ad me.
Perambulabo in innocentia cordis mei:
in medio domus meæ.
Non proponã ante oculos meos rem iniustã:
facientes præuaricationes odiui.
Nec adhęserunt michi:
cor prauũ declinabit a me/malignũ nõ cognoscã
Detrahentẽ secreto proximo suo:
hunc persequar.
Superbo oculo & insatiabili corde:
cum hoc non edam.
Oculi mei ad fideles terræ vt sedeant mecum:
ambulãs in via imaculata hic michi ministrabit.
Non habitabit in medio domus meæ
qui facit superbiam:
q̃ loq̃t iniq̃ nõ dirigit in cõspectu oculorũ meorũ
In matutino interficiã oẽs peccatores terræ:
vt disperdã de ciuitate DNI oẽs opãtes iniqtatẽ 59

¶ Psalmus. CI.

DOMINE exaudi orationẽ meam: 59
et clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuam a me:
in quacũq; die tribulor inclina ad me aurẽ tuã.
In quacunq; die inuocauero te:
velociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus dies mei:
& ossa mea sicut cremiũ aruerunt.
Percussus sum vt fœnũ & aruit cor meum:
quia oblitus sum comedere panẽ meum.
A voce gemitus mei:
adhęsit os meũ carni meæ.
Similis factus sũ pelicano solitudinis:
factus sum sicut nycticorax in domicilio.
Vigilaui & factus sum sicut passer:
solitarius in tecto.
Tota die exprobrabãt michi inimici mei:
& qui laudabãt me aduersũ me iurabant.
Quia cinerẽ tanq̃ panẽ manducabã:
& potũ meum cum flętu miscębam.
A facie iræ indignationis tuæ:
quia ęleuans allisisti me.
Dies mei sicut vmbra declinauerunt:
& ego sicut fœnum arui.
Tu autẽ DOMINE in æternũ permanes: 59
& memoriale tuũ in generatione & generatione
Tu exurgens — dñe ·· misereberis Sion:
quia tẽpus miserẽdi eius quia venit tempus.

CONCIL.	VET.	
Quoniã placuerũt seruis tuis lapides eius: et terræ eius miserębuntur.	Quoniã beneplacitũ hãbuerũt serui tui in lapides eius: & puluris eius miserębuntur.	15
Et timębunt gẽtes nomẽ tuũ DOMINE: et omnes ręges terræ gloriã tuã.	Et timębunt gentes nomẽ tuũ dñe: & omnes ręges terræ gloriã tuã.	16
Quia ędificauit DOMINVS Sion: et videbitur in gloria sua.	Quoniã ędificauit dominus sion: & videbitur in gloria sua.	17
Respexit in orationẽ humilium: et non spręuit precem eorũ.	Et respexit in orationẽ humiliũ: & non despexit dęprecationẽ eorũ.	18
Scribantur hec in generatione altera: et ppls qui creabit laudabit	Scribant hec in generationem alterã: & populꝰ qui creabitur laudabit dñm.	19
Quia prospexit de excelso sancto suo: DOMINVS de cælo in terrã aspexit.	Quoniã prospexit ex alto sancto suo; dñs de cælo in terrã prospexit.	20
Vt audiret gemitus cõpeditorũ: et solueret filios interemptorũ.	Vt audiret gemitũ cõpeditorũ: vt soluat filios mortificatorum.	21
Vt annunciẽt in Sion nomẽ DOMINI: et laudẽ eius in Ierusalem.	Vt annuncietur in sion nomẽ dñi: et laus eius in hierusalem.	22
Cũ conuenient populi in vnũ: et ręges vt seruiant DOMINO.	In conueniendo populos in vnũ: & regna vt seruiant domino.	23
Respodit ei in via virtutis suæ: paucitatẽ dierũ meorũ nuncia michi.	Respodit ei in via fortitudinis suæ: exiguitatem dierũ meorũ annũcia michi.	24
Ne reuoces me in dimidio dierũ meorũ: in generatione et generationẽ anni tui.	Ne reuoces me in dimidiũ dierũ meorũ: in generatione generationũ anni tui.	25
Initio tu — dñe .. terram fundasti: et opera manuũ tuarũ sunt cæli.	In principio terrã tu fundasti dñe: & opera manuũ tuarũ sunt cæli.	26
Ipsi peribunt tu autẽ permanębis: et omnes sicut vestimentũ veterascent.	Ipsi peribunt tu autẽ permanes: & omnes sicut vestimentũ veterascent.	27
Et sicut opertoriũ mutabis eos et mutabunt: tu autẽ idem ipse es et anni tui nõ dęficient.	Et sicut opertoriũ mutabis eos & mutabuntur: tu vęro idẽ ipse es & anni tui non dęficient.	28
Filij seruorũ tuorũ habitabunt: et sęmen eorũ in sæculũ dirigętur.	Filij seruorũ tuorũ inhabitabunt: & sęmen eorum in sæculum sæculi dirigętur.	29

ARGVMENTVM. Psalmus/beneficiorũ dei agnitio/gratiarũ actio/quanta dei benignitas in nos/quanta miseratio/inuitatio supernarũ virtutũ & omnis creature eius ad dei benedictionẽ/& animæ fidelis exhortatio in vniuersa creatura cui latę dñat deꝰ ad cõsimilẽ dei bñdictionẽ. ¶ Conciliatus versu quinto.

¶ Psalmus Dauidi. CII.	¶ Psalmus Dauid. CII.	
Benedic anima mea DOMINO: & oia q̃ intra me sunt nomini sancto eius.	Benedic anima mea dñm: & oia interiora mea nomẽ sanctũ eius.	1
Benedic anima mea DOMINO: & noli obliuisci omnes retributiones eius.	Benedic anima mea dominũ: & noli obliuisci omnes retributiones eius.	2
Qui propiciatur oibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.	Qui propicius fit omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes languores tuos.	3
Qui redimit de interitu vitã tuã: qui coronat te in mia & miserationibus.	Qui redimit de corruptione vitã tuam: qui coronat te in miseratione et misericordia.	4
Qui replet bonis dęsideriũ tuum: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.	Qui satiat in bonis dęsideriũ tuũ: renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua.	5
Faciens misericordias DOMINVS: & iudiciũ omnibus iniuriã patientibus.	Faciens misericordias dominus: & iudiciũ eis qui iniuriã accipiunt.	6
Notas fęcit vias suas Mosi: filijs Israęl voluntates suas.	Notas fęcit vias suas moysi: filijs israęl voluntates suas.	7
Miserator et misericors DOMINVS: longanimis & multũ misericors.	Miserator et misericors dominus: longanimis & multæ misericordiæ.	8
Non in perpetuũ trascętur: neq; in æternum cõminabitur.	Non in finem trascętur: neq; in æternum indignabitur.	9
Non secundũ peccata nostra fęcit nobis: neq; secundũ iniquitates nostras retribuit nobis.	Non secundũ peccata nostra fęcit nobis: neq; secundũ iniquitates nostras retribuit nobis	10
Quoniã secundũ altitudinẽ cæli a terra: corroborauit miam suã super timẽtes se.	Quoniã secundũ altitudinẽ cæli a terra: confirmauit dñs miam suã sup timẽtes eum.	11

12 Quantū distat oriens ab occidente:
longe fecit a nobis esse peccata nostra.
13 Sicut miserętur pater filijs
sic misertus est dominus timentibus eum:
quoniā ipse cognouit figmentum nostrū.
14 Memento quia pulvis sumus
hō tāq̄ fœnū dies illi⁹ sicut flos agri ita efflorebit
15 Quīm spiritus pertransibit in eo et non erit:
& non cognoscet amplius locum suum.
16 Misericordia vęro dñi in sæculo et in sæculū:
super timentes eum.
17 Et iustitia eius super filios filiorū:
custodientibus testamentū eius.
18 Et memoria retinentibus mandata eius:
vt faciant ea
19 Dñs parauit in cælo thronū suum:
& regnū eius omnium dominabitur.
20 Benedicite dñm omnes angeli eius:
potentes fortitudine facientes verbum eius:
ad audiendā vocē sermonū eius.
21 Benedicite dñm omnes virtutes eius:
ministri eius facientes voluntatē ipsius.
22 Benedicite dñm omnia opera eius
in omni loco dominationis eius:
benedic anima mea dominum.

Quantū distat ortus ab occidēte:
longe fecit a nobis iniquitates nostras.
Quomodo miserętur pater filiorum
misertus est DOMINVS timentibus se:
quoniā ipse cognouit figmentū nostrū.
Recordatus est quoniā pulvis sumus:
hō sicut fœnū dies ei⁹ tāq̄ flos agri sic efflorębit
Quīm spiritus pertrāsibit in illo & nō subsistet:
& non cognoscet amplius locū suum.
Misia autē DNI ab æterno & vsq; in æternū:
super timentes eum.
Et iustitia illius in filios filiorū:
ijs qui seruant testamentū eius.
Et memores sunt mandatorū ipsius:
ad faciendum ea.
DOMINVS in cælo parauit sędē suā:
& regnū ipsius omnibus dominabitur.
Benedicite DOMINO omnes angeli eius:
potentes virtute facientes verbum illius
ad audiendā vocē sermonū eius.
Benedicite DOMINO omnes virtutes eius:
ministri eius qui facitis voluntatē eius.
Benedicite DOMINO omnia opera eius
in omni loco dominationis eius:
benedic anima mea DOMINO.

ARGVMENTVM. Psalmus alia laus & gratiarum actio specialius beneficia dei & prudentiā narrās/ quod diuinum indumentum/quæ eius opera q⁹ susceptus a nube ascenderit in cælum/q⁹ angelos miserit suæ voluntatis nuncios/q̄ admirabili prouidentia singula quæq; dispenset in terra/q⁹ tota mens nostra conuersa esse debeat in laude diuina/& illic tota delectatio nostra/ qui autem tales non sunt deleātur a terra vt soli laudatores dei supersint & remaneant in ea. ¶ Conciliatus versu tertiodecimo/ octauodecimo/vndeuicęsimo & tricęsimosecundo.

¶ Psalmus Dauid. CIII.

1 Benedic anima mea dominum:
dñe deus meus magnificatus es nimis.
2 Confessionē & decorē induisti:
circūamictus lumen sicut vestimentum.
3 Extendens cælum sicut pellem:
qui protegit aquis superiora eius.
4 Qui ponit nubes ascensū eius:
qui ambulat super pennas ventorum.
5 Qui facit angelos suos spiritus:
& ministros suos ignem flagrantē.
6 Fundauit terram super firmitatē eius:
non inclinabitur in sæculū sæculi.
7 Abyssus sicut vestimentū amictus ipsius:
super montes stabunt aquæ.
8 Ab increpatione tua fugient:
a voce tonitrui tui formidabunt.
9 Ascendunt montes & descendūt campi:
in locum quem fundasti eis.
10 Terminū posuisti eis quē nō transgredientur:
neq; reuertentur tegere terram.
11 Qui ęmittis fontes in conuallibus:
inter mediū montiū pertransibunt aquæ.
12 Potabunt omnes bestiæ agri:
suscipient onagri in sitim suam.

¶ Psalmus Dauidi. CIII.

Benedic anima mea DOMINO:
DNE DEVS me⁹ magnificat⁹ es vehemēt Eloha
Confessionē & decorē induisti;
amictus lumine sicut vestimento.
Extendens cælum sicut pellem:
qui tegis aquis superiora eius.
Qui ponis nubem ascensum tuum:
qui ambulas super pennas ventorum.
Qui facis angelos tuos spiritus:
& ministros tuos ignē vrentem.
Qui fundasti terrā super stabilitatē suam;
non inclinabitur in sæculū sæculi.
Abyssus sicut vestimentū amictus eius;
super montes stabunt aquæ.
Ab increpatione tua fugient:
a voce tonitrui tui formidabunt.
Ascendunt montes & descendūt campi:
in locum quē fundasti eis.
Terminū posuisti quē nō transgrediētur:
nec conuertentur operire terram.
Qui ęmittis fontes in conuallibus:
inter mediū montiū pertransibunt aquæ.
Potabunt omnes bestiæ agri:
expectabunt onagri in siti sua.

CONCIL.	VET.	
Super ea volucres cæli habitabunt: de medio nemorũ dabunt voces.	Super illos volatilia cæli inhabitabunt: de medio petrarũ dabunt vocem suam.	13
Rigans mõtes de superioribus suis: de fructu operũ tuorũ satiabit terra.	Rigans mõtes de superioribus suis: de fructu operũ tuorũ satiabitur terra.	14
Producens fœnũ iumentis: & herbam seruituti hominum.	Producens fœnum iumentis: & herbam seruituti hominum.	15
Vt ęducas panẽ de terra: & vinũ lætificet cor hominis.	Vt ęducas panem de terra: & vinum lætificet cor hominis.	16
Vt exhilaret faciẽ in oleo: & panis cor hominis confirmet.	Vt exhilaret faciẽ in oleo: & panis cor hominis confirmet.	17
Saturabuntur ligna DOMINI & cedri libani quas plantauit: illic passeres nidificabunt.	Satiabuntur omnia ligna campi & cedri libani quas plantauit: illic passeres nidificabunt.	18
Herodij domus præsidet illis: mõtes excelsi ceruis/petra refugiũ erinacijs.	Fulicæ domꝰ dux est eorũ/mõtes altissimi ceruis: petra refugium heritijs & leporibus.	19
Fęcit lunam in tempora: sol cognouit occasum suum.	Fęcit lunam in tempora: sol agnouit occasum suum.	20
Posuisti tenebras & facta est nox: in ipsa pertransibũt omnes bestiæ siluæ.	Posuisti tenebras & facta est nox: ibi pertransibunt omnes bestiæ siluæ.	21
Catuli leonũ rugientes vt rapiant: El. & quærant a DEO escam sibi.	Catuli leonũ rugientes vt rapiant: quærentes a deo escam sibi.	22
Ortus est sol & congregati sunt: & in cubilibus suis collocabuntur.	Ortus est sol & congregati sunt: & in cubilibus suis cubabunt.	23
Exibit homo ad opus suum: & ad operationẽ suã vsq; ad vesperã.	Exiet homo ad opus suum: & ad operationẽ suã vsq; ad vesperam.	24
Q̃ magnificata sũt opera tua DOMINE: omnia in sapientia fęcisti:	Q̃ magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fęcisti:	25
implęta est terra possessione tua.	replęta est terra creatura tua.	
Hoc mare magnũ & spacioſũ manibus: illic reptilia quorũ non est numerus.	Hoc mare magnũ et spacioſum ibi repentia quorũ non est numerus.	26
Animalia pusilla cum magnis: illic naues pertransibunt.	Animalia pusilla & magna: illic naues cõmeabunt.	27
Draco iste quẽ formasti ad illudendũ ei:	Draco hic quẽ finxisti ad illudendũ ei:	28
oia a te expectãt vt des illis escã in tẽpore.	oia a te expectãt dñe vt des ill' escã i tpe oportũo	
Dante te illis colligent:	Cũ dederis eis colligẽt:	29
aperiẽte te manũ tuã oia implebũtur bonitate.	apiẽte aũt te manũ tuã vniuersa iplebũt bonitate	
Auertente autem te faciem turbabuntur;	Auertẽte autẽ te faciẽ tuã turbabuntur:	30
auferes spiritum eorum & deficient:	auferes spiritũ eorum & dęficient:	
& in puluerem suum reuertentur.	& in puluerem suum conuertentur.	
Emittes spiritum tuum & creabuntur:	Emittes spiritum tuum & creabuntur:	31
& renouabis faciem terræ.	& innouabis faciem terræ.	
Sit gloria DOMINI in sæculum:	Sit gloria domini in æternum:	32
lætabitur DOMINVS in operibus suis.	lætabitur dominus in operibus suis.	
Qui respicit terrã & facit eam tremere:	Qui aspicit terram & facit eam tremere:	33
qui tangit montes et fumigant.	qui tangit montes & fumigabunt.	
Cantabo DOMINO in vita mea: Eloha, psallam DEO meo q̃diu sum.	Cantabo domino in vita mea: psallam deo meo q̃diu sum.	34
Iocundũ sit ei eloquiũ meũ:	Suauis sit ei disputatio mea:	35
ego vero dęlectabor in DOMINO.	ego autem iocundabor in domino.	
Dęficiãt pctores a terra/& iniq ita vt non sint:	Dęficiãt pctores a terra/& iniq ita vt nõ sint:	36
benedic anima mea DOMINO	benedic anima mea dominum.	

ARGVMENTVM. Psalmus/laus veteris synagogæ historiam sacram partim ex Geneſi / partim ex Exodo continens. ¶ Conciliatus versu nonodecimo/vicęsimoprimo/vicęsimoquinto/vicęsimoseptimo/ & tricęsimoquinto. ¶ Aduerte tricęsimotertio versu dixit & vęnit locusta & bruchus.in annotatione huius versus dictus est bruchus species quædam aculeatæ muscæ. nam & in Hieremia sic legimus adducite equum quasi bruchum aculeatum,verum alij non muscã/sed vermẽ illũ hirsutũ significari volunt qui

maxime hortenſes herbas & arborum frondes erodit quã & græci campen appellant, & in hac regione ita notus vt qui deſcribere velit ſuperfluus propemodum videatur.

¶ Pſalmus. CIIII.

1 Confitęmini dño & inuocate nomẽ eius:
annunciate inter gentes opera eius.
2 Cantate ei & pſallite ei:
narrate omnia mirabilia eius.
3 Laudamini in nomine ſancto eius:
lætętur cor quærentium dominum.
4 Quærite dominũ & confirmamini:
quærite faciem eius ſemper.
5 Memẽtote mirabiliũ eius quæ fęcit:
prodigia eius & iudicia oris eius.
6 Sęmen abraham ſerui eius:
filij iacob ęlęcti eius.
7 Ipſe dominus deus noſter:
in omni terra iudicia eius.
8 Memor fuit in ſæculũ teſtamenti ſui:
verbi quod mãdauit in mille generationes.
9 Quod diſpoſuit ad abraham:
& iuramenti ſui ad iſaac.
10 Et ſtatuit illud Iacob in præceptũ:
& iſraęl in teſtamentũ æternum.
11 Dicens tibi dabo terrã chanaan:
funiculum hęręditatis veſtræ.
12 Cum eſſent numero breui:
pauciſſimi/& incolæ in ea.
13 Tranſięrunt de gente in gentem:
& de regno in populum alterum.
14 Non dimiſit homini nocęre eis:
et corripuit pro eisręges.
15 Nolite tangere chriſtos meos:
& in prophętis meis nolite malignari.
16 Et vocauit famem ſuper terram:
& omne firmamentũ panis contriuit.
17 Miſit ante eos virum:
in ſeruum venundatus eſt ioſęph.
18 Humiliauęrũt in cõpedibus pedes eius:
ferrum pertranſijt animã eius.
donec veniret verbum eius.
19 Eloquiũ domini inflãmauit eum:
miſit rex & ſoluit eum:
princeps populorũ & dimiſit eum.
20 Conſtituit eum dñm domus ſuæ:
& principẽ omnis poſſeſſionis ſuæ.
21 Vt ęrudiret principes eius ſicut ſemetipſũ:
& ſenes eius prudentiã docęret.
22 Et intrauit iſraęl in ægyptũ:
& iacob accola fuit in terra cham.
23 Et auxit populum ſuum vehementer:
& firmauit eum ſuper inimicos eius.
24 Et cõuertit cor eorũ vt odirẽt populũ eius:
& dolũ facerẽt in ſeruos eius.
25 Miſit moyſen ſeruũ ſuum:
& aaron quẽ ęlęgit ipſum.
26 Poſuit in eis verba ſignorũ ſuorum:

¶ Pſalmus. CIIII.

Confitęmini DNO et inuocate nomẽ eius: הללו
annunciate inter gentes opera eius.
Cantate & pſallite ei:
narrate omnia mirabilia eius.
Laudamini in nomine ſancto eius:
lætętur cor quærentium DOMINVM. הללו
Quærite DOMINVM & confirmamini; הללו
quærite faciem eius ſemper.
Mementote mirabiliũ eius quæ fęcit:
prodigia eius & iudicia oris eius.
Sęmen Abraham ſerui eius:
filij Iaacob ęlęcti eius.
Ipſe DOMINVS DEVS noſter: הללו Elohę.
in vniuerſa terra iudicia eius.
Memor fuit in ſæculũ teſtamenti ſui:
verbi quod mandauit in mille generationes.
Quod diſpoſuit ad Abraham:
& iuramenti ſui ad Iſaac.
Et ſtatuit illud Iaacob in præceptum:
& iſraęl in teſtamentum æternum.
Dicens tibi dabo terram Chanaan:
funiculũ hęręditatis veſtræ.
Cum eſſent numero breui:
pauciſſimi/& incolæ eius.
Et pertranſięrunt de gente in gentem;
& de regno ad populum alterum.
Non reliquit hominem nocęre eis:
& corripuit pro eis ręges.
Nolite tangere chriſtos meos:
& in prophętis meis nolite malignari.
Et vocauit famem ſuper terram:
& omne firmamentũ panis contriuit.
Miſit ante eos virum:
in ſeruum venundatus eſt Ioſęph.
Humiliauęrũt in cõpedibus pedes eius;
ferrum pertranſijt animã eius:
donec veniret verbum eius.
✳ Eloquium DOMINI probauit eum: הללו
miſit rex & ſoluit eum:
princeps populorum & dimiſit eũ.
Cõſtituit eum dominũ domus ſuæ: Adon.
& principem omnis poſſeſſionis ſuæ.
Vt ęrudiret principes eius ſicut ſęmetipſũ;
✳ & ſenes eius ſapientiã docęret.
Et intrauit Iſraęl in ægyptum:
& Iaacob accola fuit in terra Cham.
Et auxit populum ſuũ vehementer:
& firmauit eum ſuper inimicos eius.
Cõuertit cor eorũ vt oderent populũ eius:
& dolũ facerent in ſeruos eius.
Miſit Moſen ſeruũ ſuum:
✳ Aharon quem elęgit ſibi.
Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum:

CONCIL.	VET.	
& prodigiorũ in terra Cham.	et prodigiorum in terra cham.	
Misit tenebras & obscurauit:	Misit tenebras et obscurauit:	27
& non exacerbauęrũt sermones eius.	✱ exacerbauęrunt sermones eius.	
Conuertit aquas eorum in sanguinẽ:	Conuertit aquas eorum in sanguinem:	28
& occidit pisces eorũ.	et occidit pisces eorum.	
Edidit terra eorũ ranas:	Et dedit terram eorum ranas:	29
in penetralibus regum ipsorum.	in penetrabilibus regum ipsorum.	
Dixit & vęnit cœnomya et sciniphes:	Dixit et vęnit cynomya et sciniphes:	30
in omnibus finibus eorum.	in omnibus finibus eorum.	
Posuit pluuias eorum grandinem:	Posuit pluuias eorũ in grandinẽ:	31
ignẽ comburentẽ in terra ipsorum.	ignẽ cõburentẽ in terra ipsorum.	
Et percussit vineas eorũ & ficulneas eorũ:	Et percussit vineas eorum et ficulneas eorũ:	32
& contriuit lignũ finium eorum.	et contriuit omne lignũ finiũ eorum.	
Dixit & vęnit locusta & bruchus:	Dixit et vęnit locusta et bruchus:	33
cuius non erat numerus.	cuius non erat numerus.	
Et comędit omne fœnũ in terra eorum:	Et comędit omne fœnũ in terra eorũ:	34
& comędit omnẽ fructũ terræ eorum.	et comędit omnẽ fructũ terræ eorum.	
Et percussit omne primogenitũ in terra eorum:	Et percussit omne primogenitũ in terra eorũ:	35
primitias omnis partus eorũ.	✱ primitias omnis laboris eorum.	
Et ęduxit eos cum argento & auro:	Et ęduxit eos in argento et auro:	36
et non erat in tribubus eorum infirmus.	et non erat in tribubus eorũ infirmus.	
Lætata est ægyptus in profectione eorũ:	Lætata est ægyptus in profectiõe eorũ:	37
quia incubuit timor eorum super eos.	quia incubuit timor eorũ super eos.	
Expandit nubem in protectionẽ eorũ:	Expandit nubem in protectionẽ eorũ:	38
& ignẽ vt lucęret eis per noctem.	et ignẽ vt luceret eis per noctem.	
Petięrunt et venit coturnix:	Petięrunt carnes et vęnit coturnix:	39
et pane cæli saturauit eos.	et pane cæli saturauit eos.	
Dirupit petrã et fluxęrunt aquæ:	Dirupit petrã & fluxęrunt aquæ:	40
abięrunt in sicco flumina.	abięrunt in sicco flumina.	
Quoniã memor fuit verbi sancti sui:	Quoniã memor fuit verbi sancti sui:	41
quod habuit ad Abraham puerum suum.	quod habuit ad abraham puerum suum.	
Et ęduxit populũ suum in exultatione:	Et ęduxit populũ suũ in exultatione:	42
et ęlectos suos in lætitia.	& ęlectos suos in lætitia.	
Et dedit illis regiones gentium:	Et dedit illis regiones gentium:	43
et labores populorũ possedęrunt.	et labores populorum possedęrunt.	
Vt custodiant iustificationes eius:	Vt custodiant iustificationes eius:	44
et lęgem eius requirant.	& lęgem eius requirant.	

ARGVMENTVM. Psalmꝰ laus alia veteris synagogæ. historiã cõtinẽs ex Exodo cognitã. ¶ Cõcliatꝰ versu quito quartodecimo & vicęsimo. ¶ Aduerte octauodecimo versu in fine ex hebræo magis legẽdũ Abiram vt adam ꝙ Abirom: sed cames quãdoq; transit in o. Et vicęsimo octauo & initiati sũt beelphegor: ex hebræo etiã potius baalphegor/ain in g mutato. sed illo modo iterpretes vertere consueuerũt.

¶ Psalmus. CV.	¶ Psalmus. CV.	
Confitęmini DOMINO quoniã bonus:	Confitęmini dño quoniam bonus:	1
quoniã in sæculũ misericordia eius.	quoniã in sæculum misericordia eius.	
Quis loquętur potentias DOMINI:	Quis loquętur potentias dñi:	2
auditas faciet omnes laudes eius.	auditas faciet omnes laudes eius.	
Beati qui custodiunt iudicium:	Beati qui custodiunt iudiciũ:	3
& faciunt iustitiã in omni tempore.	& faciunt iustitiam in omni tempore.	
Memẽto nostri DOMINE i beneplacito ppli tui:	Memento nostri dñe in beneplacito populi tui:	4
Iesua. visita nos in ✠SALVEARI tuo.	visita nos in salutari tuo.	
Vt videam⁹ bona ęlectorũ tuorũ & lætęmur i lætitia gẽtis tuæ: & exultemus cũ hęreditate tua.	✱ Ad vidẽdũ in bonitate ęlectorũ tuorũ ad lętãdũ in lætitia gẽtis tuæ: vt laudęris cũ hęreditate tua.	5
Peccauimus cum patribus nostris:	Peccauimus cum patribus nostris:	6
iniuste egimus iniquitatem fęcimus.	iniuste egimus iniquitatem fęcimus.	
Pres nri i ægypto nõ intellexęrũt mirabilia tua:	Pres nri nõ intellexęrũt in ægypto mirabilia tua:	7
nõ fuęrũt memores multitudinis miæ tuæ.	nõ fuęrũt memores multitudinis miæ tuæ.	

8 Et irritauerunt eum ascēdentes in mare:
mare rubrum.
9 Et saluauit eos propter nomen suum:
vt notam faceret potentiam suam.
10 Et increpauit mare rubrū & exiccatum est:
& ꝙduxit eos in abyssis sicut in deserto.
11 Et saluauit eos de manu odientium:
& redemit eos de manu inimici.
12 Et operuit aqua tribulantes eos:
vnus ex eis non remansit.
13 Et crediderunt in verbis eius:
& laudauerunt laudem eius.
14 Cito fecerunt/obliti sunt operum eius:
& non sustinuerunt cōsilium eius.
15 Et cōcupierunt cōcupiscentiā in deserto:
& tentauerunt deum in inaquoso.
16 Et dedit eis petitionem ipsorum:
& misit saturitatem in animas eorum.
17 Et irritauerunt Moysen in castris:
aaron sanctum domini.
18 Aperta est terra & deglutiuit dathan:
& operuit super cōgregationem abiron.
19 Et exarsit ignis in synagoga eorum:
& flāma cōbussit peccatores.
20 Et fecerunt vitulum in horeb:
& adorauerunt sculptile.
21 Et mutauerunt gloriam suam:
in similitudine vituli comedentis fœnum.
22 Obliti sunt deum qui saluauit eos:
qui fecit magnalia in ægypto:
mirabilia in terra cham:
terribilia in mari rubro.
23 Et dixit vt disperderet eos:
si non moyses electus eius stetisset
in cōfractione in cōspectu eius.
24 Vt auerteret iram eius ne disperderet eos:
& pro nichilo habuerunt terrā desiderabilem.
25 Non crediderunt in verbis eius
& murmurabant in tabernaculis suis:
non exaudierūt vocem domini.
26 Et eleuauit manum suam super eos:
vt prosterneret eos in deserto.
27 Et vt deijceret semen eorum in nationibus:
& disperderet eos in regionibus.
28 Et initiati sunt beelphegor:
& manducauerunt sacrificia mortuorum.
29 Et irritauerunt eum in adinuentionibus suis:
& multiplicata est in eis ruina.
30 Et stetit phinees & placauit:
& cessauit quassatio.
31 Et reputatū est ei i iustitiā ī gnationē & gnationē:
vsq; in sempiternum.
32 Et irritauerunt eum ad aquā cōtradictionis:
& vexatus est moyses propter eos
quia exacerbauerunt spiritum eius.
33 Et distinxit in labijs suis:

Et irritauerunt ascendentes in mare:
mare rubrum.
Et saluauit eos propter nomen suum:
vt notam faceret potentiam suam.
Et increpuit mare rubrum & exiccatum est:
& deduxit eos in abyssis sicut in deserto.
Et saluauit eos de manu odientium:
& redemit eos de manu inimici.
Et operuit aqua tribulantes eos:
vnus ex eis non remansit.
Et crediderunt verbis eius:
& laudauerunt laudem eius.
* Cito obliti sunt operum eius:
& non sustinuerunt cōsilium eius.
Et cōcupierunt cōcupiscentiam in deserto:
& tentauerunt DEVM in inaquoso. El
Et dedit eis petitionem ipsorum:
& misit saturitatem in animas eorum.
Et irritauerunt Moſen in castris:
Aharon sanctum DOMINI. Ps
Aperta est terra & deglutiuit Dathan:
& operuit super cōgregationem Abirom.
Et exarsit ignis in synagoga eorum:
flāma cōbussit peccatores.
Et fecerunt vitulum in Horeb:
* & adorauerunt conflatile.
Et mutauerunt gloriam suam:
in similitudinem vituli comedentis fœnum.
Obliti sunt DEVM qui saluauit eos: El
qui fecit magnalia in ægypto:
mirabilia in terra Cham:
terribilia in mari rubro.
Et dixit vt disperderet eos:
si nō Moses electus eius stetisset
in confractione in conspectu eius.
Vt auerteret iram eius ne disperderet eos:
& pro nichilo habuerūt terram desiderabilē.
Non crediderunt verbo eius
& murmurauerunt in tabernaculis suis:
non exaudierunt vocem DOMINI. Ps
Et eleuauit manum suam super eos:
vt prosterneret eos in deserto.
Et vt deijceret semen eorum in nationibus:
& disperderet eos in regionibus.
Et initiati sunt beelphegor:
& comederunt sacrificia mortuorum.
Et irritauerunt eum in adinuētionibus suis:
& multiplicata est in eis ruina.
Et stetit phinees & placauit:
& cessauit quassatio.
Et reputatū ē ei in iustitiā ī gnationē & gnationē
vsq; in sempiternum.
Et irritauerunt eum ad aquas cōtradictionis:
& vexatus est Moses propter eos:
quia exacerbauerunt spiritum eius.
Et distinxit in labijs suis:

CONCIL.	VET.	
nō dispersiderūt gētes quas dixit DNS illis.	nō dispersidęrūt gentes quas dixit dñs illis.	
Et cōmixti sūt inter gētes & didicerūt opa eorū:	Et cōmixti sūt inter gētes & didicęrūt opa eorū:	34
& seruierunt sculptilibus eorum:	& seruiębunt sculptilibus eorum:	
& factum est illis in scandalum.	& factum est illis in scandalum.	
Et imolauerunt filios suos:	Et imolauęrunt filios suos:	35
& filias suas dæmonijs:	& filias suas dæmonijs.	
Et effuderunt sanguinem innocentem:	Et effudęrunt sanguinem innocentem:	36
sanguinē filiorum suorum & filiarum suarū:	sanguinem filiorū suorum & filiarū suarum:	
quas sacrificauerunt sculptilibus chanaan.	quas sacrificauęrunt sculptilibus chanaan.	
Et interfecta est terra in sanguinibus:	Et interfecta est terra in sanguinibus:	37
& cōtaminata est in operibus eorum:	& cōtaminata'est in operibus eorum:	
& fornicati sunt in adinuentionibus suis.	& fornicati sunt in adinuentionibus suis.	
Et iratus est furore DOMINVS in populū suū:	Et iratus est furore dñs in populo suo:	38
& abominatus est hęręditatem suam.	& abominatus est hęręditatem suam.	
Et tradidit eos in manus gentium:	Et tradidit eos in manus gentium:	39
& dominati sunt eorum qui odęrunt eos.	& dñati sunt eorum qui oderunt eos.	
Et tribulauerunt eos inimici eorum:	Et tribulauęrunt eos inimici eorum:	40
& humiliati sunt sub manibus eorum:	& humiliati sunt sub manibus eorum:	
sæpe liberauit eos.	sæpe liberauit eos.	
Ipsi autē exacerbauerunt eū in cōsilio suo:	Ipsi autē exacerbauęrunt eum in cōsilio suo:	41
& humiliati sunt in iniquitatibus suis.	& humiliati sunt in iniquitatibus suis.	
Et vidit cum tribularentur:	Et vidit cum tribularentur:	42
& audiuit orationem eorum.	cum audiret orationem eorum.	
Et memor fuit testamenti sui:	Et memor fuit testamenti sui:	43
& pœnituit eū scdm multitudinem miæ suæ.	& pœnituit eum scdm multitudinē miæ suæ.	
Et dedit eos in misericordias:	Et dedit eos in misericordias:	44
in conspectu omnium qui cęperant eos.	in cōspectu omniū qui cępęrant eos.	
Elohe Saluos nos fac DOMINE DEVS noster:	Saluos nos fac domine deus noster:	45
& congrega nos de nationibus.	& congrega nos de nationibus.	
Vt confiteamur nomini sancto tuo:	Vt confiteamur nomini sancto tuo:	46
& gloriemur in laude tua.	& gloriębur in laude tua.	
Elohe Benedictus DOMINVS DEVS israęl	Benedictus dominus deus israęl	47
a sæculo & vsq; in sæculum:	a sæculo & vsq; in sæculum:	
& dicet omnis populus fiat fiat.	& dicet omnis populus fiat fiat.	

ARGVMENTVM. Psalmus laus veteris synagogæ partim historiam cōtinens ex exodo cognitam/ partim prophętiā de mirabilibus quæ Christus dñs gessit imperādo vētis & mari/de relictæ gētis cultu ad afferendum verum religionis fructum & de dęrelictione gentis hebræorum.

¶ Psalmus. CVI.	¶ Psalmus. CVI.	
Confitemini DOMINO quoniā bonus:	Confitemini dño quoniam suauis est	1
quoniam in sæculum misericordia eius.	quoniam in sæculum misericordia eius.	
Dicant qui redempti sunt a DOMINO	Dicant qui redempti sunt a dño	2
quos redęmit de manu inimici:	quos redemit de manu inimicorum:	
de regionibus congregauit eos.	de regionibus congregauit eos.	
A solis ortu & occasu:	Ab oriente & occasu:	3
ab aquilone & mari.	ab aquilone & mari.	
Errauerunt in solitudine in inaquoso:	Errauęrunt in solitudine in siccitate:	4
viam ciuitatis habitaculi non inuenęrūt.	viam ciuitatis habitationis nō inuenęrūt.	
Furientes & sitientes:	Furientes & sitientes erant:	5
anima eorum in ipsis dęfęcit.	anima eorum in ipsis dęfęcit.	
Et clamauerūt ad DOMINVM cū tribularent:	Et exclamauęrūt ad dñm cum tribularentur:	6
& de necessitatibus corū ęripuit eos.	de necessitatibus eorum ęripuit eos.	
Et dęduxit eos in viam rectam:	Et dęduxit eos in viam rectam:	7
vt irent in ciuitatem habitationis.	vt irent in ciuitatem habitationis.	
Confiteātur DOMINO misericordiæ eius:	Confiteātur dño miserationes eius:	8
& mirabilia eius filijs hominum.	& mirabilia eius filijs hominum.	
Quia satiauit animam inanem:	Quoniam satiauit animam inanem:	9

& animam esurientem implevit bonis.
10 Sedentes in tenebris & umbra mortis:
compeditos in mendicitate & ferro.
11 Quoniam iamaricaverunt eloquium dñi:
& consilium altissimi exacerbaverunt.
12 Et humiliatus est in laboribus cor eorum:
infirmati sunt nec fuit qui adiuuaret eos.
13 Et exclamaverunt ad dñm cum tribularētur:
& de necessitatibus eorum saluos fecit eos.
14 Et eduxit eos de tenebris & umbra mortis:
& vincula eorum dirupit.
15 Confiteantur dño miserationes eius:
& mirabilia eius filijs hominum.
16 Quia contriuit portas æreas:
& vectes ferreos confregit.
17 Suscepit eos de via iniquitatis eorum:
propter iniustitias enim suas humiliati sunt.
18 Omnem escam abominata est anima eorum:
& appropinquaverunt vsq; ad portas mortis.
19 Et exclamaverūt ad dñm cum tribularētur:
& de necessitatibus eorum liberauit eos.
20 Misit verbum suum & sanauit eos:
& eripuit eos de corruptela eorum.
21 Confiteantur dño miserationes eius:
& mirabilia eius filijs hominum.
22 Et sacrificent sacrificium laudis:
& nūcient opera eius in exultatione.
23 Qui descendunt mare in nauibus:
facientes operationē in aquis multis.
24 Ipsi viderunt opera domini:
& mirabilia eius in profundo.
25 Dixit & stetit spiritus procellæ:
& exaltati sunt fluctus eius.
26 Ascēdūt vsq; ad cælos/descēdūt vsq; ad abyssos:
anima eorum in malis tabescebat.
27 Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius:
& omnis sapientia eorum absorpta est.
28 Et exclamaverūt ad dñm cū tribularētur:
& de necessitatibus eorum eduxit eos.
29 Et imperauit procellæ & stetit in auram:
& siluerunt fluctus eius.
30 Et iocūdati sunt quia siluerunt:
& deduxit eos in portū volūtatis eorum.
31 Confiteantur dño miserationes eius:
& mirabilia eius filijs hominum.
32 Et exaltent eum in ecclesia populi:
& in cathedra seniorum laudent eum.
33 Posuit flumina in desertum:
& exitus aquarum in sitim.
34 Terram fructiferam in salinas:
a malitia inhabitantium in ea.
35 Posuit desertum in stagna aquarum.
& terram sine aqua in exitus aquarum.
36 Et habitare fecit illic esurientes:
& cōstituerunt ciuitatem habitationis.
37 Et seminaverūt agros & plātaverunt vineas:
& fecerunt fructum frumenti.

& animam esurientem satiauit bonis.
Sedentes in tenebris & in umbra mortis:
vinctos in mendicitate & ferro.
Quia exacerbauerunt eloquia DEI: El
& consilium ALTISSIMI irritauerunt. Elion
Et humiliatū est in laboribus cor eorum:
& infirmati sunt/nec fuit qui adiuuaret.
Et clamauerūt ad DOMINVM cū tribularentᵉ: Ps
& de necessitatibus eorum liberauit eos.
Et eduxit eos de tenebris & umbra mortis:
& vincula eorum dirupit.
Confiteatur DOMINO misericordiæ eius: Ps
& mirabilia eius filijs hominum.
Quia contriuit portas æreas:
& vectes ferreos confregit.
Suscepit eos de via iniquitatis eorum:
propter iniustitias enim suas humiliati sunt.
Omnem escam abominata est anima eorū:
& appropinquauerunt vsq; ad portas mortis.
Et clamauerūt ad DOMINVM cū tribularentᵉ: Ps
& de necessitatibus eorum liberauit eos.
Misit verbum suum & sanauit eos:
& eripuit eos de interitionibus eorum.
Confiteatur DOMINO misericordiæ eius: Ps
& mirabilia eius filijs hominum.
Et sacrificent sacrificium laudis:
& annuncient opera eius in exultatione.
Qui descendūt mare in nauibus:
facientes operationem in aquis multis.
Ipsi viderunt opera DOMINI: Ps
& mirabilia eius in profundo.
✱ Dixit & surrexit spiritus procellæ:
& exaltati sunt fluctus eius.
Ascēdūt vsq; ad cælos & descēdūt vsq; ad abyssos:
anima eorū in malis tabescebat.
Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius:
& omnis sapientia eorum deuorata est.
Et clamauerūt ad DOMINVM cū tribularētur: Ps
& de necessitatibus eorum eduxit eos.
Et statuit procellam eius in auram:
& siluerunt fluctus eius.
Et lætati sunt quia siluerunt:
& deduxit eos in portum volūtatis eorū.
Confiteatur DOMINO misericordiæ eius: Ps
& mirabilia eius filijs hominum.
Et exaltent eum in ecclesia plebis:
& in cathedra seniorum laudent eum.
Posuit flumina in desertum:
& exitus aquarum in sitim.
suscepisti me de vtero matris meæ.
Confitebor tibi dñe qm̃ terribiliter mirificatus es: 13
mirabilia opa tua de⁹ & aia mea cognoscet valde
Nõ est absconditũ os meũ a te qd̃ fecisti i abscõdito 14
& substantia mea in inferioribus terræ.
Imperfectũ viderũt oculi tui: 15
& in libro tuo omnes scribentur
per diẽ errabunt & nemo in eis.

16 Michi autē valde honorificati sūt amici tui deus: valde cōfortati sunt principatus eorū.
Michi autē nimis honorificati sūt amici tui DEVS nimis cōfortatus est principatus eorū. El.

17 Dinumerabo eos & sup arenā multiplicabūtur: exurrexi & adhuc sum tecum.
Dinumerabo eos & sup arenā multiplicabuntur: exurrexi & adhuc sum tecum.

18 Si occideris deus peccatores: viri sanguinum dęclinate a me.
Si occideris DEVS peccatores: viri sanguinū dęclinate a me. Eloha.

19 Quonā dices in cogitatione: accipient in vanitate ciuitates suas.
Quia dicitis in cogitatione: accipient in vanitate ciuitates suas.

20 Nonne eos qui oderant te odio habui: & super inimicis tuis tabesçebam?
Nōne qui odęrūt te DOMINE oderā: & super inimicos tuos tabesçebam? 49

21 Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt michi.
Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt michi.

22 Proba me deus & scito cor meū: scrutare me & cognosce sęmitas meas.
Proba me DEVS & scito cor meū: interroga me & cognosce sęmitas meas. El;

23 Et vide si via iniquitatis in me est: & dęduc me in via æterna.
Et vide si via iniquitatis in me est: & dęduc me in via æterna.

ARGVMENTVM. Psalmus/dępcatio aduersus pestiferæ doctrinæ venęna seminantes & scripturarū sanctarum intelligentias adulterantes. ¶ Conciliatus versu nono.

¶ Psalmus Dauid. CXXXVIIII.

1 Exime me domine ab homine maligno: a viro iniusto ęrue me.

2 Qui cogitauęrūt iniustitias in corde: tota die constituębant bella.

3 Acuęrunt linguas suas sicut serpentes: venęnum aspidū sub labijs eorum.

4 Conserua me dñe de manu peccatoris: ab hominibus iniustis ętue me.

5 Qui cogitauęrunt supplantare gressus meos: abscondęrunt superbi muscipulam michi.

6 Et restes extędęrūt muscipulas pedibus meis: iuxta sęmitas scandalū posuęrunt michi.

7 Dixi domino deus meus es tu: percipe domine vocē dęprecationis meæ.

8 Dñe dñe virtus salutis meæ: obumbrasti super caput meū in die belli.

9 Non tradas me dñe a dęsiderio meo peccatori: cogitauęrunt aduersum me nę dęrelinquas me: nę forte exaltentur.

10 Caput circuitus eorū: labor labiorum ipsorū teget eos.

11 Dęcident super eos carbones ignis & dęijcies eos in miserijs non subsistent.

12 Vir linguosus non dirigętur super terram: virū iniustū mala vęnabunt in interitū.

13 Cognoui quia faciet dñs iudiciū egentis: & causam pauperum.

14 Vęrūtamen iusti confitębuntur nomini tuo: inhabitabunt recti cum vultu tuo.

¶ Psalmus Dauidi. CXXXVIIII.

1 ERipe me DOMINE ab homine malo: a viris iniquis ęripe me.

2 Qui cogitauęrūt iniquitates in corde: tota die constituębant prælia.

3 Acuęrunt linguas suas sicut serpentes: venęnū aspidū sub labijs eorum. Selah.

4 Custodi me DOMINE de manu peccatoris: ab hominibus iniquis ęripe me. 49

5 Qui cogitauęrunt supplantare gressus meos: abscondęrunt superbi laqueum michi.

6 Et funes extendęrunt in laqueum: iuxta iter scandalum posuęrunt michi. Selah.

7 Dixi DOMINO DEVS meus es tu: 49 El.
exaudi DOMINE vocē dęprecationis meæ. 49

8 DOMINE DNE virtus salutis meæ: 49 Adonai
obumbrasti super caput meū in die belli.

9 Non tradas DOMINE dęsiderium peccatori: cogitauęrunt contra me/nę dęrelinquas me: nę forte exaltentur. 49

10 Caput circuitus eorum: labor labiorū ipsorū operiet eos.

11 Cadęt sup eos carbones/in ignē dęijcies eos; in miserijs non subsistent.

12 Vir linguosus non dirigętur in terra: virū iniustū mala capient in interitu.

13 Cognoui quia faciet DOMINVS iudiciū inopis: & vindictam pauperum. 49

14 Vęrūtamen iusti confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo.

ARGVMENTVM. Psalmus/oratio fidęlium in spiritu/vt eos custodiat deus a peccato oris/a peccato cordis & prauis cogitationibus/a prauorū societatibus & communicatione operum eorum / optant a iustis corripi/ precantur pro dęlinquentibus & opprimentibus eos/q̄ peccatores in rete vltionis diuinæ casuri sunt ipsi vęro euasuri. ¶ Conciliatus versu quinto/sexto & vndecimo.

¶ Psalmus Dauid. CXXXX.

1 DOmine clamaui ad te exaudi me: intende voci dęprationis meæ dū clamauero ad te.

2 Dirigat oro mea sicut incensū i cōspectu tuo:

¶ Psalmus Dauidi. CXXXX.

1 DOMINE clamaui ad te exaudi me: 49
intēde voci meæ cū clamauero ad te.

2 Dirigat oro mea sicut incensū i cōspectu tuo:

ꝙleuatio manuũ mearũ ſacrificiũ veſpertinũ.
P one DOMINE cuſtodiã ori meo:
& oſtiũ circũſtantiæ labiis meis.
N on dęclines cor meũ in verba malitiæ:
ad excuſandas excuſationes in peccatis.
C ũ hominibus operantibus iniquitatẽ:
neq; ad cõmunicandũ cũ electis eorum.
C orripiat me iuſtus in miſericordia et increpet me:
oleũ autẽ peccatoris non impinguet caput meũ.
Q m̃ adhuc & oratio mea in beneplacitis eorũ:
abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum.
A udient verba mea quoniã potuęrunt:
ſicut craſſitudo terræ ęrupta eſt ſuper terram.
D iſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernũ:
Adonai quia ad te DOMINE DOMINE oculi mei:
in te ſpęraui non auferas animã meã.
C uſtodi me a laqueo quẽ ſtatuęrunt michi:
& a ſcandalis operantiũ iniquitatem.
C adẽt in retiaculũ eius peccatores:
ſingulariter ſum ego donec tranſeam.

ꝙleuatio manuũ mearũ ſacrificiũ veſpertinũ.
P one domine cuſtodiã ori meo: 3
& oſtium continentiæ circa labia mea.
V t nõ dęclines cor meũ in verba maligna: 4
ad excuſandas excuſationes in peccatis.
C ũ hominibus operantibus iniquitatẽ: 5
& nõ cõbinabo cum ęlectis eorum.
E mendabit me iuſtus in mia & arguet me: 6
oleũ autẽ peccatoris nõ ipinguabit caput meũ.
Q m̃ adhuc & oratio mea in beneplacitis eorũ: 7
abſorpti ſunt iuxta petrã iudices eorũ.
A udiẽt verba mea quoniã prævaluęrunt: 8
ſicut craſſitudo terræ dirupta eſt ſuper terram.
D iſſipata ſunt iuxta infernũ oſſa noſtra: 9
quoniam ad te domine domine oculi mei;
in te ſpęraui non auferas animã meã.
C uſtodi me a muſcipula quã ſtatuęrũt michi: 10
& ab ſcandalis qui operanť iniquitatẽ.
C adent in retia eius peccatores: 11
ſingularis ego ſum donec tranſeam.

ARGVMENTVM. Pſalmus/oratio Chriſti dñi ſecundũ carnis diſpenſationẽ/quo modo Iudæi ex lęge quã ioffenſo calle cucurrit voluęrũt Chriſtũ dñm morti adiudicari. ꝙ dęrelictus ſit etiã a notis & apoſtolis/ꝙ nullꝰ ex notis eiꝰ ꝓ eo interceſſor fuerit vt a morte liberaretur/ꝙ perſequentibus eũ data eſt poteſtas inualeſcendi in eũ/ꝙ ad ergaſtulum mortis pro nobis ſatiſfacturꝰ deſcenderit ex quo petit educi & ad immortalem vitam reparari. Conciliatus verſu ſecundo & tertio.

Pſalmus Dauidi. CXXXXI.

V Oce mea ad DOMINVM clamaui:
voce mea ad DOMINVM dęprecatus ſũ.
E ffundã in cõſpectu eius orationẽ meã:
& tribulationẽ meã ante ipſũ pronũciabo.
C ũ dęfęcerit ex me ſpiritus meus:
& tu cognouiſti ſęmitas meas.
I n via hac qua ambulabã:
abſcondęrunt laqueũ michi.
C onſiderabã ad dexterã et videbã:
& non erat qui cognoſceret me.
P erijt fuga a me:
& non eſt qui requirat animã meã.
C lamaui ad te DOMINE dixi tu es ſpes mea:
portio mea in terra viuentium.
I ntende ad deprecationẽ meam:
quia humiliatus ſum nimis.
L ibera me a perſequentibus me:
quia confortati ſunt ſuper me.
E duc de cuſtodia animã meã:
ad confitendũ nomini tuo:
me expectant iuſti donec retribuas michi.

Pſalmus Dauid. CXXXXI.

V Oce mea ad dominũ clamaui: 1
voce mea ad dñm dęprecatus ſum.
E ffundã ante eũ dęprecationẽ meã: 2
tribulationẽ meã in conſpectu eius.
C um dęfecit me ſpiritus meus: 3
& tu cognouiſti ſęmitas meas.
I n via hac qua ingrediebar: 4
abſcondęrunt michi muſcipulã.
C onſiderabã ad dexterã & videbã: 5
& non erat qui cognoſceret me.
P erijt fuga a me: 6
& non eſt qui requirat animã meã.
C lamaui ad te domine dixi tu es ſpes mea: 7
portio mea in terra viuentiũ.
intende ad orationem meã: 8
quia humiliatus ſum nimis.
E rue me a perſequentibus me: 9
quoniã corroborati ſunt ſuper me.
E rue de carcere animã meam: 10
vt cõfiteantur nomini tuo:
me ſuſtinebunt iuſti quoaduſq; retribuas michi.

ARGVMENTVM. Pſalmus/Oratio pœnitẽtis ex calamitate mundanarum fallaciarum ad deum humiliata mente reuertentis.

Pſalmus Dauidi. CXXXXII.

D OMINE exaudi orationẽ meã/
auribus percipe obſecrationẽ meã:
in vęritate tua exaudi me in tua iuſtitia.
E t non intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo:
quia nõ iuſtificabiť in cõſpectu tuo oĩs viuens.
Q uia perſecutus eſt inimicus animã meã:

Pſalmus Dauid. CXXXXII.

D Omine exaudi orationẽ meam 1
auribus percipe precẽ meam:
in vęritate tua exaudi me in tua iuſtitia.
E t non intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo: 2
quoniã nõ iuſtificabitur coram te oĩs viuens.
Q m̃ pſecutus eſt inimicus aiam meã: 3

humiliauit in terra vitã meam.
4 Collocauerũt me in tenebrosis sicut mortuos scli
& tædiũ passus est in me spiritus meus:
in me turbatũ est cor meũ.
5 Memoratus sum dierum antiquorũ
meditatus sũ in omnibus operibus tuis:
in facturis manuũ tuarũ meditatus sum.
6 Extendi manus meas ad te:
anima mea velut terra sine aqua tibi.
7 Cito exaudi me domine:
defecit spiritus meus.
8 Nẽ auertas faciẽ tuã a me:
similis ero descendentibus in lacũ.
9 Auditã fac michi mane misericordiã tuã:
quia in te speraui.
10 Notã fac michi dñe viã in qua ingrediar:
quoniã ad te leuaui animã meã.
11 Exime me de inimicis meis dñe:qa ad te cõfugi:
doce me vt faciam voluntatem tuam:
quia tu es deus meus.
12 Spiritus tuꝰ bonus deducet me ĩ terrã rectã:
propter nomen tuum domine viuificabis me
in tua iustitia.
13 Educes de tribulatione animã meã:
& i mia tua ad interitũ deduces inimicos meos.
14 Et pdes oẽs tribulãtes animã meã:
quoniã seruus tuus sum ego.

humiliauit in terra vitã meã.
Collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi:
& anxiatus est super me spiritus meus:
in me turbatũ est cor meum.
Memor fui dierũ antiquorum
meditatus sum in omnibus operibus tuis:
in factis manuũ tuarũ meditabar.
Expandi manus meas ad te:
anima mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me DOMINE: 143
defecit spiritus meus.
Non auertas faciẽ tuã a me:
& similis ero descendentibus in lacum.
Auditã fac michi mane misericordiã tuã:
quia in te speraui.
Notam fac michi viã in qua ambulẽ:
quia ad te leuaui animã meã.
Eripe me de inimicis meis DNE ad te cõfugi: 142
doce me facere voluntatem tuam:
quia DEVS meus es tu. Eloha.
Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectã:
propter nomen tuum DOMINE 142
viuificabis me in æquitate tua.
Educes de tribulatione animã meã:
& in mia tua disperdes oẽs inimicos meos.
Et perdes oẽs qui tribulãt animã meã:
quoniã ego seruus tuus sum.

ARGVMENTVM. Psalmus/deprecatio fidelis synagogæ vt Christus dñs mitteret & malignæ potestates destruerentur/& ne sic homines in perditionem ruerent quasi vanæ a deo creati & nullus finem suũ percipiens. ¶ Conciliatus versu tertio/vndecimo & duodecimo.

¶ Psalmus Dauid. CXXXXIII.

1 Benedictus dominus deus meus
qui docet manus meas ad prælium:
& digitos meos ad bellũ.
2 Misericordia mea & refugiũ meũ:
susceptor meus & ẽrutor meus.
3 Protector meus & in ipso speraui:
qui subdit populũ meũ sub me.
4 Dñe quid est homo quia innotuisti ei:
aut filius hominis quoniã æstimas eum?
5 Homo vanitati similis factus est:
dies eius sicut vmbra prætereunt.
6 Domine inclina cælos tuos & descende:
tange montes & fumigabunt.
7 Coruisca coruscationes & disperges eos:
ẽmitte sagittas tuas & conturbabis eos.
8 Emitte manũ tuã ex alto
et exime me & ẽrue me de aquis multis:
9 de manu filiorum alienorum.
Quorum os locutum est vanitatem:
& dextera eorũ dextera iniquitatis.
10 Deus canticũ nouũ cantabo tibi:
in psalterio decẽ chordarũ psallam tibi.
11 Qui dat salutẽ regibus:qui redemit
dauid seruũ suũ de gladio maligno ẽrue me.
12 Et exime me de manu filiorũ alienorũ:

¶ Psalmus Dauidi. CXXXXIII.

Benedictus DOMINVS DEVS meus 143 Sut.
qui docet manus meas ad prælium:
& digitos meos ad bellũ.
Misericordia mea & refugium meũ:
susceptor meus & liberator meus.
Protector meus & in ipso speraui:
✳ qui subdit populũ meũ sub me.
DOMINE quid est homo quia innotuisti ei: 143
aut filius hominis quia reputas eũ?
Homo vanitati similis factus est:
dies eius sicut vmbra prætereunt.
DOMINE inclina cælos tuos & descende: 143
tange montes & fumigabunt.
Fulgura coruscationẽ & dissipabis eos.
ẽmitte sagittas tuas & conturbabis eos.
Emitte manũ tuã de alto
ẽripe me & libera me de aquis multis:
& de manu filiorũ alienorũ.
Quorum os locutum est vanitatem:
& dextera eorũ dextera iniquitatis.
Deus canticũ nouum cantabo tibi:
in psalterio decachordo psallam tibi.
✳ Qui das salutẽ regibus:
✳ qui redimis dauid seruũ tuũ de gladio maligno
✳ Eripe me & ẽrue me de manu filiorũ alienorũ

CONCIL.	VET.	
quorũ os locutũ est uanitatẽ:	quorũ os locutũ est vanitatẽ:	
& dextera eorum dextera iniquitatis.	dextera eorũ dextera iniquitatis.	
Quorũ filij sicut nouellæ plantationes:	Quorũ filij ipsorũ velut nouellæ constabilitæ:	13
in iuuentute sua.	in iuuentute sua.	
Filiæ eorum compositæ:	Filiæ eorum compositæ:	14
circũornatæ vt similitudo templi.	& ornatæ sicut similitudo templi.	
Promptuaria eorũ plena:	Cellaria eorum plena:	15
eructantia ex hoc in illud.	eructantia ex hoc in hoc.	
Oues eorũ fœtosæ abundãtes in gressibus suis:	Oues eorũ fœcũdæ multiplicãtes in egressib⁹ suis:	16
boues eorũ crasse.	boues eorum crasse.	
Nõ est ruina maceriæ neq; transitus:	Non est ruina sæpis nec exitus:	17
neq; clamor in platæis eorum.	nec clamor in platæis eorum.	
Beatũ dixerunt populũ cui hæc sunt:	Beatũ dixerunt populũ cui hæc sunt:	18
Eloha. beatus populus cui⁹ DOMINVS DEVS eius	beatus populus cuius dñs deus ipsius.	

ARGVMENTVM. Psalm⁹ laus diuina a dei magnitudine/laudabilitate/magnificẽtia/gloria/sãctitate/virtute/exuberanti bonitate/miseratione/longanimitate/suauitate/regnandi amplitudine/fidelitate/operũ puritate/auxiliatrice virtute/solicitata prouidentia & vt cuiq; cõuenit dispẽsatione/iustitia vniuersæ legis suæ/& p oia incoinqnatione/q; ppe adest oibus in veritate iuocãtibus eũ/q; timẽtiũ se volũtatẽ iplet/depcationẽ exaudit & saluat eos/& diligẽtes se custodit:sed ipios & pctores disperdet. ¶ Cõciliat⁹ versu quarto & sextodecimo. ¶ Aduerte tertio versu magnus dñs i exẽplarib⁹ veritatis hebraicæ Hieronymi habẽri magnus deus:sed id arbitror mẽdose.nã passim in hebræo hic reperitur tetragrãmaton. tralationis igitur hebraicæ notet id viciatũ atq; legendũ vt & i nostra id est gallica editione & aliis magnus dñs. Hic psalmus vnus est ex ijs qui thehilim id est hymni/hebraice nominantur.

¶ Psalmus Dauidi. CXXXIIII.	¶ Psalmus Dauid. CXXXIIII.	
Eloha. EXaltabo te DEVS meus rex:	EXaltabo te deus meus rex meus:	1
et benedicam nomini tuo in sæculum:	& benedicam nomen tuum in sæculum:	
et in sæculum sæculi.	et in sæculum sæculi.	
Per singulos dies benedicã tibi:	Per singulos dies benedicã te:	2
& laudabo nomẽ tuũ in sæculũ & in sæculũ sæculi.	& laudabo nomen tuũ in sc̃m & in sæculũ sæculi.	
Magnus DOMINVS & laudabilis nimis:	Magnus dñs & laudabilis valde:	3
& magnitudinis eius non est finis.	& magnitudinis eius non est finis.	
Generatio & generatio laudabũt opera tua:	✳ Generatio & generatio laudabit opera tua:	4
& potentiã tuã pronunciabunt.	& virtutẽ tuã annunciabunt.	
Magnificentiã gloriæ sanctitatis tuæ loquent̃:	Et magnificentiã gloriæ sanctitatis tuæ loquent̃:	5
& mirabilia tua narrabunt.	& mirabilia tua narrabunt.	
Et virtutẽ terribiliũ tuorũ dicent:	Et virtutẽ metuendorũ tuorũ dicent:	6
& magnitudinẽ tuã narrabunt.	& magnitudinẽ tuã ẽnarrabunt.	
Memoriã abũdãtiæ suauitatis tuæ eructabunt:	Memoriã abundãtiæ suauitatis tuæ eructabunt:	7
& iustitia tua exultabunt.	& iustitia tua exultabunt.	
Miserator & misericors DOMINVS:	Misericors & miserator dominus:	8
patiens & multũ misericors.	longanimis & multum misericors.	
Suauis DOMINVS vniuersis:	Suauis dominus omnibus:	9
& miserationes ei⁹ super omnia opera eius.	& miserationes eius in omnia opera eius.	
Confiteant̃ tibi DOMINE omnia opera tua:	Confiteant̃ tibi dñe omnia opera tua:	10
& sancti tui benedicãt tibi.	& sancti tui benedicant te.	
Gloriam regni tui dicent:	Gloriã regni tui dicent:	11
& potentiam tuam loquentur.	& potentiã tuam loquentur.	
Vt notã faciant filijs hominũ potentiã tuã:	Vt notã faciant filijs hominũ potentiã tuã:	12
& gloriã magnificentiæ regni tui.	& gloriã magnitudinis decoris regni tui.	
Regnũ tuũ regnũ oim sæculorũ:	Regnũ tuũ regnũ omniũ sæculorũ:	13
& dñatio tua in oi generatione & generatione.	& dñatio tua in omni gñatione & generationẽ.	
Fidelis DOMINVS in omnibus verbis suis:	Fidelis dominus in verbis suis:	14
& sanctus in omnibus operibus suis.	& sanctus in omnibus operibus suis.	
Alleuat DOMINVS omnes qui corruunt:	Confirmat dominus omnes dẽcidentes:	15
& erigit omnes elisos.	& erigit omnes elisos.	

16 O culi omnium in te ſperant:
& tu das eſcam illis in oportunitate.
17 A peris tu manum tuam:
& imples omne animal benedictione.
18 I uſtus dñs in omnibus vijs ſuis:
& ſanctus in omnibus operibus ſuis.
19 P rope eſt dñs omnibus inuocantibus eum:
omnibus qui inuocant eum in veritate.
20 V oluntatem timentium ſe faciet:
& preces eor exaudiet & ſaluos faciet eos.
21 C uſtodit dominus omnes diligentes ſe:
& omnes peccatores diſperdet.
22 L audem dñi loquetur os meum:
& benedicat omnis caro nomen ſanctū eius:
in ſæculum & in ſæculum ſæculi.

ARGVMENTVM. Pſalmus/fideliū laus/q; q̄diu viuim⁹ diuinæ laudes ſunt meditā dæ/q; nequaq̄ in potētibus hui⁹ ſæculi ſed in deo ſolo ſpes noſtra ponēda eſt/qui beati/quāta dei benignitas & q; æternum eius regnum. ℂ Conciliatus verſu ſecundo & tertio.

ℂ Pſalmus. CXXXXV

1 LAuda anima mea dominum:
laudabo dominum in vita mea:
pſallam deo meo q̄diu ſum.
2 N olite confidere in principes:
& in filios hominū in quibus non eſt ſalus.
3 E xiet ſpūs eius & reuertetur in terram ſuam:
in illa die peribunt omnes cogitationes eius.
4 B eatus cui⁹ deus iacob adiutor eſt eius ſpes illi⁹
in dñm deum ipſius qui fecit cælum & terram:
mare & omnia quæ in eis ſunt.
5 Q ui cuſtodit veritatē in æternū
facientē iudiciū iniuriam accipientibus:
dat eſcam eſurientibus.
6 D ominus ſoluit compeditos:
dominus erigit eliſos.
7 D ominus ſapientes facit cæcos:
dominus diligit iuſtos.
8 Dñs cuſtodit pſelytos/orphanū & viduā ſuſcipiet
& exterminabit viam peccatorum.
9 R egnabit dominus in æternum:
deus tuus ſion in generatione & generatione.

ARGVMENTVM. Pſalmus/laus altera fideliū/q; dñi eſt ędificare ieruſalē q̄ eſt eccleſia ſctōr & ad eā ſeparatos colligere/q; ei⁹ eſt ſanare/cōtrita ſolidare/nūerū ſaluādorū noſſe/q; potētiæ eius & ſapiētiæ nō eſt nūerus/q; hūiles exaltat & dęprimit ſupbos q; eos eccleſiæ p̄ficit q cā fœcūdis doctrinæ hymbribus irrigant/q; principib⁹ dat prudentiā qua ſubditos paſcāt/q; gētili populo & filijs eor qui cōtra eum obgāniunt corpus ſuū dat in cibū/in quibus ſit dei beneplacitū & bona voluntas/q; non in vanis huius ſæculi pompis ſed in timoratis & ſperantibus in eo.

ℂ Pſalmus. CXXXXVI.

1 LAudate dñm quoniam bonus pſalmus:
deo noſtro iocunda ſit laus.
2 Ędificans hieruſalem dominus:
& diſperſiones iſraęlis colligens.
3 Q ui ſanat contritos corde:
& alligat contritiones eorum.
4 Q ui numerat multitudinem ſtellarum:
& omnibus eis nomina vocans.
5 M agnus dñs noſter & magna virtus eius:

O culi omnium in te ſperant — dñe: ..
✱ & tu das illis eſcam in tempore oportuno.
A peris tu manum tuam:
& imples omne animal benedictione.
I uſtus DOMINVS in omnibus vijs ſuis:
& ſanctus in omnibus operibus ſuis.
P rope eſt DOMINVS oībus inuocātibus eum:
omnibus inuocantibus eum in veritate.
V oluntatem timentium ſe faciet:
& dępcationē eorū exaudiet & ſaluos faciet eos
C uſtodit DOMINVS omnes diligentes ſe:
& omnes peccatores diſperdet.
L audationē DOMINI loquętur os meum:
& benedicat omnis caro nomini ſancto eius:
in ſæculum & in ſæculum ſæculi.

ℂ Pſalmus. CXXXXV. Halelu Iah.

LAuda anima mea DOMINVM:
laudabo DOMINVM in vita mea:
pſallam DEO meo q̄diu fuero. Eloha
N olite confidere in principibus:
✱ in filijs hominum quibus non eſt ſalus
✱ E xibit ſpūs eorū & reuertenī in terrā ſuam:
in illa die peribunt oēs cogitationes eorum.
B eatus cuius DEVS Iaacob adiutor ei⁹/ſpes ei⁹ El
in DOMINO DEO ipſius qui fęcit cælū terrā; Eloha
mare & omnia quæ in eis ſunt.
Q ui cuſtodit veritatem in ſæculum
facit iudiciū iniuriam patientibus:
dat eſcam eſurientibus.
DOMINVS ſoluit compeditos:
DOMINVS illuminat cæcos.
DOMINVS erigit eliſos:
DOMINVS diligit iuſtos.
DNS cuſtodit aduenas/pupillū & viduā ſuſcipiet
& vias peccatorum diſperdet.
R egnabit DOMINVS in ſæcula:
DEVS tuus Sion in generatiōe & generatione. Eloha

ℂ Pſalmus. CXXXXVI. Halelu Iah.

LAudate DNM quoniā bonus eſt pſalmus: Iah
DEO noſtro ſit iocūda decoraq; laudatio, Eloh
Ędificans Ieruſalem DOMINVS:
diſperſiones Iſraęlis congregabit.
Q ui ſanat contritos corde:
& alligat contritiones eorum.
Q ui numerat multitudinem ſtellarum:
& omnibus eis nomina vocat.
M agnus DOMINVS noſter & magna virt⁹ ei⁹: Adon

CONCIL.

& ſapientiæ eius nō eſt numerus.
Suſcipiens manſuętos DOMINVS:
humilians autē peccatores vſq; ad terram.
Præcinite DOMINO in cōfeſſione:
Elohe pſallite DEO noſtro in cithara.
Qui operit cælum nubibus:
& parat terræ pluuiam.
Qui producit in montibus fœnum — & herbā:
ſeruituti hominum. ..
Qui dat iumentis eſcam ipſorum:
& pullis coruorum inuocantibus eum.
Non in fortitudine equi volūtatem habebit:
nec in tibijs viri beneplacitum erit ei.
Beneplacitū eſt DOMINO ſuper timētes eum:
& in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.

ARGVMENTVM. Pſalmus/laus alia in ſpū ꝓ plis monſtrata qui ſunt ciuitas pacificorū cuius portæ aduerſus hoſtiles næquitias angelorū cuſtodia vallatæ ſunt/cuius filij dū in ea manēt benedicti/quæ pane illo puriſſimo viuit qui de cælo deſcēdit/q̄ verbo abbreuiato paſcit quod fęcit verbū æternū de cælo in terrā trāſmiſſum/q̄ regenerationis ablutione ſup niuē cādet/in qua indurati & glaciati diuino verbo & ſpiritu ſancti calore ſoluunt hymbreſq; diuinæ gratiæ recipiūt/in ea dei verbū audit & iudicia eius agnoſcunt/neq; fęcit talia deus omni genti/neq; iudicia eius vbiuis gentiū cognita ſunt alibi.

Pſalmus. CXXXXVII.

Eloha Lauda Ieruſalem DOMINVM:
lauda DEVM tuum Sion.
Quoniā cōfortauit ſeras portarū tuarum:
benedixit filijs tuis in te.
Qui poſuit fines tuos pacem:
& adipe frumenti ſatiat te.
Qui ęmittit ęloquium ſuum terræ:
vęlociter currit ſermo eius.
Qui dat niuem ſicut lanam:
nebulam ſicut cinerem ſpargit.
Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas
ante faciem frigoris eius:
quis ſuſtinębit?
Emittet verbum ſuum & liquefaciet ea:
flabit ſpiritus eius & fluent aquæ.
Qui annūciat verbum ſuum Iacob:
iuſtitias & iudicia ſua Iſraęl.
Non fęcit taliter omni nationi:
& iudicia ſua non manifeſtauit eis. Halelu Iah.

ARGVMENTVM. Pſalmus/laus a cæleſtibus & terreſtribus.

Pſalmus. CXXXXVIII. Halelu Iah.

Laudate DOMINVM de cælis:
laudate eum in excelſis.
Laudate eum omnes angeli eius:
laudate eum omnes virtutes eius.
Laudate eum ſol & luna:
laudate eum omnes ſtellæ & lumen.
Laudate eū cæli cælorū & aquæ q̄ ſup cælos ſūt:
laudent nomen DOMINI.
— Quia ipſe dixit & facta ſunt: ..
ipſe mandauit & creata ſunt.
Statuit ea in ſæculum & in ſæculum ſæculi:
præceptum poſuit & non præteribit.
Laudate DOMINVM de terra:

VET.

& intelligentiæ eius non eſt numerus.
Suſcipiens manſuętos dominus: 6
humilians autē peccatores vſq; ad terram.
Incipite domino in confeſſione: 7
pſallite deo noſtro in cithara.
Qui cooperit cælum nubibus: 8
qui parat terræ pluuiam.
Qui exoriri facit in mōtibus fœnum & herbam: 9
ſeruituti hominum.
Et dat pecoribus eſcam ipſorum: 10
& pullis coruorum qui inuocant eum.
Non in potentatu equi volūtatem habebit: 11
nec in tabernaculis viri bene ſentiet.
Bene ſentiet dñs timentibus in eum: 12
& in ijs qui ſperant in miſericordia eius.

Pſalmus. CXXXXVII.

Collauda hieruſalem dominum: 1
lauda deum tuum ſion.
Quoniā cōfirmauit vectes portarū tuarū: 2
benedixit filios tuos in te.
Qui poſuit fines tuos pacem: 3
& adipe frumenti ſatians te.
Qui ęmittit verbum ſuum terræ: 4
vſq; in velocitatem currit verbum eius.
Dat niuem velut lanam: 5
nebulam velut cinerem ſpargit.
Qui ęmittit cryſtallū ſuam velut fruſta panis 6
in faciem frigoris eius:
quis ſubſiſtet?
Emittet verbum ſuum & tabefaciet ea: 7
ſpirabit ſpiritus eius & profluent aquæ.
Annuncians verbum ſuum iacob: 8
iuſtitias & iudicia ſua iſraęl.
Non fęcit ſic vniuerſæ genti: 9
iudicia ſua non manifeſtauit eis.

Pſalmus. CXXXXVIII.

Laudate dominum de cælis: 1
laudate eum in excelſis.
Laudate eum omnes angeli eius: 2
laudate eum omnes virtutes eius.
Laudate eum ſol & luna: 3
laudate eum omnes ſtellæ & lumen.
Laudate eū cæli cælorū & aque q̄ ſup cælos ſūt: 4
laudent nomen domini.
Quia ipſe dixit & facta ſunt: 5
ipſe mandauit & creata ſunt.
Statuit ea in ſæculum & in ſæculum ſæculi: 6
præceptum poſuit & non præteribit.
Laudate dominum de terra: 7

dracones & omnes abyſſi.
8 Ignis grādo nix glacies ſpūs tempeſtatis:
quæ faciunt verbum eius.
9 Montes & omnes colles:
ligna fructifera & omnes cedri.
10 Beſtiæ & omnia pecora:
reptilia & volatilia pennata.
11 Reges terræ & omnes populi:
principes & omnes iudices terræ.
12 Iuuenes & virgines ſenes cum iunioribus
laudent nomen dñi:
quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.
13 Confeſſio eius in cælo & in terra:
& exaltauit cornu populi ſui.
14 Hymnus omnibus ſanctis eius:
filij iſrael / populi appropinquātes ſibi.

ARGVMENTVM. Pſalmus / laus a terrena & adhuc militante eccleſia.

¶ Pſalmus. CXXXVIII.

1 CAntate dño canticum nouum:
laus eius in eccleſia ſanctorum.
2 Lætetur iſrael in eo qui fecit eum:
& filij ſion exultent in rege ſuo.
3 Laudent nomen eius in choro:
in tympano & pſalterio pſallant ei.
4 Quoniam benefacit dñs in populo ſuo:
& exaltabit manſuetos in ſalutem.
5 Exultabunt ſancti in gloria:
lætabuntur in cubilibus ſuis.
6 Exultationes dei in faucibus eorum:
& framee bis acutæ in manibus eorum.
7 Ad faciendas vindictas in gentibus:
obiurgationes in populis.
8 Vt alligent reges eorum in cōpedibus:
& nobiles eorum in vinculis ferreis.
9 Vt faciant in eis iudicium conſcriptum:
gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.

ARGVMENTVM. Pſalmus / laus ab eccleſia cæleſti.

¶ Pſalmus. CL.

1 LAudate dñm in ſanctis eius:
laudate eum in firmamēto virtutis eius.
2 Laudate eum in virtutibus eius:
laudate eū ſcdm multitudinē magnitudinis eiꝰ.
3 Laudate eum in ſono tube:
laudate eum in pſalterio & cithara.
4 Laudate eum in tympano & choro:
laudate eum in chordis & organo.
5 Laudate eum in cymbalis beneſonātibus:
laudate eum in cymbalis iubilationis
omnis ſpiritus laudet dominum.

dracones & omnes abyſſi.
Ignis grādo nix glacies ſpūs procellarum:
quæ faciunt verbum eius.
Montes & omnes colles:
ligna fructifera & omnes cedri.
Beſtiæ & vniuerſa pecora:
ſerpentes & volucres pennatæ.
Reges terræ & omnes populi:
principes & omnes iudices terræ.
Iuuenes & virgines ſenes cū iunioribus
laudent nomen DOMINI: 4a
quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.
Confeſſio eius ſuper cælum & terram:
& exaltauit cornu populi ſui.
Hymnus omnibus ſanctis eius: Halelu Iah.
filijs iſrael / populo appropinquanti ſibi.

¶ Pſalmus. CXXXVIII. Halelu Iah.

CAntate DOMINO canticum nouum: 4a
laus eius in eccleſia ſanctorum.
Lætetur iſrael in eo qui fecit eum:
& filiæ ſion exultent in rege ſuo.
Laudent nomen eius in choro:
in tympano & pſalterio pſallant ei.
Quia beneplacitū eſt DOMINO in populo ſuo: 4a
& exaltabit manſuetos in ſalutem.
Exultabunt ſancti in gloria:
lætabuntur in cubilibus ſuis.
Exultationes DEI in gutture eorum: El
& gladij ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationibus:
increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorum in cōpedibus:
& nobiles eorum in manicis ferreis.
Vt faciant in eis iudicium conſcriptum:
gloria hæc eſt oibus ſanctis eius. Halelu Iah.

¶ Conciliatus verſu primo.

¶ Pſalmus. CL. Halelu Iah.

* LAudate DOMINVM in ſancto eius: El
laudate eū in firmamēto virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius:
laudate eū ſcdm multitudinē magnitudinis eiꝰ.
Laudate eum in ſono tubæ:
laudate eum in pſalterio & cithara.
Laudate eum in tympano & choro:
laudate eum in chordis & organo.
Laudate eum in cymbalis beneſonātibus:
laudate eum in cymbalis iubilationis
omnis ſpiritus laudet DOMINVM. Halelu Iah Iah

¶ Expleta hac p Chriſti dei gratiā pſalterioꝝ pētaplo: nō abſonū forte videbit ſi ad quid p pſa deuotione quiſq; pſalmꝰ (vt potiſſimū ſenſit Athanaſiꝰ) dicēdus ſit: breuiuſcula deſcriptiōe et cū hoc quaſi totius pſalterij breuiſſimū ſubnectamus epilogū. vt pij quos ſimilis deuotio tāget: ex deſcriptione quod ſuā iuuet deuotionē facile reperiant. in quibus omnibus Chriſtiformem quādam imitationem meditari oportet & quādam quærere ſpiritus conſolationē / non vane / non curioſe orātes / nichil nobiſipſis & orationi noſtræ tribuentes ſed ſupernæ benignitati / fauori & gratiæ omnia. Nunc igitur ad pſalmorum ſeriem & deſcriptionem ſubnectendam procedamus.

Ad quid pro pia deuotione dicēdi psalmi.

Quem dicere possis beatum cogitans: dic 1
Ex iudæorū in Christū ifidijs/alioꝝ i te patiēter ferēs: dic 2
Multiplicati sunt in te hostes: dic 3
Exauditus es a deo/gratias agens: dic 4
Vides parari tibi insidias: dic 5
Minas dei sentis & territum te vides: dic 6
Machinantur in te concilium: dic 7
Mirifica Christi meditaris opera: dic 8
Coerceri inimicum vis & creaturam saluari: dic 9
Te quis metu affecit: dic 10
Abundat malitia:confugiens ad deum: dic 11
Persecuerant in te inimicorum insidiæ: dic 12
Audis impios contra deū & prouidentiā loquētes: dic 13
Qui regnum cælorum sint ingressuri: dic 14
Speranis in dño/de futura resurrectione gaudes: dic 15
Fatigatus ab hostibus refrigerium petis: dic 16
Liberatus es ab aduersitatibus aut inimicis: dic 17
Miraris ordinem rerum & prouidētiæ gratiam: dic 18
Bonos tribulatos vides/aut illis bona impcaris: dic 19
Aduersarios Christi succūbere vides: dic 20
Meditatione passionis patientiam cupis: dic 21
Tentationes defunt & prospera tibi assunt: dic 22
Qui beatitudinem sint accepturi cogitas: dic 23
Irritant te inimici: dic 24
Inconscium te sentiens/a deo iudicium petis: dic 25
Fidis in deo grassantibus in te inimicis: dic 26
Anxietas te angit & vitæ tædium: dic 27
Munus deo offers: dic 28
Liberatus es ab ijs quæ te premebant malis: dic 29
Oppressus malis/in deo fidis: dic 30
Misericordiā dei cōsecutorū fœlicitatē cogitas: dic 31
In cœtu iustorum versaris: dic 32
Liberatus a malis mites cōuocas ad gratias agēdas: dic 33
Aduersarijs tuis resistere non potes: dic 34
Malos vides sibiipsis causam mali esse: dic 35
Mali & superbi in paruos & humiles superbiunt: dic 36
Iram dei times: dic 37
Iniuste accusant te sceleris/inimici: dic 38
Post longam expectationem a malo liberatus: dic 39
Misericordem vides siue ꝓsperantē siue depressum: dic 40
Lacesseris ab impijs/deum desiderans: dic 41
Falso iudicio humano tractaris: dic 42
Recordaris antiqua dei beneficia: dic 43
Egressum Christi a patre ad humanationē meditaris: dic 44
Confugiens ad deū/mala quæ ꝑmebant euasisti: dic 45
Nouus populus regno Christi accrescit: dic 46
Christiformem ecclesiæ statū animo versas: dic 47
Status fœlicium & miserorū occurrit cogitādus: dic 48
Nosse vis quomodo in secūdo aduētu liberaberis: dic 49
Pœnitens ex peccato redis ad deum: dic 50
Vides impium in malitia gloriantem: dic 51
Ad idem dic 52
Quærunt te hostes ad iniuste perdendum: dic 53
Pressus hominum nequitia: ad deum confugiens dic 54
A grauissima hominū pressura exauditus euasisti: dic 55
Deus aduersus quoq; insultus misertus est tui: dic 56

Epilogus psalmorū.

1 De beatitudine Christi.
2 De concilijs in eum.
3 De persecutione & resurrectione eius.
4 De vocatione gentium.
5 Qui odio habentur a deo.
6 De pœnitentia.
7 Oratio infontis.
8 De ascēsione & potestate Christi.
9 Gratiarū actio & exauditio piorū.
10 De solitudine Christi.
11 De paucitate piorum.
12 Oratio pro salute hebræorum.
13 Increpatio impiorum.
14 De cōuersatione Christi.
15 De mirificatione & hęrēditate eius.
16 Piorum spiritualis oratio.
17 De Christi & patris mutua dilectione.
18 De beneficijs aduentus Christi.
19 Optio q̄ Christo oia ꝓspera forent.
20 De exauditione & bñdictione Christi.
21 De passione domini.
22 Gratiarūactio beneficiorū dei.
23 De baptismo & ascensione dñi.
24 Oratio fidelium opem poscentiū.
25 De innocentia Christi dñi.
26 De securitate Christi in tribulatione.
27 Deprecatio Christi ꝓ populo fidęli.
28 De diuinitate verbi qđ caro factū est.
29 De reductione Christi ab inferis.
30 De anxietate vitæ Christi.
31 Oratio pœnitentis.
32 De exultatiōe cognitiōis vnitrini dei.
33 De diuina ꝓtectione timentiū deū.
34 De machinatiōe & falsis testib⁹ i xp̄m
35 Q7 sua sponte sūt mali & dei ope boni
36 Spiritualis instructio ad salutē.
37 Oratio ad dei mitigandā iram.
38 De custodia oris & contēptu mūdi.
39 Gratiarū actio & quādo Christ⁹ vęnit.
40 De btitudie imitātiū Christi pauptatē.
41 De dęsiderio piorum videndi deū.
42 Confessio trinæ beatitudinis.
43 Electio iudæoꝝ & martyrū afflictio.
44 De vtraq; Christi generatione.
45 De persecutionibus ecclęsiæ.
46 Inuitatio gentium ad lætitiam.
47 De ecclęsia Christi domini.
48 De perditione iudæ & cōplicum eius.
49 De manifestatione trinitatis.
50 Oratio pœnitentis.
51 De vltione dei in impios.
52 De homine peccati & secta eius.
53 Oratio Christi in insurgentes in eum.
54 De oforib⁹ xp̄i & domestico ꝓditore.
55 Oratio humilium & dępressorū.
56 Oratio Christi in passione.

Ad hipocritarum & falsorū iudæorū conuersionem:	dic	57	Increpatio malorum:
Insurgunt in te hostiles cateruæ:	dic	58	Oratio Christi & peccatū iudæorū.
Dura passus es/quasi flagellū dei expertus:	dic	59	Lamentabilis oratio synagogæ.
Te malignus angit / omniū hominū inimicus:	dic	60	Oratio fidelis populi vbiuis gentium.
Tentationes sentis ad delinquendū te trahentes	dic	61	Pia suipsius in deum exhortatio.
Solitudines propter deū aut in psecutionib⁹ petis	dic	62	De cōtemplatione Christi in deserto.
Times falso criminantiū linguas:	dic	63	De festinata passione Christi.
Te laudandi deū arripit deuotio:	dic	64	De baptismo & alimento nouæ legis.
Christi religionē longe diffundi cupis:	dic	65	Inuitatio omniū ad dei cultum.
Misericordiā et illuminationē a deo postulas:	dic	66	Petitio visitationis a Christo salutari.
A malignis spiritibus nocumentū times:	dic	67	De resurrectiōe Christi & q̄ secuta sūt.
In magnis angustijs es constitutus:	dic	68	De afflictionib⁹ Christi & ritu nouo.
Times insultū / aiam tuā diripere volentiū:	dic	69	De reductione Christi ab inferis.
Si te(cū deo seruias) nequā et a deo derelictū iudicant:	dic	70	Q⁹ Christus litteras non didicerit.
Falsum ab hoibus iudiciū sustinēs in deo consolēris et	dic	71	Q⁹ omne iudicium dedit pater filio.
Videns malos ꝓsperari/ nę scandalizęris sed	dic	72	De nemesi Christi.
Populū fidelē vides afflictū/precare deū et	dic	73	De diuturna afflictione populi sancti.
Diuersas hoim sortes vidēs nę ascribe fortunæ:sed	dic	74	Confessio mirabilium dei.
Diuini verbi incarnatio te ducit in admirationē	dic	75	Vbi Christus habitaret in terris.
Aduersus terrena ex spiritualibus consolationē cupis:	dic	76	Consolatio spūalis in tribulatione.
Q⁹ deus lęgem seruari velit ex antiquis nosse vis:	dic	77	Q⁹ Christus locutur⁹ erat in parabolis
Hostiles impetus loca dei desolarunt:	dic	78	Figura persecutionis martyrum.
Aliquos sacris mysterijs imbui optas:	dic	79	Postulatio apparitiōis Christi i iudæa.
Aliquid lætū superuęnit aut celebritas adest:	dic	80	Figura memoriæ noui sacramenti.
Arduū negociū/aliquorū iudicio aut delectui cōmissū:	dic	81	Confutatio synagogæ a Christo.
Certamen aut bellū est impiorū contra pios:	dic	82	Figura bellorū cōtra populū sanctū.
In sacro aliquo loco/dei seruitio mancipatus es:	dic	83	Desideriū supernæ habitationis.
De virgine quæ fructū vitæ attulit cogitas:	dic	84	De præsanctificatiōe virginis Deiparæ.
Puritatē vitæ in paupertate retines:	dic	85	Q⁹ oēs gētes fidē sint pcepturæ.
Loca sancta/rectę gubernari optas:	dic	86	De ecclesia Christi et regenitis in ea.
Anxiatus est in te spiritus tuus:	dic	87	De descensu Christi ad inferos.
Misericordiā a deo consecutus es:	dic	88	Promissiones nobis factæ in Christo:
Ad idem:	dic	89	De benignitate et potentia dei.
Te aut alios exhortatos ad religionē cupis:	dic	90	De tentatione Christi a diabolo.
Nosse vis quid faciendū festa postulent:	dic	91	Q⁹noxia et fragilia pcōr oblectamēta
Desideras in cultu dei animas esse purgatas:	dic	92	De regno Christi.
Audis blasphęmos et dei contemptores:	dic	93	Vltio et vindicta deo relinquenda.
Adest celebritas:	dic	94	Excitatio spūal' ad exultādū in deo.
Beneficiū noui testamenti cogitas:	dic	95	Laudād⁹ deus in factis nouæ legis.
Futuri iudicij mentē subit cogitatio:	dic	96	De nouissimo iudicio et signis eius.
Audis miracula nouæ lęgis:	dic	97	Mira nouæ lęgis narranda.
Orare vis pro ijs qui lęgem recipiant:	dic	98	Inuitatio gentiū ad lætitiā.
Ad idem.	dic	99	Inuitatio ad lætandū in deo.
Misericordiā ad pię viuendum postulas:	dic	100	Que cōuersatio Christi in terris.
Vitæ malis afficeris/consolans te in deo:	dic	101	Inuocatio dei in longa oppressione.
Gratias deo de beneficijs agere vis:	dic	102	Gratiarū actio pro beneficijs dei.
Prouidentiā dei ex veteri lęge laudare vis:	dic	103	De prouidentia dei.
Ad idem.	dic	104	Laus veteris synagogæ.
Ad idem.	dic	105	Alia laus eiusdem.
Ad idem.	dic	106	Cōfessio eius et q̄dā Christi signa.
Alacrem te sentis ad orandum:	dic	107	De prōptitudine et obediētia Christi.
Falsas in te sentis linguarum calumnias:	dic	108	De blasphęmis et Iuda ꝓditore.
Consubstantialitatē Christi cogitas:	dic	109	De sessione Christi in dextera patris.
Cum multitudine ad mensā CHRISTI accedis:	dic	110	De institutione viuificæ eucharistiæ.
Dei timorē postulas:	dic	111	De timore dei.
De mensa eius/et perceptione imaculati agni venis:	dic	112	Hymnus Christi peracta cęna.

Ad quid pro pia deuotione psalmi dicendi.

Te agnoscens a seruitute diaboli ereptū
Benignitatē dei cogitans:
Immolare deo sacrificium vis:
Diuitē in omnes dei misericordiā laudare vis:
Spem firmam & in deū rectā postulas:
Que sint studia pietatis & vitæ/nosse vis:
Nę te ledant peruersæ doctrinæ linguæ:
Vęrū auxiliū vnde sit contemplans:
Te desideriū alterius melioris q; vitæ capit:
Te mundi fastus fatigat:
Superasti pericula supra vires:
Cogitas angelos bonorum esse custodes:
Plagam cōmunē amouit deus:
Cū cogitas in potestate alicuius nō esse saluari:
Optas alicui dei timorē & benedictionē:
Sępe tentatas tibi insidias deuitasti:
Compunctū te corde & animo sentis:
Te propter deum humilias:
Pacem & mansuętudinē cū omnibus obseruas:
Inter vnionis fraterne amatores versaris:
Accessus fit ad synaxim & sancta sanctorū:
Percepta sunt sancta:
Ad idem:
Te cogitatus ex spiritualibus ad vana dejcit:
Te sanctam lęgē percepisse recordaris:
De prescientia & prædestinatione cogitas:
Es vbi peruersa sunt doctrinæ dogmata:
Times nę in verbo offendas:
Amici & noti deseruęrunt te/ora &
Pœnitentiam agis:
Victor quasisti de inimicis tuis:
Miam/benignitatē/potentiā & prouidentiā dei cogitas:
Cogitas te moriturum:
Potentia/sapientia & beneficentia dei mentē subit:
Post scismata/bella & pressuras succedit pax:
Ordinem creaturarum mente agitas:
Certans adhuc ecclesia obuersatur animo:
Cælestem & triūphantem ante oculos collocas:

Epilogus psalmorū.

dic 113 Figura liberationis nr̄æ a diabolo.
dic 114 Christus semper a patre auditus.
dic 115 De extasi Christi & eius cæce.
dic 116 Vocatio gentiū ad laudē trinitatis.
dic 117 De lapide angulari Christo IHESV
dic 118 Octonariæ spirituales meditationes.
dic 119 De fugienda infidęlitate.
dic 120 De vęra magnanimitate.
dic 121 De vęra voluptate.
dic 122 De charitate ad deum.
dic 123 De confidentia in deo.
dic 124 De vęra spe.
dic 125 De charitate ad proximū.
dic 126 De vęra fide.
dic 127 De timore dei.
dic 128 De pio zęlo.
dic 129 De oratione & pœnitentia.
dic 130 De vęra humilitate.
dic 131 De vęra mansuętudine.
dic 132 De fraterna vnione.
dic 133 De sacrosancta synaxi.
dic 134 Beneficiorū dei agnitio.
dic 135 De eodem.
dic 136 Figura lapsorū ex spūalib⁹ ad terrena
dic 137 De mia & vęritate dei vbiq; pcepta.
dic 138 Et præscientia & imensitate dei.
dic 139 De auersione ab hæresibus.
dic 140 Dei munus esse a peccato seruari.
dic 141 Dęrelictio Christi & descēs⁹ ad iferos
dic 142 Oratio pœnitentis.
dic 143 Petitio vt Christus mitterętur.
dic 144 Laus a dei attributis.
dic 145 De laude & regno dei æterno.
dic 146 Q̄ omne bonū ex p̄uidētia dei fit.
dic 147 De ciuitate pacis q̄ est piorū cœtus.
dic 148 Laus a cælestib⁹ & terrestribus.
dic 149 Laus ab ecclesia inferiori.
dic 150 Laus a superiori & cælesti.

¶ ABSOLVTVM FVIT HOC QVINCVPLICIS PSALTERII OPVS IN cœnobio sancti Germani prope muros Parisiēses: anno a natali CHRISTI domini 1508. Et in clarissimo Parisiorū Gymnasio ex chalcotypa Henrici Stephani officina ę regione scholarū Decretorū emissū anno eiusdē CHRISTI saluatoris omniū 1509 pridie Calēdas Augusti. Illi igitur qui absoluere & absolutum in publicum emitte= re dedit:
LAVS ET GRATIARVM ACTIO IN SECVLA SECVLORVM AMEN.

Liber Societatis Jesu' conflictabit

Tu sme me, sme me, sme, me nur ibis ad astra

Sacer hiero ad fabiola

Quid sudamus libros quid eruditos melius quod dulcius

Amo


241


Platterus
Linacplex
Latine
Ypres 1509
Y 15800
Inc




Inches
1 2 3 4 5 6 7 8
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres
Farbkarte #13
B.I.G.
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black